EGO. N. Iudex ad maleficia deputatus pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. domino, domino Alfonſo II. Duce Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, Marchione Eſtenſi, Rhodigijq; Comite, & Carpi domino &c. Tactis manu propria diuinis ſcripturis iuro ad ſacroſancta Dei Euangelia, ꝙ ero fidelis præfato Illuſtriſs. domino Duci in omnibus tendentibus ad laudem, magnificẽtiam, gloriam, & exaltationem, ac gubernationem pacifici ſtatus eius & dictæ ciuitatis Ferrariæ, ac eius diſtrictus; & omni curá, ſtudio, & diligẽtia perſequar omnes, qui ſe contra ſtatum, laudem, vel honorẽ ipſius opponerẽt: & ſi ſciuero aliquid attentatũ vel machinatum contrà prædicta, vel aliquod prædictorũ ſtatim præfato Illuſtriſsimo domino Duci propalabo, ſũmaq; ope bene & fideliter officium mihi præſentibus ſtatutis tributũ & impoſitum exercebo prece, precio, odio, & amore penitus reiectis: ſimulq; & omnia ſtatuta hactenus edita in poſterumq; durante magiſtratu meo edenda obſeruabo. Et ſingulis diebus iuridicis in palatio iuris cõmunis Ferrariæ mei copiã faciam quibuſcunq; poſcentibus. criminales cauſas, & damnorum datorum audiam; examinaboq; cuiuſcunq; generis accuſationes, acta dictarum accuſationũ confici faciens non in cameris, ſed in publico palatio iuris cõmunis Ferrariæ, intẽdamq; ſuper omnibus accuſationibus & denũtiationibus, & procedã ſecundum formam præſentibus ſtatutis incluſam, accuſatoris, & accuſationis copiã accuſato faciendo, niſi per ſtatutum ſit inhibita ſpecialiter accuſatoris notificatio. Nullam accuſationem, vel denuntiationem admittam, quæ de iure vel forma ſtatutorũ ciuitatis admitti non debeat, & quæ ad officiũ Iudicis maleficiorũ non pertineat, nec aliquo modo ex officio, vel per inquiſitionem procedã ſuper ea, ſeu contentis in eá; & eo caſũ non permittam ullo modo aliquid à tali accuſato, vel denuntiato auferri ꝑ notarios ad maleficia deputatos occaſione prædictorum: & quicquid per prædictos notarios exactum fuerit, duplicatum reſtitui faciam. curabo ſolicita cura & ingenio veritatem inquirere in ijs omnibus delictis, quæ ad me fuerint delata ex accuſationibus ſeu denuntiationibus, vel querelis, vt is, qui nocens erit, debita afficiatur pœna, & vt innocens ſeruetur illæſus. Munera aut dona, mutuũ vel pignus nullo modo accipiam pro ijs expediendis, quæ ad meum officium pertinebunt, ſed contentus ero ſalario mihi conſtituto: & ſtabo ad ſyndicatum perfectum, nec recedam niſi finito, & completo

ſyndi-

ſyndicatu meo, & plus & minus pro obſeruatione dictorum ſtatutorum, & iuris ad voluntatem meram & liberam præfati Illuſtriſsimi, & Excellentiſsimi domini Ducis, Marchionis, Comitisq́; nulli iuris vinculo ciuilis & municipalis, aut alicui rationi æquitatiuę ſubiectam. & hęc omnia, & ſingula me facturum adiuro, & obteſtor per hęc ſacroſancta Dei Euangelia.

De officio, & iuriſdictione Iudicis ad maleficia deputati. XXI.

AD officium,& curam Iudicis ad maleficia deputati pertinere cenſemus, vt præfatus Iudex diebus iuridicis, & debitis horis ſemel in die (niſi fuerit iuſta cauſa impeditus, & niſi aliter fuerit per ſtatuta noſtra diſpoſitum) ſedere debeat in palatio iuris communis Ferrariæ ad tribunal conſuetum vnà con Poteſtate, vel etiam ſine eo, ſi fortaſſis aliqua ex cauſa non iuerit ad ſedendum: Et recipere teneatur, et poſsit quaſcunq́; accuſationes per vnumquenq́; in ſcriptis productas, aut producendas pro quocunq́; delicto, omneſq́; & ſingulas admittere debeat, & poſsit denunciationes exhibitas tam per Maſſarios contractarum ciuitatis Ferrariæ, & burgorum,q̃ etiam per cauerzelanos, & ſeu iuratos armorũ, villarum diſtrictus Ferrariæ pro maleficijs com miſsis in contractis, vel villis prædictis: & hoc inquantum accuſationes, vel denũtiationes prædictę ſecundum formam præſentium ſtatutorum, & de iure ſint admittendæ. de quo ſi dubitati cõtigerit,tunc per Poteſtatem,& ipſum Iudicem declarabitur. Accuſationes etiam, & denũtiationes ſic admiſſas ſubſcribere debeat tunc manu propria, pro vt in ſtatutis noſtris maleficiorum continetur, & eas notari facere, ſeu deſcribi per vnum ex notarijs maleficiorum, ad quem pertinebit. Item citari facere debeat malefactores accuſatos, vel denuntiatos. Item informationes quaſcunq́; opportunas diligenter recipere ſuper delictis, & perſonis,de quibus querela erit expoſita,criminoſosq́; capi faciat, & carcerari, dummodo ſibi liceat ſecũdum formam præſentium ſtatutorum; & contra eos procedere poſsit, & proceſſus ad finem deducere curet; circa abſolutionem vero, vel condemnatio nem obſeruetur pro vt infra ſequenti ſtatuto latius declarabitur: & omnia alia integrè obſeruare debeat, quæ ſtatutis communis Ferrariæ, quantum ad maleficia pertinet, continentur. Et præcipuè obſeruari faciat, & obſeruet diſpoſita in titulo, de prouiſione facienda pro damnis vitandis infra lib. quarto.

Specialis deſcriptio officij Iudicis maleficiorum exercendi per ſe, & ſeparatim, vel ſimul cum Poteſtate, & quid ei Poteſtas exhibere teneatur. XXII.

AD remouẽdas differentias, quæ inter Poteſtatem ciuitatis, & Iudicem maleficiorum oriri ſolebant pro officijs eorũ exercendis, ſalubriter ſtatuimus, ꝙ Iudex ad maleficia deputatus ẽt per Illuſtriſs. dominum Ducem noſtrum, ſit & eſſe intelligatur de curia Poteſtatis antedicti pro his obſeruandis, quæ præſenti ſtatuto continẽtur; & habeat pro eius reſidentia in palatio communis Ferrariæ cameram per ſe; teneaturq; dictus Iudex de nocte in dicto palatio hoſpitari, nec extra palatium debeat pernoctare, niſi ex aliqua iuſta & emergenti cauſa, & cum Poteſtatis ſcientia, & licentia id fiat: & ſedere debeat ſemel in die diebus iuridicis, & horis conſuetis, vt ſupra, ad tribunal conſuetum vnà cum Poteſtate, vel ſine eo ſi forte quandoq; contigerit Poteſtatem nõ ſedere. Debeatq; dictus Iudex pro tribunali ſedens, ac poſſit recipere, & ſignare omnes & ſingulas accuſationes, & denuntiationes, pro vt ſupra dicitur, quas omnes, quo ad effectum teneatur dictus Iudex infra tres dies immediatè ſequentes notari ac deſcribi facere per notarios maleficiorũ ad quos pertinebit ſuper libro ſeu nota ipſius Poteſtatis, aut Iudicis maleficiorũ, quem librum volumus alterũ ex eis debere tenere, & pro eis ambobus ſufficere: & ſuper vno alio libro, ſeu nota ſyndici generalis palatij communis Ferrariæ, quem ſyndicum etiam volumus librum vnum tenere pro prædictis notãdis ſibi tradendum per Maſſarium maſſariæ communis Ferrariæ expenſis ipſius maſſariæ, ſub pœna librarum quinque march. ipſi auferẽda de ſuo ſalario. Quod ſi notarij maleficiorum ad ipſius Iudicis mandatum facere neglexerint, ipſo facto incidant in pœnam librarũ quinque mar. pro quolibet per Maſſarium communis Ferrariæ illico exigendam. Poſſit etiam Poteſtas accuſationes, & denuntiationes prędictas recipere ad bãcum, & pro libito legere, ſed illico eas ad Iudicem remittat, qui eas ſignet, & deſcribi faciat, vt ſupra; ſuper quibus dictus Iudex procedere poſſit per ſe ſolum abſque Poteſtate ad quęcunque acta iudiciaria vſque ad ſententiam excluſiue: arctando eum vinculo ſacramenti quòd omnia acta, & ſcripturas cauſarum criminalium, & dicta teſtium integra etiam pro informatione curiæ receptorum in libris, & proceſſibus per notarios maleficiorum ordinatè deſcribi faciat, & extendi ita, quòd nulla ambiguitas ex eis oriri poſſit.

Qui

Qui notarij ſi non fecerint, & hoc facere neglexerint, ipſo facto incidant in pœnā librarum quinque march. pro quolibet, applicandarū, & exigendarum vt ſupra. Inſuper tam per Poteſtatem, q̄ per Iudicem maleficiorū ſimul & diuiſim, ſemel & pluries audiri, & recipi poſsint quæcunque querelæ, & quæcunque notificationes, quæ non tam per modum accuſationis directę, & denuntiationis proponuntur, ſed etiā quæ coram eis, vel altero eorum oretenus fuerint expoſitæ pro quibuſcunque maleficijs, ſeu quaſi, cuiuſcunque fuerint conditionis. Quas querelas, & notificationes ſic auditas, vt ſupra prędicti, vel alter eorum deſcribi faciat per notarios ad maleficia deputatos ſuper ipſorum notariorum libris ad litteram, pro ut expoſitæ fuerint: & poſtea ſub breuitate notari faciant ſuper eorū officialium libro, & ſuper alio libro ſyndici prædicti, ſub pœna cuilibet notario hoc omittenti librarum quinque march. applicandarum, & exigendarum, vt ſupra: & demum ſuper eis procedatur ſecundum formam iuris, & ſtatutorum ciuitatis. Ad recipiendas vero informationes, & indicia ſuper huiuſmodi querelis, & notificationibus, & maxime ſuper delictis ex quibus ſequi deberet pœna mortis, vel membri abſciſſio, ſeu alia pœna perſonalis, Poteſtas non poſsit procedere, aut proceſſum aliquem formare ſine dicto Iudice, nec Iudex ſine Poteſtate, niſi iuſta & legitima ſubſiſtente cauſa alter eorum fuerit impeditus: de qua cauſa in actis notarij apparere debeat. Quo caſu Vicarius, qui per tempora erit, loco impediti ſubrogatus eſſe intelligatur pro tempore impedimenti, & ita procedere debeant vſque ad ſententiam definitiuam excluſiue. quoniam ipſas ſententias proferri volumus ſub nomine Poteſtatis in conſilio maiori & generali ſub examine dicti Iudicis, & cum conſilio, ac deliberatione aliorum Iudicum curiæ dicti Poteſtatis, vt moris eſt. Similiter volumus omnes inquiſitiones, quæ ex officio prædictorum fient pro delictis quibuſcunque, quibus permiſſum eſt præſentibus ſtatutis, formari debere ſub nomine Poteſtatis, & cum conſcientia, & deliberatione dicti Iudicis eum nominando; & acta, proceſſus, & ſcripturas fieri vt ſupra. Et quamuis aliqua ſcriptura cōcepta reperiatur ſub nomine alterius eorū ſcilicet Poteſtatis, vel Iudicis, tamen ſub vtriuſque nomine facta intelligatur, ſitq; quò ad proceſſus communis eorū, ſententiæ tamen proferri debeant ſub nomine Poteſtatis, vt ſupra; Poteſtas etiam poſsit ad libitum percontari omnia acta, libros, & ſcripturas maleficiorum. Quæ omnia notarij debeant liberè eidem exhibere ad ipſius voluntatem vt legendi, & inquirendi, pro vt voluerit,

habeat facultatem. reſiſtentes autem multare poſſit pro rei qualitate. quod etiam in Iudice ſeruari volumus. Prædicti autem, vel alter eorum ſimul, & diuiſim poſſit capi, detineri, & in carceribus poni facere quoſcunq; malefactores, criminatos, accuſatos, ſeu denuntiatos, vel ſuſpectos de aliquo crimine, ex quo de iure, & ſecundū formam præſentium ſtatutorum capi poſsint; & quoſcunq; carceratos etiam alterius eorum parte recommendari facere in carceribus ex alia cauſa criminali. Nec debeant tales capti, detenti, vel carcerati, ſeu recōmendari vllo modo relaxari per dictos Poteſtatem & Iudicem, niſi per eos diſcuſſum & terminatum fuerit concorditer, & de vtriuſque voluntate proceſſerit, relaxationem fieri debere. de qua determinatione conſtare debeat apud acta. Nec poſsit dictus Iudex aliquem torqueri facere aliquo tormentorum genere, ſine interuentu, præſentia, & conſenſu Poteſtatis; & è conuerſo. Et ſi quando contingat fieri debere deſcriptiones bonorum alicuius malefactoris: teneatur Poteſtas notitiā facere Iudici, & per eos diſcuti debeat, an fieri debeat talis deſcriptio, vel non. Si quis autem repertus fuerit per familiam Poteſtatis arma vetita deferre de die, vel de nocte, vel ire per ciuitatem cùm lumine, vel ſine lumine contra formam ſtatutorum Ferrarię, & talis inuentus fuerit detentus, non relaxetur abſq; Poteſtatis, & Iudicis ſcientia, & conſenſu, niſi ſoluta pœna Maſſario cōmunis Ferrarię, in q̄ incidiſſet, aut idonea fideiuſsione præſtita de ſoluendo: de quibus detentione, & fideiuſsione conſtare debeat penes acta vnius ex notarijs maleficiorū. Nullo autem modo permittimus, ꝙ dictus Iudex poſsit multare aliquē de familia Poteſtatis, ſed hoc ad ipſum Poteſtatem ſpectet; alios autē ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, contumaces, ſeu ſibi inobedientes, pro ut res exegerit, multare poſsit pro ſuo officio habilius exercendo vſq; ad ſummam librarum decem march. tantum. Debeat tamen miles, & familia Poteſtatis pro officio exercendo obedire dicto Iudici quandocunq; eos duxerit requirendos. Quòd ſi recuſauerit, adeat Poteſtatem qui prouideat, & facere teneatur, ꝙ dicta ſua familia Iudici aſsiſtat ad omnem eius requiſitionem pro officio exercendo. Cum autem per Poteſtatem, & Iudicem concorditer deliberabitur condemnationes fieri debere; ꝙ tunc cum eorum, & totius curiæ examine, & conſenſu ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum maleficiorum condemnationes fiant de omnibus proceſsibus, qui ſecundum formam ſtatutorū terminari poſsint, nec cōdemnatio differatur, niſi dictis Poteſtati, & Iudici concorditer videbitur ex aliqua iuſta cauſa, vel impedimēto

proceſſum

proceſſum poſſe, vel debere differri; de qua cauſa, & impedimẽto apud acta conſtare debeat. Et cum ſententiæ criminales, ſiue pecuniariæ ſiue perſonales ſint, per Poteſtatem proferentur, ſedeat dictus Iudex apud Poteſtatem, & eius Vicarium in inferiori loco, & poſt eum alij Iudices curiæ; & ſi in aliquo prædictorum oriatur diſſenſio inter Poteſtatem, & ipſum Iudicem, ſiue Vicarium, Iudex primarum cauſarum appellationum ciuitatis Ferrariæ ſit medius inter eos. Et ad tollendũ differentias, quæ in dies oriri poſſent inter eos Poteſtatem & Iudicẽ, ordinamusꝗ in caſibus, in quibus ipſi poſſunt aliquam mercedem recipere pro examinandis teſtibus in cauſis criminalibus; ſi quidem fuerint cauſæ capitales, ſeu corporales, aut in quibus pœna excedat libr. xxv. march. vel ſaltem ad dictam quantitatem aſcendat: quolibet dictorum caſuum Poteſtas, & Iudex maleficiorum ſimul intereſſe debeãt examini teſtium, niſi ex aliqua iuſta cauſa contingat teſtes extra palatium examinari, quo caſu poſſit Poteſtas vices ſuas Iudici committere, & tunc pro examinatione percipere poſſit tãtum, quantum vni examinatori daretur, quod inter eos æqualiter diuidatur, ſi ambo examini interfuerint, aliàs examinãti totum debeatur. Si autem fuerint cauſę leuiores, & in quibus pœna ad dictã quantitatem non aſcendat, tunc examinatio teſtium pertineat ad Iudicem ipſum. Poſſit tamen examini Poteſtas intereſſe ſi velit, ſed tota merces examinis ſit ipſius Iudicis. Declarantes etiam ꝗ in cauſis criminalibus commiſſis, vel in futurum committendis per reſcriptum Illuſtriſſ. domini noſtri Ducis Poteſtati Ferrariæ, non cenſeatur excluſus eſſe Iudex maleficiorum, ſed cum eo in cauſis prædictis etiam procedere poſſit, pro vt in ordinarijs procederet: niſi expreſſè mandaretur, ꝗ ſolus Poteſtas cognoſcere de eis deberet.

Quòd Iudex maleficiorum de cauſis ciuilibus non cognoſcat. XXIII.

DISTRICTE prohibemus ne Iudex ad maleficia deputatus cognoſcat, nec iudicet de aliqua cauſa ciuili, niſi talis ciuilis cauſa ex delicto, de quo agitur, vel eius occaſione oriatur, & cũ criminali ſimul in libello accuſatorio proponatur, ſiue ſequatur abſolutoria, ſiue cõdemnatoria. Idẽ ſtatuimus, ſi procederetur per viã querelę, vel denuntię, ſi in ipſa cauſa criminali ab aliqua partiũ petatur. Quo caſu Iudex prædictus poſſit vtranq; terminare, ſentẽtia tñ ſub nomine Poteſtatis proferẽda; & ꝗ contrafactũ fuerit per eũ, vel corã eo, ipſo iure irritamus.

De

De forma ſacramenti præſtandi á milite ſocio Poteſtatis ciuitatis, & diſtrictus Ferrariæ. XXIIII.

EGO .N. miles, & ſocius Poteſtatis Ferrarię & eius diſtrictus ad exequenda mãdata ipſius Poteſtatis Ferrarię deputatus pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. Principe & domino, domino Alfonſo II. Duce Ferrarię, Mutinę, & Regij, Marchione Eſtenſi, Rhodigijq́; Comite, & Carpi domino &c. Tactis manu propria diuinis ſcripturis iuro ad ſacroſancta Dei Euangelia, ꝙ ſumma ope, ſummoq́; ſtudio bene, & fideliter, & omni cura, ſolicitudine, & diligentia officium meum exercebo, & omnia mihi iniuncta, aut ad officiũ meum pertinentia recta fide perſoluam, remotis odio, amore, timore, prece precio, lucro, ſiue damno, & omni alia humana gratia, perquiramq́; omnes malefactores, & illos perſequar, atque pro virili mea inuentos vel repertos in aliquo crimine, delicto, vel culpa punibili ſtudebo denuntiare, capere, detinere, & in forciam communis Ferrariæ conducere. Executiones mihi commiſſas omni integritate, & fide optima perficiam. Non diſsimulabo maleficia mihi nota, nec tardabo executiones ſub quo vis colore; dona, aut xenia eſculẽta vel poculenta non recipiam, nec aliquam mulierem tenebo in palatio iuris, nec extra palatium, niſi fuerit vxor mea legitima, vel mulier honeſtæ vitæ de mea familia: & in toto meo officio nulla fraude, aut barataria, vel dolo vtar, nec vti faciam.

Quòd Poteſtas, Vicarius, Iudex maleficiorum, & miles continuam reſidentiam facere teneantur in ciuitate Ferrariæ tempore eorum officiorum. XXV.

VT ciuitati ſalubriter prouideatur, decernimus obſeruandum, ꝙ Poteſtas ciuitatis Ferrariæ & eius diſtrictus, Vicarius, Iudex maleficiorum, & miles durante eorum officio, continuam reſidentiã facere teneantur in ciuitate Ferrariæ, niſi ratione officij ſui exercendi egrediantur: ſub pœna ducatorum quinquaginta auri communi Ferrariæ applicandorum, quam ipſo facto incurrat Poteſtas, qui ſe abſentauerit. In alijs vero ſupradictis incurrat quilibet eorum in pœnam decem ducatorum auri vt ſupra applicandorum, niſi prius obtinuerit licentiam ab Illuſtriſs. domino Duce noſtro.

Quòd Aſſeſſores,& milites Poteſtatis, vel alij de eius familia nihil petant,vel percipiant ab aliquo occaſione eorũ officij. XXVI.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ milites, vel alij de familia Poteſtatis Ferrariæ,quocunq; nomine cenſeãtur, quando vadunt per ciuitatem, vel extra in diſtrictum Ferrariæ ad quemcunq; locum cauſa tentandi de armis, vel inquirendi de aliquo maleficio, vel cauſa detinendi, vel pignorandi aliquam ſpecialem, vel ſingularem perſonam, ſeu vniuerſitatem,vel alia quacunq; de cauſa,vel cum aliquem cuſtodierint captum, vel detinuerint in palatio iuris communis, vel alio quocunq; loco; non poſſint, nec debeant occaſione ſui laboris, cuſtodiæ, vel itineris aliquam ſolutionem petere, vel percipere ab aliquo maſſario alicuius contractę ciuitatis Ferrariæ, cauerzelano, vel ſyndico alicuius Villæ, vel ab vniuerſitate aliqua, ſeu alia ſingulari perſona directè, vel indirectè, ſub quocunq; titulo, vel colore, etiam à ſponte offerentibus. Et ſi receperint, vel petierint,teneantur illud in quadruplum ei, a quo petierint, vel receperint, reſtituere & reſignare; & nihilominus condemnetur quilibet contrafaciens pro qualibet vice in centum ſolidis march. & hoc teneatur Poteſtas vinculo ſacramenti facere obſeruari præciſè. ꝙ ſi negligens fuerit, pro qualibet vice de ſuo ſalario in xxv. libris march. condemnetur; & hoc niſi in caſibus, & quatenus aliter per ſtatuta noſtra diſpoſitum foret. Item ſi cõtingeret occaſione officij ſui exercendi,vel faciendi, & non ad inſtantiam partis, aliquem Aſſeſſorem Poteſtatis, ſiue Iudicem maleficiorum, ſiue alium quemquam Aſſeſſorem ire in comitatum Ferrariæ ad aliquem locum, ſiquidem eodem die, quo iuerit, redierit ad palatium communis Ferrariæ, nihil percipiat à communi, vel maſſario ipſius communis. Si autem fecerit reſidẽtiam extra ciuitatem occaſione prędicta,tunc percipiat à maſſario cõmunis de pecunijs cõis pro quolibet die,quo reſidẽtiam fecerit extra dictam ciuitatem,xxv. ſolidos march. & hoc ſit contentus, nec aliquid aliud occaſione prædicta,vel ꝑ expẽſis percipiat à dicto maſſario, vel aliqua vniuerſitate Villæ, ſeu ſingulari perſona,ſub pœnis legalibus, & ſtatutorum communis Ferrariæ, & reſtitutione facienda eius ꝙ perceperit modo, & forma ſuperius contentis.

Quòd Poteſtas, Vicarius, Iudex ad maleficia deputatus, aut quilibet alius ciuis, officialis forenſis non poſſint ſibi dicere ius, aut alicui de eorum ciuitatibus, & locis. XXVII.

HOc ſalutari ſtatuto cauetur ne Poteſtas, vel aliquis alius officialis foreſis durante officio poſſint ſe intromittere, aut ſibi dicere ius, ſeu ſibi ſatisfacere, vel alter ex eis eorum alteri contra quemcunq; ſuum debitorem ex contractu celebrato cum ciue ciuitatis Ferrariæ, etiam ex priuilegio creato, vel ex forma ſtatuti, vel cum aliquo foren ſi ante officium, vel in ipſo officio in ipſa ciuitate vel eius diſtrictu, ac etiam contra quemcunq; debitorem alium alicuius eorum ex con tractu alio loco celebrato, ſiue etiam ex cauſa deſtinatæ ſolutionis faciendæ in ciuitate Ferrariæ vel eius diſtrictu, vel obligationis alicuius, ex qua in ciuitate Ferrarię poſſet conueniri, & quacunq; alia ex cauſa ciuili; neq; aliquibus ius dicere poſsint vni, vel pluribus, qui de ciuitatibus, vel locis eorum, aut alicuius eorum ciuilitatem, aut incolatum ducant, etiam ſi ſibi iura cederentur, vel alteri, vel ipſi alicui eorum cederent, & ſuper iure ceſſo ius dicere eis, aut alicui eorum vellent contra ciuem Ferrariæ ex quocunq; contractu, vel aliqua ex ſupra relatis cauſis, ſub pœna librarum vigintiquinq; march. applicādarum communi Ferrariæ. Quam pœnam ipſo facto incurrat is, qui contrafecerit, & quicquid factum fuerit ipſo iure ſit nullum.

Quòd Poteſtas, Vicarius, Iudex maleficiorum, & miles eiuſdem vacent ab officijs certo tempore in ciuitate Ferrariæ. XXVIII.

ORDINAMVS, ꝙ is qui fuerit Poteſtas in ciuitate Ferrariæ & eius diſtrictu non poſsit eligi, nec admitti, aut aſſumi ad ipſius præturæ officium, niſi vacauerit ab eodem officio per annos quinque cōtinuos, numerandos à die exitus prioris officij præturę. Nec is, qui fuerit Vicarius, vel Iudex maleficiorum Poteſtatis, vel fuerit miles, poſsit ad aliquod officium alterius Poteſtatis admitti, niſi vacauerit ab officio ipſius ciuitatis per triennium continuum numerandum à die exitus prioris officij, ſub pœna librarum quinquaginta march. communi Ferrariæ applicandarum, & quicquid factum fuerit ipſo iure ſit nullum.

Quòd

Quòd Poteſtas, Vicarius, & alij Iudices ſui copiam faciant, & audientiam præſtent quibuſlibet ciuibus, & comitatinis. XXIX.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ continuè diebus iuridicis porta palatij Poteſtatis Ferrariæ ſtet aperta per horas duas ante campanam pro iure reddendo, ita ꝙ quilibet poſſit alloqui Poteſtatem Ferrariæ, & alios Iudices, ac omnem eius familiam; nec ſit licitum ipſi Poteſtati facere prohiberi alicui ciui, vel comitatino, qui eum, vel alios Iudices, vel eius familiam alloqui vellet illis horis, ne ad eum, vel ad eos vadat ad loquendum, niſi comederet, vel dormiret, aut infirmaretur, vel niſi ſtaret ad conſilium, vel examen pro negotijs officij ſui expediendis.

Quòd Poteſtas, & alij officiales, vel Aſſeſſores benigne audiant appellationes, & proteſtationes factas, & alia quæcunq; verba á quibuſcunq; prolata in qualibet cauſa, ſeu negotio, & recipiant omnes ſcripturas, & defenſiones cuiuſcunq; perſonæ in quocunq; caſu. XXX.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ ſi quando appellari, vel proteſtari, vel proferri aliqua verba contigerit, vel produci aliquas ſcripturas, vel defenſiones, in aliqua cauſa, ſiue negotio, vel caſu coram Poteſtate, & alijs Iudicibus, & officialibus, talis appellatio, & proteſtatio (ſi ex cauſa rationabili fuerit interpoſita) benigne audiatur, & ei deferatur, vt iuris fuerit. Et pariter quæcunq; alia verba benigne audiantur, admittanturq; omnes ſcripturæ, & defenſiones per Poteſtatem, & quemlibet officialem cum clauſula, ſi & in quantum de iure tenetur, ſiue in in ſcripto dentur, ſiue oretenus dicantur, ſcribanturq; coram eo in actis per notarios ad officium deputatos. Et volumus ꝙ quilibet notarius, qui ſuper hoc ab appellante, vel proteſtante, vel verba proferẽte rogatus fuerit, publicum inſtrumentum de prædictis conficere teneatur, & illud tradere appellanti, proteſtanti, vel verba proferenti, ſi requiſitus fuerit, in publicam formam, ſoluta ſibi competenti mercede ſecundum ſtatuta noſtra: teneatur etiam accipere, & ſcribere ipſas defenſiones, & ſcripturas non obſtante ꝙ Poteſtas, & alius officialis contradixerit, illiq; præciperit ꝙ non faciat de hoc aliquod inſtrumẽtum, vel factum non reddat in publicam formam, vel non recipiat ſcripturas, ac defenſiones. Volentes etiam ipſum notarium ſcribere contradictionem, & verba Poteſtatis, vel officialis, vt iura cuiusque

iuridice

iuridicè poſſint examinari, & ſeruentur illæſa. Et ſi ipſe notarius aliquod prædictorũ facere recuſauerit, vel neglexerit, condemnetur per Iudicem duodecim ſapientum pœna infamiæ, & priuationis tabellionatus, & librarum centum march. applicandarum pro dimidio parti inſtanti ut ſupra, & pro alio dimidio maſſariæ communis Ferrariæ. Et nihilominus cõpellatur per prædictum Iudicem de prædictis conficere publicum inſtrumentum, vel prędicta ſcribere, & recipere, vel alius notarius cogatur prædicta facere petentis arbitrio. Et Poteſtas qui prædicta, vel aliquod prædictorum inhibuerit, vel inhibere voluerit, condemnetur pœna librarum tercentum march. pro qualibet vice; & quilibet alius officialis lib. centũ quinquaginta march. applicandarũ vt ſupra. Et quicquid contra prędicta, vel aliquod prędictorum aliquis eorum fecerit, id totum ipſo iure non valeat, nec teneat.

Quòd Poteſtas, & alij Iudices teneantur præcipere q; exhibeantur ſcripturæ, ex quibus quis prætendit ius, aliàs audientia denegetur. XXXI.

SI quis coram Poteſtate, vel alio Iudice ciuitatis propoſuerit, ſi quid debeo huic, de quo habet, ſeu habere dicit ſcripturam publicam vel priuatam, pro qua illi in aliquo tenear, paratus ſum ſoluere: Poteſtas, ſeu Iudices ipſi teneantur illi pręcipere, q; oſtẽdat dictã ſcripturã infra vnum menſem, illo petente & iurante q; non calumniæ cauſa petit, infra quẽ ſi non oſtenderit, vlterius ex ea agere non poſſit. Si vero aliquis, qui poſſideat res aliquas immobiles propoſuerit coram prædictis Poteſtate, vel Iudice, & dixerit ſe timere q; aliquis alius habeat ſcripturã aliquã publicam, vel priuatam de dictis rebus, vel de aliquo iure ſibi in eis competẽte, cuius occaſione velit, aut poſſit eum aliquo alio tempore conuenire, vel inquietare; ipſo ſic proponẽte, iurante q; non animo calumniandi, ſed bona fide id petat, teneatur Poteſtas, ſeu Iudex præcipere illi, de quo timuerit, vt oſtendat inſtrumenta, quæ habet de dictis rebus, vel de iure ſuo infra tres menſes, infra quos ſi non oſtẽderit, ex dicta ſcriptura contra dictum poſſeſſorem, vel eius hæredes, vel alium ab eo, vel ab hæredibus eius cauſam habentem agere non poſſit, ſed oĩo inutilis ſit, & caſſa: niſi ille, de quo timuerit in omnibus prędictis caſibus iurauerit ſe tunc non habere facultatem exhibendi, aut oſtendendi, nec dolo deſijſſe habere, nec ſcire vbi ſit, vel quis fuerit de ea rogatus.

Quòd

Quòd Poteſtas, & Aſſeſſores, & alij ordinarij non percipiant ſalarium de cauſis. XXXII.

STATVIMVS ꝙ Vicarius, Poteſtas, vel Aſſeſſor, aut quilibet alius Iudex ordinarius vi, vel virtute alicuius delegationis non audeat, vel præſumat etiam de voluntate partium recipere ſalarium, vel mercedē aliquam, ſeu quidq̃ aliud pro proceſſu, cognitione, & terminatione alicuis quæſtionis, litis, ſeu cauſæ, de qua poſſent aliàs tanq̃ Iudices ordinarij cognoſcere: quantumcunq; illa quæſtio, cauſa, ſeu lis, ei, vel eis fuerit commiſſa, vel delegata per modum, ac formam delegatæ cognitionis, & terminationis, etiam ſi in delegatione adiectum eſſet, ꝙ ſummarie procederetur vel ferijs non obſtantibus: vel cauſæ commiſſio eſſet facta alijs quibuscunq; modis, aut verbis, & etiam quòd prius cauſa fuiſſet vel cepta, vel tractata coram quocunq; Iudice etiam delegato, neq; quicq̃ recipere poſſit de alia relatione, vel auctoritate, ſeu decreto interponendo in aliquo actu, vel contractu, vel quaſi celebrando coram eo ad tribunal ſui officij, vel in camera, ſeu aliquo alio loco Palatij, ſub pœna librarum quinq; march. applicanda communi Ferrariæ, & ad reſtitutionem eius, quod perceperit, & dupli applicandi parti, quæ ſoluerit.

De ſacramento ſuſcipiendo á Iudice appellationum Ferrariæ. XXXIII.

EGo .N. Iudex cauſarum appellationum ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus pro Illuſtriſ. & Excellentiſ. Principe & domino, dño Alfonſo II. Duce Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, Marchione Eſtēſi, Rhodigijq; Comite, & Carpi domino &c. Tactis manu propria diuinis ſcripturis iuro ad ſacroſancta Dei Euangelia, ꝙ ero fidelis pręfato Illuſtriſ. domino Duci ad laudem, magnificentiam, gloriam, & exaltationem, ac gubernationem pacifici ſtatus eius, & dictæ ciuitatis Ferrariæ, ac eius diſtrictus, & ꝙ bona fide recipiam querimonias mihi factas, ac appellationes ad me interpoſitas, quæ de iure, & ſecundum formam præſentium ſtatutorum admitti poterunt, & debebunt á ſentētijs per alios Iudices latis: ꝙque in iure reddendo ab omni ira, odio, atq; amicitia vacuus & abſtinens ero, adminiſtraboq; iuſtitiā omni acceptione perſonarum remota quibuscunque coram me litigantibus, omniaq; exercebo ſuadente iuſtitia, quæ iura ſtatutorum ciuitatis Ferrarię diſponunt, & eis deficientibus ius cōmune diſponit,

& vltra ſalarium mihi per ſtatuta ciuitatis conſtitutum aliquid nõ accipiam,& ſtabo ad ſyndicatũ perfectum, nec recedam niſi finito, & completo ſyndicatu meo, & plus & minus pro obſeruatione dictorũ ſtatutorum, & iuris ad meram & liberam voluntatẽ præfati Illuſtriſs. & Excellentiſs.dñi Ducis, Marchionis, Comitiſq; nulli vinculo iuris ciuilis, & municipalis,aut alicui rationi,æquitatiuè ſubiectã. Quod ſacramentum præſtare teneatur ipſe Iudex in manibus Iudicis XII. ſapientum in ingreſſu officij ſui.

De ſacramento faciendo à Iudice cõmunis Ferrariæ. XXXIIII.

EGO. N. Iudex cõmunis ciuitatis Ferrariæ,& eius diſtrictus pro Illuſtriſs. & Excellentiſs.domino, dño Alfonſo II. Duce Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, Marchione Eſtenſi, Rhodigijq; Comite, & Carpi domino &c. Tactis manu propria diuinis ſcripturis iuro ad ſacroſancta Dei Euangelia,ꝙ ſumma ope,ſummoq; ſtudio bene & fideliter officium mihi præſentibus ſtatutis tributũ,& impoſitum exercebo,prece,precio,odio & amore penitus reiectis,& ſingulis diebus,& horis iuridicis in palatio iuris cõmunis Ferrariæ mei copiam faciam: adminiſtraboq; iuſtitiam omni acceptione perſonarum remota quibuſcunque coram me litigantibus, omniaq; exercebo ſuadente iuſtitia, quæ iura ſtatutorum ciuitatis Ferrariæ diſponunt, & eis deficientibus ius cõmune diſponit.& vltra ſalarium conſtitutũ mihi in ſequenti ſtatuto aliquid non accipiam, & ſtabo ad ſyndicatum perfectum, nec recedã niſi finito, & completo ſyndicatu meo; & plus & minus pro obſeruatione dictorum ſtatutorũ, & iuris ad voluntatẽ meram,& liberam pręfati Illuſtriſs. & Excellentiſs dñi Ducis, Marchionis, Cõmitiſq; nulli vinculo iuris ciuilis,& municipalis,aut alicui rõni ęquitatiuè ſubiectã.

De officio Iudicis cõmunis Ferrariæ,& eius iuriſdictione. XXXV.

CVPIENTES cauſas ciuiles in longum nõ protrahi,ſed faciliorẽ ac breuiorẽ exitũ habere,q̃ hactenus habuerint,ꝙ recta rõne euenire putamus,ſi curas,labores,& cauſas ipſas ciuiles ſaltẽ minores,aut inferiores, quibus pmaxime Poteſtas ciuitatis Ferrarię,& Vicarius premuntur,atque plurimum occupati redduntur, diuiſerimus,& earum cognitionem, terminationemque ad aliud tribunal delegauerimus; diſponimus & ordinamus, quòd omnes cauſæ ciuiles vſque ad ſummam, & quantitatem librarum decem march. incluſiuè ſpectent, & pertineãt ad examẽ,cognitionẽ, & deciſionẽ Iudicis cõmunis Ferrar.

Quem

Quem Iudicem communis Ferrarię conſtituimus Iudicem ordinariũ in cauſis prædictis,eximentes in totum eas cauſas,& earũ cognitionẽ ab ipſo Poteſtate,& eius Vicario. Volentes ipſum Iudicem cõmunis eligi ſingulo ſemeſtri ex doctoribus collegij iuriſtarũ huius ciuitatis per Iudicem duodecim ſapientum ipſius ciuitatis. mandantes etiam ꝙ ipſe Iudex communis prædictus ſic electus & deputatus teneatur à principio ſui officij manibus tactis ſcripturis coram Iudice XII. ſapiẽtum iurare, vt ſupra in proxime præcedenti ſtatuto; & teneatur etiã ipſe Iudex ſingulis diebus,& horis congruis iuridicis adeſſe in palatio iuris cõmunis Ferrariæ ad ſedendũ,& ius reddendũ: nec poſsit ſeruire per ſubſtitutũ,niſi ſubſiſtente impedimento infirmitatis, vel iuſtæ abſentię arbitrio Iudicis XII.ſapientum,ſub pœna lib.decem march.pro medietate fiſco applicãda,& pro alia medietate Poteſtati,aut ſyndico palatij,qui eorũ prius illũ puniet,aut pœnam prædictã exequetur, niſi iuſto impedimento Iudex ipſe excuſari poſsit.Quo tñ ſubſiſtẽte,teneatur ſub eadem pœna aliũ ex collegio prędicto ſubrogare,& ſubſtituere loco ſui, ne iuris hora aliqua ſine Iudice reperiatur;& in fine officij ſui poſsit,& debeat ſyndicari per ſyndicũ palatij cõmunis Ferrariæ de commiſsis per eum dolo, & baratаria tantum,& nõ de aliqua alia re: decernentes, ꝙ pro ſportulis, & ſtipendio ſuo percipere poſsit ab ipſis partibus litigantibus in totum pro ſolidis viginti march.& abinde ſupra,denarios quatuor pro libra, & ad rationẽ librę:abinde vero infra vſq; ad ſolidos decem tãtum incluſiue percipiat denarios ſex, ſi fuerit orta contentio inter ipſas partes,& diſputatum, cognitũ, & deciſum per ipſum Iudicem, nec poſsit recipere aliquid pro examinatione in cauſis infra dictam ſummam librarum decem.Volentes ꝙ idem Iudex cõmunis Ferrariæ ſolus poſsit præſtare auctoritates extra palatium cõmunis, pro quibus recipere poſsit pro quolibet viatico ſuo ſolidos decem march. & non plus in ciuitate; in burgis ſolidos quindecim march. & ſi in viatico eodem opus fuerit pluribus auctoritatibus,quę ſint cõſecutiuę,& connexę ad inuicẽ ad validitatẽ alicuius contractus habeantur pro vna; ſi vero fuerint ſeparatę,& nõ connexę, vel conſecutiuæ in eodem contractu,habeantur pro pluribus quo ad ſolutionẽ. In palatio aũt tam Vicarius Poteſtatis,ꝙ ipſe Iudex cõmunis Ferrarię, & vterq; ipſorũ poſsit præſtare auctoritates, pro vt alter eorum fuerit requiſitus, in dando tutores,vel curatores,aut actores ad cauſas,& in compromiſsis. In contractibus autem vel quaſi,& diſtractibus, obligationibus, & quibuſcunq; negotijs ſimilibus ſolus Iudex cõmunis,

aut eius præceſſor immediatus auctoritates,& decreta præſtare poſſit & non alius Iudex, adhibita prius licentia per Iudicem XII. ſapientũ in caſibus diſpoſitis ſub titulo,de indemnitatibus mulierum,& de contractibus minorum. Ita tamen ꝙ nihil percipiant,ſiue præſtiterint auctoritatem ad tribunal,ſiue extra,modo auctoritas ipſa pręſtita fuerit in palatio Iuris communis Ferrarię,& quilibet notarius poſſit eſſe notarius medij, & eſſe rogatus de actis celebrandis, & faciendis ad prædictum tribunal, ſicut eſſe poteſt ad tribunal Vicarij Poteſtatis, non obſtante aliqua inueſtitura, vel conceſſione alicui facta.

Quòd quilibet officialis teneatur applicare omnes multas maſſariæ communis Ferrariæ. XXXVI.

STATVIMVS & ordinamus,ꝙ quicunq; officialis Palatij, & alius quilibet officialis communis Ferrariæ teneatur,& debeat multas oẽs, quas ipſum facere contigerit, applicare maſſariæ cõmunis Ferrariæ, & non alibi etiam prætextu maioris terroris, non obſtante quacunq; conſuetudine,quæ in contrarium foret. Et nihilominus fictione præſentis ſtatuti, quęcunque multa fuiſſet per huiuſmodi officiales, vel ſimpliciter facta,vel alteri loco, perſonæ,collegio,vniuerſitati, vel fiſco applicata, intelligatur & cenſeatur maſſariæ communis Ferrarię applicata, ita vt eam Maſſarius exigere, & exequi poſſit.

Quòd iuſdicentes in ſuis tribunalibus ſemel in die ius reddant. XXXVII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ oẽs iuſdicentes ſemel in die ſedeãt horis deputatis,niſi aliter per ſtatuta noſtra fuerit diſpoſitũ,cuilibet iuſtitiã reddentes in ſuis tribunalibus deputatis publice,& nõ in alijs locis,ſeu cameris,vel priuatim ẽt in cauſis ſummatijs,pręterq̃ in capturis cõmittendis, in quibus debitores fuerint iurati ſuſpecti, in ſequeſtris,& in cauſis non excedentibus ſummã ſolidorum xl. march & in alijs caſibus à ſtatutis noſtris permiſſis. Et ſi cõtrafiat, quicquid fuerit attentatum non valeat ipſo iure. Adijcientes ꝙ Poteſtas,& alij Iudices in palatio communis teneantur venire ad ſedendum ad tribunalia ſua ad ſonũ campanæ pro iure reddẽdo deputatæ,& à tribunalibus nõ diſcedant niſi ſonato perẽptorio, quod tñ pulſetur de cõmiſſione ſyndici palatij cõmunis Ferrarię,ſub pœna librarum quinque march.

de

de eorum ſalario applicanda communi Ferrariæ. Et ſi contigerit acta fieri poſt pulſationem peremptorij, non valeant, nec teneant, niſi de partium voluntate, vel præiudicium inſtantis.

Q. vnuſq́ſq; officialis, ac not. ſuo officio ſit contetus. XXXVIII.

QVONIAM promiſcuis actibus eſt abſurdum retũ turbare officia, volumus, & mandamus quod vnuſquiſq; officialis ſuo officio ſit contentus, nec vnus de officio alterius modo aliquo ſe intromittat, ſimiliter nec aliquis notarius deputatus ad aliquod officium poſsit conficere acta, vel ſe exercere ad aliquod aliud officium, etiam Aſſeſſoris; quòd ſi forte aliter fieri contingat, totum id, quod factum fuerit, non valeat ipſo iure, & teneatur ipſe notarius ad intereſſe partis: & finito officio cuiuslibet notarij ad officiũ damnorum datorum, vel maleficiorum deputati, teneatur notarius cuius officium eſt finitum dare, & deſignare alijs notarijs ad ipſa officia de nouo deputatis acta, & ſcripturas ſuas non terminata, & non terminatas.

De officio Syndicorum vnius, vel plurium. XXXIX.

VOLVMVS & ordinamus, q̃ Syndici omnes, & ſinguli, vnus vel plures, in futurum eligendi ad ſyndicãdum Poteſtates ciuitatis, vnũ vel plures, qui in futurum erunt, vel aliquos, vnum vel plures de eorũ familia, vel aliquem alium officialem cõmunis Ferrariæ, habeant plenam, & liberam licentiam, poteſtatem, facultatem, bailiam, atque liberum arbitrium recipiendi omnes & ſingulas querelas, & petitiones porrectas per quoſcunq; per ſe, vel per procuratorẽ legitimum, & de eis cognoſcendi, & de earum qualibet ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſuper eis, & earum qualibet compellendi teſtes producendos coram eis, & eorum dicta recipiendi. Ex officioq; ipſorum ſyndicorum vnius, vel plurium, vel pro vt eis videbitur & placuerit, examinãdi teſtes verbo, vel in ſcriptis dicta eorum redigendi, procedendi, ſententiandi, condemnandi, & abſoluendi, infra tamen tẽpora præſtituta ſyndicatui; diebus quibuſcunq; etiam feriatis etiam ad honorem Dei, & ſanctorum ſuorum; exceptis diebus natiuitatis dñi noſtri Ieſu Chriſti cum tribus ſequẽtibus, die Epiphaniæ, die reſurrectionis domini cum duobus ſequentibus, & die Pẽthecoſtes cũ duobus ſequentibus, die Annuntiationis, & Aſſumptionis beatę Mariæ Virginis, niſi cauſa altiorem indaginem requireret. Inſuper inquirendi, mulctandi, detinendi, carcerandi culpabiles & noxios, & eos à

vinculis relaxandi, torquendi etiam ſi opus fuerit eos, qui tortura digni fuerint; habeantq; eandem poteſtatem, & bailiam, ac ſi eſſent Iudices ordinarij, & iuriſdictionem ordinariam haberent in præmiſsis, & quolibet præmiſſorum, nec ab eorū ſententijs definitiuis, vel interloquutorijs aut alijs grauaminibus quibuſcunq; poſsit appellari, nec de nullitate dici, aut quocunq; modo contrauenui, immo eis non attentis ad vlteriora procedatur per ipſos ſyndicos.

De ſyndicatu Poteſtatis, Aſſeſſorum, & eius familiæ, ac aliorum Iudicum. XL.

VOLENTES indemnitatibus ciuium prouidere, & extorſionibus, ac oppreſsionibus comitatenſium, & omnium incolarum ciuitatis, & diſtrictus Ferrar. ſalubri remedio obuiare, præſenti declaramus edicto, ꝙ Poteſtas Ferrariæ finito eius officio, cum officialibus ſuis, & tota eius familia per decem dies continuos teneatur facere reſidentiam in ciuitate ſoluturus omnibus, quibus aliquid deberet ipſe, aut aliquis de eius familia, & redditurus rationem de omni eo, quod apparuerit ipſum, aut eius officiales, quos ſecum habuerit durante officio contra iuſtitiam cōmiſiſſe; litemq; ſuam pecunia, precibus, aut alia ſorde feciſſe, & qualitercunq; corruptum fuiſſe; ciuibus & comitatēſibus, aut quibuslibet alijs ius ſibi fieri petētibus iuſtitiam denegaſſe, aut præter & contra iura ſtatutorum, & communia iudicaſſe, condemnādum abſoluiſſe, vel abſoluēdum condemnaſſe; captos pro debitis, vel delictis iniuſtè relaxaſſe, & conniuentibus oculis dolo, & ſimulatè non comprehendiſſe, quos pro maleficijs capere, & capi facere per eius officiales, & familiā potuit, omiſiſſeq; aut neglexiſſe ea, quæ à iure municipali, & ciuili, ac iuramenti vinculo ſibi & officialibus ſuis facienda incūbebant, baratarias cōmiſiſſe, extorſiones perpetraſſe, aut vi, aut minis à limine iudicij aliquē repuliſſe, concuſsiſſe, aut vi tormentorum aliquem ad confitendum compuliſſe. Ad quorum omnium & aliorum quorūlibet ei, & officialibus ſuis obijciēdorum in ſyndicatu examinationem, cognitionem, & ſententiæ prolationē intereſſe debeat Iudex XII. ſapiētum, & ſyndicus generalis palatij vnà cum illis, vno vel pluribus, quem vel quos deputauerit Illuſtriſs. dñs noſter Dux huic ſyndicatui, cum poteſtate eis vt ſupra per præcedens ſtatutum attributa. Adijciētes ꝙ ſtatim finito officio Poteſtatis, & familiæ ſuæ, ſyndici ad hoc electi vnus, vel plures teneantur, ſeu teneatur inquiſitionem facere aduerſus Poteſtatem, officiales, ac eius familiam: cui reſpondere tea

neatur Poteſtas, & tota eius familia, cum eorum iuraměto corporaliter præſtando. & reſponſione facta, eum teneri volumus ad ſatiſdandũ pro ſe & familia ſua, cum fideiuſſoribus idoneis penes acta coram ſyndicis, de ſoluendo omně condemnationě, quæ de ipſo, vel eius familia aut aliquo ex ipſius familia per præmiſſos ſyndicos promulgaretur, & fieret tam reſpectu inquiſitionis generalis, q̃ occaſione particularium querelarum. Quibus ex ordine peractis, volumus eoſdě ſyndicos edicto generali terminum præfigere quibuſcunq; volentibus querelã, aut petitionem aliquã proponere contra Poteſtatě, aut aliquos de eius familia, vnum vel plures, ſcilicet habitantibus in ciuitate, & burgis dierum trium cõtinuorum, habitantibus in comitatu dierum quinq; cõtinuorum, infra quos poſsint corã ſyndicis petitioně, aut querelã proponere de omnibus cõmiſsis, omiſsis, perpetratis, ac neglectis per ipſũ aut eius familiam, vel aliquě ex ipſa præter & contra iuſtitiã, vel aliter quomodocunq; teneretur, & vltra ipſo iure nõ audiantur. Eo addito, ꝙ infra dictos decě dies teneãtur præmiſsi ſyndici vnus, vel plures vinculo ſacramenti terminare querelas, & petitiones vnã vel plures porrectas aduerſus ipſum Poteſtatě vel aliquem de ipſius familia, ſententialiter cõdemnando, vel abſoluendo, niſi cauſæ vna vel plures altiorě indagině requirerent: de quo ſtetur determinationi ſyndicorũ, à qua reclamari, vt ſupra nõ poſsit. quo caſu ſententia lata poſt ipſos decem dies valeat, & teneat: ſic tñ, ꝙ infra quinquaginta dies terminet: aliàs inſtantia in cauſa ipſa vtroq; caſu ſit, & cenſeatur perempta. Et teneatur Poteſtas de omnibus & ſingulis cõmiſsis, perpetratis, neglectis, aut omiſsis per aliquě de eius familia in officio ei, vel eis cõmiſſo & in ſolidũ ad omne id, & totũ, quod in ſentẽtia cõdemnatoria ſyndicorum continebitur, ſi ſciens fuerit, vel cum eo participauerit, alioqui teneatur ipſos, vnũ vel plures exhiberẽ, quo, vel quibus exhibitis, ipſum Poteſtatě liberari volumus; aliàs eum in ſolidum teneri decernimus. Et quatenus prædicta adaptari poſsint (excepto eo quod dictum eſt de interuẽtu Iudicis XII. ſapientum) obſeruari mandamus in ſyndicatu cuiuslibet Iudicis, vel officialis ſyndicandi; declarantes, ꝙ pendente cauſa ſyndicatus, nõ poſsint officiales ſyndicandi reconuenire, nec aliter inquietare actione iniuriarum illum, qui querelas, accuſationesúe propoſuerit aduerſus eos: vbi tñ contigerit officialě ſyndicandum ſtetiſſe in officio vltra biennium, tunc volumus omnia tempora ſyndicatui, vt ſupra præfixa, prorogari poſſe arbitrio Iudicis XII. ſapientum, habita ratione temporis, quo vltra biennium ſteterit in officio.

Quòd

Quòd Poteſtas Ferrariæ, & eius familia, & alij officiales non poſſint petere abſolutionem aliquam ſyndicatus ſui. XLI.

STATVIMVS & ordinamus, quod nec Poteſtas ciuitatis, nec aliquis de eius familia, Vicarius, & Iudex maleficiorum, nec Iudex primarum cauſarum appellationum poſsint petere aliquam abſolutionem generalem, vel ſpecialem alicuius ſui ſyndicatus faciendi, vel aliquorum geſtorum per eos tempore eorum officij, vel aliquorum ſtatutorum, vel etiam alicuius ſtatuti præciſi, vel non præciſi, temporalis, vel perpetui ab Illuſtriſsimo domino Duce noſtro, vel à communi Ferrariæ, vel in aliquo conſilio generali maiori, vel minori, vel in aliqua alia electione ſapientum Ferrariæ: & ſi contrafactum fuerit, ipſo iure cadat contrafaciens in pœnam quinquaginta ducatorum auferendam de ſuo ſalario, maſſariæ communis Ferrariæ applicandam, & in pœnam periurij.

Quòd vnus Aduocatus, & vnus Syndicus fiat pro communi Ferrariæ, & de ſalario, & officio eius. XLII.

PRo vtilitate communis ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus ſtatuimus, quod vnus ſyndicus eligatur de collegio procuratorum pro communi Ferrariæ per Iudicem duodecim ſapientum, & ipſos ſapientes, ſeu maiorem partem eorum; qui ſic electus teneatur bona fide defendere commune Ferrariæ, & omnia iura ipſius communis tam in cauſis quam in alijs negotijs, & maleficijs: & fiat talis electio ipſius ſyndici omni & ſingulo anno in Kal. Ianuarij, & eligatur bonus, & idoneus, & peritus in iure, qui debeat habere pro ſuo ſalario lib. decem march. à maſſario communis Ferrariæ vltra alia diſpoſita per ſtatuta noſtra. Qui ſyndicus teneatur, & debeat comparere coram quocunque Iudice, vel officiali quandocunque fuerit requiſitus nomine dicti communis, & cauſas agere, & defendere, & omnia exequi, quæ quocunque modo vtilitatem communis concernere poſſunt: Et qui etiam Syndicus debeat diligenter inueſtigare, ſi Poteſtas, vel eius Iudices, aut aliquis de eius familia, aut quilibet alius Iudex, vel officialis aliquid committunt, vel faciunt contra ſtatuta & ordinamenta ciuitatis, & contra honeſtatem, & bonos mores, poſsitque cogere, & compellere quemlibet notarium exhibere, & oſtendere libros, vachetas, & maximè damnorum datorum, & maleficiorum, & ſi quid omiſerint, vel negligentes,

&

& remiſſi fuerint,& eo reperto teneatur denuntiare Iudici duodecim ſapientum; teneaturq́; dictus ſyndicus communis electus,vt ſupra vinculo iuramenti, & ſub pœna librarum quinque march.applicanda cõmuni Ferrariæ tempore, quo dictus Poteſtas & eius familia, & alij officiales ſyndicabuntur, offerre libellos contra ipſum Poteſtatem, & quemlibet de eius familia,& alios officiales palatij vt ſupra,qui in officio deliquerint, vt ſupra dictum eſt,& inſtare legitime, ꝙ puniatur de omiſſis, commiſſis, vel neglectis ſecundum, & pro vt debet puniri per ſtatuta ciuitatis Ferrarię, & eis deficientibus per ius commune. Et ipſe ſyndicus ſic electus in principio electionis ſui officij teneatur & debeat iurare in manibus dicti Iudicis, prædicta omnia, & ſingula facere,& obſeruare diligenter, & bona fide. Similiter,& ſimili modo eligatur vnus aduocatus,qui habeat iurare, & agere ea omnia, & ſingula de quibus ſupra diximus in ſyndico, pro vt adaptari poterunt officio aduocati & qui aduocatus percipiat libras viginti march.pro ſuo ſalario omni anno à cõmuni Ferrariæ vltra patrocinia cauſarum ſibi debita, vt ſupra diximus in ſyndico.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER SECVNDVS.

De iudicijs,contractibus,præſcriptionibus, & vltimis voluntatibus.

De modo, & forma citandi, notificandi, interpellandi, & præcipiendi. I.

MODVM, & ordinem, ac breuiſsimum finem litibus imponere volentes prouidemus, quòd vbicunq; rei, vel actoris citatio eſt neceſſaria, ſufficiat inuentum perſonaliter ſemel tantum citari, & bis ſaltem per interuallum vnius diei; non inuentum perſonaliter, ad domum ſuæ habitationis, in qua ſit ipſe citandus, vel aliquis de ſua familia tempore citationis, cui cedula citationis relaxetur, vel ad oſtium affigatur, ſi eam acceptare recuſauerit. Si vero nullus fuerit in domo, teneatur præco inquirere à vicinis vbi eo tempore fuerit ille ſic citandus, & ſi relatum fuerit ab ipſis vicinis eſſe in ciuitate Ferrariæ, affigatur cedula citationis ad oſtium coram duobus vicinis, quos præco nominare teneatur in relatione. Si autem relatum fuerit eſſe ruri, & in comitatu, citetur ruri, & in comitatu ad domum ſuæ habitationis. Poſsit tamen pars inſtare coram Iudice, coram quo cauſa agetur, vt citandus debeat eligere domicilium in ciuitate Ferrarię, vbi ad actus ſucceſsiuos citari poſsit vſq; ad ſententiam excluſiue, cum comminatione quòd alias per Iudicem ipſum eligentur valuæ palatij iuris communis Ferrariæ pro loco domicilij, vbi citari poſsit; & hoc vbi domicilium citandorum ſit extra circas

tetur per litteras Iudicis deſtinandas ad Iudicem ordinarium illius loci, in quo relatum erit illum eſſe, vel mittatur nuntius proprius quẽ Iudex elegerit cum citatione, in qua deſcripta ſit copia petitionis, vel actus ad quem citatur, cum pręfixione certi termini arbitrio Iudicis: & ſufficiat vna citatio etiam ad domum ſolitæ habitationis, cui nuntio credatur cum iuramento à principio ei præſtando per Iudicem cauſæ de diligenter & fideliter ipſum citandum inquirendo, & citando, & de relatione facienda per ipſum nuntium. Et ſi relatum fuerit citandum ipſum eſſe vltra centum milliaria á ciuitate, vel non haberi notitiam ꝙ in aliquo loco certo ſit, vel ſi per ordinarium, vel nuntium relatum fuerit non reperiri eo in loco, vbi dicebatur eum eſſe, iurante ante omnia petente citari, quòd neſciebat, neque ſcit in quo loco ſit infra centum milliaria; vel ſi in caſibus, quibus ſupra diximus mittendas eſſe litteras ad ordinarium loci, relatum fuerit per nuntiũ fuiſſe denegatum, vel neglectum per ordinarium loci citare citandũ, & de tali denegatione, vel neglectu appareat ſaltem per relationem nuntij, qui litteras portauit, cum eius iuramento: tunc citari debeat ſuper arengheria palatij communis, & non ſuper oſtio eius arengheriæ per publicum bannitorem ciuitatis, recepta mercede vnius ſolidi march. tantum pro qualibet citatione, alta voce, & ſono cornu præmiſſo, cum expreſſione totius citationis, quam notarius cauſę illi vulgariter legere teneatur de verbo ad verbum. & ipſa cedula continens dictam citationem ponatur per præconem ad valuas palatij iuris cõmunis, & ibi affixa dimittatur; quam ſiquis amouerit, vel deleuerit infra tempus citationis puniatur, & condemnatus eſſe intelligatur in libris decem march. & intereſſe partis reſpectu deletæ, vel amotæ citationis: cuius pœnæ medietas applicetur accuſatori, & alia medietas maſſariæ cõmunis. & detur fides accuſatori cum vno teſte fide digno. Quę citatio, & forma citationis fieri bis debeat, vt infra octo dies pro qualibet citatione citandus comparere debeat ad reſpondendum petitioni, vel ad faciendum actum, ad quem citatur. Quibus terminis elapſis, & eo citato non veniente per ſe, vel per alium eius nomine legitimè in vtroque caſu, ſiue ſit intra, ſiue vltra centum milliaria, ſiue minor ſit, ſiue maior, detur curator liti vel cauſæ, contra quem poſſit actor agere, & procedere quemadmodum ſupra diſpoſuimus contra pręſentem, & habitantem in ciuitate, vel diſtrictu. Qui curator teneatur iurare dictum abſentem bene, & diligenter, ac ſufficienter defendere, & cui curatori de condigna mercede ſatisfacere teneatur actor,

D expenſis

expenſis tamen eius,cuius poſtea per Iudicem cauſæ declarabitur. Et teneatur citari faciens commodare ſcripturas curatori decreto, qui eas reſtituere cogatur infra terminum Iudicis arbitrio ſtatuendum. Et ſi abſens, vel curator ei datus ſecundum formam tituli, ad quos ſpectet cura bonorum abſentiũ, uel hęreditatum iacentium, venerit pendente iudicio, vel lata ſententia, admittatur ad proſequendum iudicium, vel ad appellandum in omnibus, & ad omnia, & ſecund um & prout infra diſponetur.

Quòd citatio, accuſatio, denuntiatio, relatio, & litterarum præſentatio, vel notificatio quacunque die facta valeat, & teneat. III.

ITEM ſtatuimus, quòd quælibet citatio, aut notificatio, accuſatio, denuntiatio, relatio, & præſentatio litterarum Poteſtatis, & alio rũ officialium quacunq; die facta fuerit, etiam feriata in honorem Dei, vt quis pro die non feriata compareat, valeat & teneat aliqua lege non obſtante; niſi fuerit facta in diebus dominicis, & paſcalibus, natiuitatibus domini noſtri, & feſtiuitatibus glorioſæ Virginis, & Apoſtolorum, & ſanctorum Georgij, & Maurelij. Et ſi vltima dies termini citationis, vt ſupra, fuerit feriata, citatus proxima die non feriata comparere teneatur.

Quo tempore citatus non teneatur comparere, & quo non poßint recipi informationes. IIII.

STATVIMVS, quòd aliquis non adſtringatur comparere die ſibi traditæ citationis; & vbi fuerit facta citatio pro certa hora, & interim ad dandum, aut dari videndum omnes & quaſcunque informationes, ipſæ informationes non poſsint recipi eodem die, nec mane ſequenti.

Quòd procurator citetur, & non dominus ſolus, & quòd nullus proprijs expenſis citetur. V.

STATVIMVS, q̃ lite conteſtata, vel habita pro conteſtata cũ procuratore alicuius, vel ſi procurator cõparuerit in cauſa ante litem cõ teſtatam, vel poſt cum mandato legitimo, & aliquem actũ in ea cauſa geſſe-

geſſerit, non ſufficiat in ipſa cauſa citare dñm, ſed citetur procurator ſi eſt præſens in ciuitate Ferrariæ, vel ſi citetur dominus, citetur etiam ipſe procurator pręſens vt ſupra: aliàs acta iudicij non valeant ipſo iure. Inſuper diſponimus quòd nullus citetur proprijs expenſis: ſed ſi fuerit contumax, teneatur ad omnem refectionem expenſarũ contumaciæ, nec audiatur niſi omnibus refectis expenſis alteri parti etiam primæ citationis.

Quòd citationes, pignorationes, & præcepta, & alia acta iudiciaria contra hæredes non valeant, niſi nomina propria ipſorum exprimantur. VI.

STATVIMVS, quòd omnes citationes, pignorationes, licentiæ, ſiue præcepta, & alia acta iudiciaria contra hæredes alicuius non valeant, niſi ſint expreſſa in ipſis nomina propria ipſorum hæredum, vel hæredis.

De poteſtate Iudici data contra non reſpondentes, vel minus clare reſpondentes interrogationibus ad præparationem iudicij factis. VII.

QVONIAM quandoque per actores, ſeu agere volentes fiunt interrogationes ad præparationem iudicij, & petitur à iuſdicente, vt faciat reum ipſis reſpondere, & reus inuentus ſemel citatus, vel bis non inuentus non comparet ad reſpondendum ipſis interrogationibus; prouidere volentes permittimus cuicunque Iudici ordinario, delegato, commiſſario, arbitris, & arbitratoribus dictum reum ſic contumacem in veniendo (vt pręmittitur) mulctare vel pluries pignorari facere, donec per ſe, vel per legitimum procuratorem compareat, & prædictis interrogationibus reſpondeat. & pignora non reſtituantur, niſi expenſis propter eius contumaciam factis reſtitutis, ſeu refectis actori. & idem permittimus in omni caſu, quo eius perſona eſt neceſſaria ad prædicta. Adijcientes quòd in reſponſionibus faciendis interrogationibus prædictis reus debeat reſpondere clare, & ſufficienter, & non per ſubterfugia verborum; aliàs eo clare, & ſufficienter non reſpondente Iudex teneatur ei præſenti in iudicio, vel eius procuratori ſpeciale mandatũ habẽti ad reſpõdendũ dictis interrogatiõibus mãdare, vt clare, & ſufficiẽter reſpõdeat ſub cõminatiõe,

quòd ſi clare & ſufficienter non reſponderit,eum habebit pro confeſ ſo vel negante, ſecundum quod magis actori placuerit.& tunc eo per ſeuerante in dicta reſponſione, vel clare non reſpondente, Iudex pro nuntiet eum haberi pro confeſſo, vel negante, vt ſupra: vel ſi actor petat ſe immitti in poſſeſsioné rei,de qua reus interrogatus clare non reſponderit; tunc Iudex ei comminetur, quód niſi clare reſponderit, actorem in poſſeſsionem ipſius rei ponet. & tunc dicta comminatione præcedente, & reo clare non reſpondente, Iudex actorem faciat in poſſeſsionem dictę rei induci ſine alterius, quàm prædicti præiudicio. Et his caſibus contumacia procuratoris habentis ad hoc ſpeciale aut ſufficiens mandatum noceat domino, ſi modo fuerit ipſi domino notificata; qua notificatione facta poſsit dominus infra duos dies à die notificationis proximè ſequentes reſpondere,& dictam contumaciam purgare: & poſſeſsio prædicta recuperari poſsit,vt infra. Si vero reus citatus & pignoratus, vel qui vetuerit pignora, ſeu pignorari nõ potuerit, non comparuerit reſponſurus interrogationibus prædictis in iudicio reali factis,& actor petat ſe immitti in poſſeſsionem rei petitæ; Iudex faciat actorem in poſſeſsionem dictæ rei induci ex primo decreto ſine alterius q̃ prædicti præiudicio. Quam poſſeſsionem reus comparens recuperare poſsit infra ſexaginta dies continuos tantum numerandos á die immiſsionis factæ,& reo legitimè intimatæ; refectis tamen ante omnia expenſis factis per actorem vſque ad illum diẽ, & præſtita ſatiſdatione ſecundum formam iuris. Elapſis vero dictis ſexaginta diebus,& ipſo reo non recuperante, vt ſupra, actor efficiatur verus poſſeſſor, & lucretur fructus ipſius rei, & habeatur ac ſi terminus datus á iure communi eſſet elapſus.In iudicio vero perſonali,ſiue mixto, ſi reus interrogetur an rem poſsideat, tunc procedatur modo, & forma,quibus infra in iudicio reali ſimplici,ſub titulo, De modo & ordine procedendi in iudicijs realibus, vel quaſi. Et ſi quis vti hæres interrogandus ſit, reſpondere non teneatur intra quinquaginta dies à die mortis eius auctoris.Elapſo vero dicto tpe,ſi interrogetur an ſit, vel eſſe velit hæres,tunc ſtatim reſpondere teneatur, an ſit de præſenti hæres:& ſi iuſſus & monitus reſpondere recuſaret, vel non eſſet hęres, & vellet ipſe interrogatus tempus ad deliberandum an velit eſſe hæres, tunc ei Iudex ſtatuat terminum quindecim dierum tantum ad deliberandum. Quo tempore elapſo, & reo non reſpondente,Iudex ſtatim declaret eum haberi pro hęrede, vel pro repudiante hęreditatẽ prout magis placuerit actori in pręiudiciũ ipſius non reſpondentis.

Liceat

Liceat tamen interrogato habito pro hærede conficere inuentarium ſecundum formã iuris. Et eo infra duos dies à die notificationis prædictæ declarationis ꝙ habitus fuerit pro hærede, declarante ſe velle facere inuentarium,& id facere incipiente, ſuperſedeatur per triginta dies in cauſa. Et quæ ſupradicta ſunt locum ſibi vendicent in quibuscunq; alijs interrogationibus preparatorijs iudiciorum. Si autem is, qui interrogatus, citatus, & pignoratus, vel qui vetuerit pignora, ſeu pignorari nõ potuerit, non comparuerit ad reſpondendum dictis interrogationibus an ſit hæres, vel velit eſſe,& non reſponderit; tunc citetur legitimè, ꝙ infra terminum arbitrio Iudicis ſtatuendum reſpõdere debeat dictis interrogationibus, cum comminatione ꝙ eo non reſpondente clarè,& ſufficienter, vt ſupra diximus, habebitur pro hærede, vel repudiante, prout magis placuerit actori in præiudicium ipſius non reſpondentis. Quo termino elapſo, & eo non reſpondente, ipſo iure citatus habeatur pro hærede, vel repudiante, prout declarauerit actor coram ipſo Iudice in præiudicium ipſius non reſpondẽtis. Liceat tamen ipſi habito pro hærede conficere inuentariũm; eoq; declarante,& inuentarium facere incipiente vt ſupra, ſuperſedeatur, vt diximus. Si autem is, à quo petitur vt reſpondeat, fuerit abſens à ciuitate Ferrariæ & eius diſtrictu, citetur modo & forma, quibus ſupra diſpoſuimus ſub titulo, de modo citandi abſentes, & vagabundos. qua citatione facta,& citato non reſpondente, detur curator liti vel cauſę, contra quem poſſit agere ipſe actor, ac ſi ille eſſet hæres, vel poſſeſſor. Et ſi abſens vel curator abſenti datus ſecũdum formam tituli ad quos ſpectet cura bonorum abſentium, vel hæreditatum iacentium venerit pendente iudicio, poſſit id proſequi in eo ſtatu, quo reperitur ipſũ iudicium, firmis remanentibus primis actis. Si vero venerit poſt latã ſententiam, admittatur ad appellandum infra tempus præſentium cõſtitutionum. Ita tamen ꝙ ſi executio ſententiæ facta fuerit, non reuocetur niſi in euentum victoriæ cauſæ ipſius appellationis. Si autem is qui interrogandus erit, pupillus fuerit,& habuerit tutorem generalẽ, citetur ipſe tutor ad reſpondendum interrogationibus,& compellatur ad reſpondendum clare & ſufficienter captis pignoribus,& multa indicta in proprijs bonis ipſius tutoris: & perſeuerante contumacia eiuſdem tutoris perſonaliter detineatur ipſe tutor,& non relaxetur donec reſponderit clare & ſufficienter dictis interrogationibus. Si vero pupillus ipſe tutorem generalem non habuerit, tunc ei pupillo pręſenti vel abſenti, volenti vel nolenti decernatur tutor ſpecialis in illa

cauſa per officium Iudicis conſilio aliquorum coniunctorum pupilli in quocunque gradu exiſtentium,infra tamen quartum gradum ſecũdum ius canonicum, ſi quos habuerit,non ſuſpectorum. Qui ſi citati adeſſe noluerint,nec conſilium ſuum præſtare,Iudex ſine ipſis decernere poſsit. Qui tutor ſit vnus de procuratoribus deſcriptis in collegio procuratorum ciuitatis,& doctus,& expertus,ac bonę opinionis, & famę arbitrio tamen Iudicis,cuius conſcientiam in hoc oneramus. Et talis decretus tutor teneatur acceptare tale officium, ceſſante tamen omni iuſto impedimento:& poſsit, & debeat grauari per Iudicẽ ad acceptãdum dictum officium multa indicta, & captis pignoribus, & ſub pœna ſuſpenſionis ab officio procurarionis.Teneaturq́; ipſe tutor decretus iurare ſe bona fide, omniq́; ſtudio, & diligentia in cauſa ipſa verſari. qui tutor ſpecialis teneatur, & poſsit compelli per Iudicem reſpõdere dictis interrogationibus,remedijs quibus diſpoſuimus de tutore generali. Et quæ ſupra diſpoſuimus de pupillo vendicent ſibi locum in furioſo,& mentecapto,& prodigo,& quibuſcunque alijs ſimilibus, qui alterius gubernatione indigent. Qui ſi curatorem generalem habuerint, compellatur ipſe curator reſpondere interrogationibus,vt ſupra in tutore generali diximus; vbi autem non habuerint curatorem generalem,vel ſi ipſe curator generalis abſens fuerit, decernatur per Iudicem inſtante actore ipſi furioſo,vel mentecapto, & cæteris, vt ſupra, curator ſpecialis: qui ſimiliter teneatur, & poſsit compelli reſpondere dictis interrogationibus; vt ſupra de tutore ſpeciali diſpoſuimus. Sed ſi fuerit adultus is,qui interrogãdus eſt, citetur vt legitimè reſpondeat interrogationibus,& ſi contumax fuerit in reſpondendo,pignoretur,& multetur,& ipſo perſeuerante in contumacia,mittatur actor iuſſu Iudicis in poſſeſsionem rei petitæ, ſi reale fuerit iudicium, vel mixtũ:& hoc caſu ea omnia ſeruentur,quę in maiore diximus poſito in poſſeſsione rei petitæ. Si vero interrogationes erunt alterius generis,vt puta an ſit hæres, vel eſſe velit, & ipſe adultus citatus, & pignoratus non reſponderit legitimè dictis interrogationibus,ſiquidem habuerit curatorem generalem, tunc citetur ipſe curator ad reſpondendum ipſis interrogationibus,& ſi contumax fuerit,compellatur ipſe curator; & contra eum omnia fiant & ſeruentur, quæ ſupra diximus de tutore generali. & ſi curarorem generalem nõ habuerit, tunc ei adulro præſenti vel abſenti, volenti vel nolenti decernatur curator ſpecialis ijſdem modo, & forma, quibus ſupra diximus de tutore ſpeciali. Qui curator citetur, & cogatur ad reſpondendum

dendum ipſis interrogationibus,& contra eum contumacem procedatur:& ea omnia ſeruentur quæ ibi diximus.

Qualiter qui aliàs non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, agere vel conueniri poſſint. VIII.

ET quia multoties ij, qui in ius alios vocant,vel vocantur, non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, vt ſunt pupilli,adulti, filijfamilias, mentecapti, furioſi, & ſimiles; prouidemus vt filijfamilias ſeorſum à patre habitantes poſſint agere,experiri,& conueniri vt patresfamilias, ita ꝙ legitimam perſonam vtroq; caſu dicantur habere. Vbi autem non ſeorſum,ſed cum patre in eadem familia habitauerint, & in poteſtate patris fuerint,tunc non audiantur agere volentes, niſi conſenſus & licẽtia patris pręceſſerit,ſeu poſtea interuenerit; ſaluo quàm ſi eſſent bona caſtrenſia, vel quaſi, pro quibus agerent. conuenti uero audiantur ſe defendẽtes etiam abſq; aliquo patris cõſenſu, & perſonam legitimam intelligantur habere; nullum tamen præiudicium iſto caſu volumus fieri patri in vſufructu, quem pater diceretur habere in bonis & rebus, pro quibus ſunt conuenti, niſi pater ratione ſui vſusfructus conuentus fuerit,vel filio defendenti conſenſum & licẽtiam præbuerit. Si vero in iudicio alicui agenti, vel conuẽto fuerit oppoſitum ꝙ ſit filius, vel filiafamilias,vel alieni iuris, ſtatim facta dicta oppoſitione perſona, cõtra quam oppoſitum fuerit,teneatur per ſacramentum in iudicio ei per Iudicem pręſtandum reſpondere, vtrum ſit filius, vel filiafamilias, vel ſui iuris; Et ſi ſui iuris ſe eſſe dixerit,tunc procedatur in cauſa:Et quæ facta fuerint cum ipſo,vel ipſa valeant pleno iure,perinde ac ſi eſſet ſui iuris quantum eſt in præiudicium ipſius,ſeu ipſorum,& non alterius,non obſtãte ꝙ poſtea appareat ipſum vel ipſam eſſe filiũ,vel filiãfamilias,vel alieni iuris. Et dicta oppoſitio,ſeu exceptio debeat opponi ante litem cõteſtatam,&nullo modo poſt. Adulti vero, & pupilli per ſe agentes nõ audiantur, ſed cum auctoritate eorum tutorum &curatorum generalium,vel ad lites tantum, audiãtur. Poſſit etiam tutor ſolus pro pupillo, & curator ſolus pro adulto experiri agendo,& defendẽdo. Vbi autem adultus eſſet conuentus,& compareret ſine curatore legitimo ad illam cauſam, volumus curatorem ad litem etiam ei inuito dari, per quem vel cuius auctoritate defendatur. Et hoc ſi curatorem generalem nõ habuerit, aliàs ille generalis citetur, & ad defenſionem eius compellatur remedijs

dijs opportunis; & ſi abſens reperiretur, tunc curator ad litem illam detur, vt ſupra. Et vbi adultus non compareret, tunc pignoretur toties quoties opus fuerit, donec compareat; nec pignora ei reſtituãtur, niſi refectis omnibus expenſis propter contumaciam factis: Et illo pignorato, vel non pignorato perſeuerante in contumacia, tunc ei inuito etiam abſenti detur curator: Et eo etiam comparente curator detur, vt ſupra: Et ſimiliter pupillo, etiam infanti, tutorem non haben ti volumus tutorem dari ſaltem ad litem, qui eum defendat in cauſa. Et ſi tutorem habuerit, volumus tutorem citari debere, & contumacem pignorari in proprijs bonis toties quoties opus erit, donec compareat, & pupillum defendat per ſe, vel per actorem, quem legitimè conſtituat, nec pignora ei reſtituantur, niſi refectis expenſis propter eius contumaciam factis. Et ſi ignoretur an tutorem pupillus habuerit, citetur ipſe pupillus; pro quo poſsit ipſe, & quicunq; alius de familia ſua, vel quicunq; eius vicinus, vel amicus comparere, & Iudici allegare, qualiter citatus eſt pupillus, & ꝙ caret tutore, & tunc Iudex ei de tutore ſaltẽ ad litem prouideat, & tutor ille pupillum defendere teneatur: Et interim donec pupilli, vel adulti, & ſimiles non comparuerint legitimè, nõ currant termini ad petendum, excipiendum, & probandum, & cętera alia faciendũ, de quibus infra dicemus. Et quæ dicta ſunt ſupra de pupillo, & adulto ſeruentur in filijsfamilias minoribus, ſi pater citatus noluerit, vel non comparuerit ad eorum defenſionem. Adijcientes ꝙ in omni caſu, quo opus erit dari tutorem vel curatorem ad litem, detur quidem, & ſeruetur forma, prout diſpoſuimus in titulo proximè præcedenti. Volentes tamen quòd ſi pendente iudicio reuertatur tutor vel curator, qui fuiſſet abſens, audiatur, & proſequi poſsit prædictum iudicium; quo proſequente, ſpecialiter datus ceſſet firmis remanentibus omnibus actis & geſtis cum ipſo tutore ſpeciali. Quouſque tamen comparuerit tutor vel curator ſpecialis, & eius officium durauerit, ſatisfieri eidem debeat de mercede ſua per eum, qui ipſum dari inſtiterit, ſaluo ſibi iure recuperandi ab ipſo pupillo, vel alio, vt ſupra, etiam cauſa ipſa pendente, quatenus legitimè expenderit. Et prædicta ſeruentur in alijs perſonis ſupra expreſsis, prout adaptari poſſunt.

Quòd

Quòd filijſamilias agere non poſsint contra eorum parentes. *IX.*

NE facile promoueantur filijſamilias ad agendum contra eorum parentes, neúe etiam parentes denegare poſsint debitum officiũ in filios, & vt obſeruetur inter eos æqualitas, ſtatuimus & ordinamus ꝙ filijſamilias, ſiue deſcendentes alij, ſiue in poteſtate, ſiue emancipati non poſſint, nec audeant agere, nec experiri contra eorum parentes, & alios aſcendentes ex aliqua ratione vel cauſa, niſi primo fuerit approbata per Iudicem duodecim ſapientum, vel eius locumtenentem: coram quibus debeat cognoſci ſine aliquo iuris ordine, & omni alio proceſſu ordinario circumſcripto, ſed ſolum extra ordinem, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & potius per modum informationis, q̃ declarationis, an cauſa prædicta ſit iuſta vel honeſta mouendi iudicium contra parentes ſuos, & vt ſupra. Et etiam ſine licentia data à prędictis nõ poſsint filijſamilias agere, experiri, vel officium Iudicis implo rare quacunq; de cauſa contra eorum parentes, vel alios aſcendentes; quam licentiam ipſi impetrare debeant, aliàs iudicium ſit ipſo iure nullum: Et ſub pœna vigintiquinq; ducatorum auri, cuius dimidia ap licetur cõmuni Ferrariæ, & alia dimidia eorum parentibus, vt ſupra.

Ad quos ſpectet cura bonorum abſentium, vel hæreditatum iacentium. *X.*

STATVIMVS quòd quoties contigerit aliquem abſentem fieri à ciuitate & diſtrictu Ferrariæ, abſentemque permanere per annum nullo dimiſſo procuratore, vel defuncto procuratore dimiſſo nullisque perſonis coniunctis domi relictis, vel defunctis ijs, quas domi reliquit, propinquior agnatus eius maſculus maior annis vigintiquinq; & bonę vitæ, & famæ, ac morum, vel nullo agnato extante proximior cognatus qualitatum prædictarum curator bonorum dicti abſentis à Iudice decernatur, ita vt talis curator debeat fideliter & diligenter curare bona, & iura prędicti, cuius bonorum curator erit; & iu rare teneatur vtilia pro dicto abſente facere, & inutilia prętermittere & inuentarium bonorum eorum incontinenti conficere, ac fideiuſſionem idoneam præſtare; & omnia & ſingula ad dictam curam ſpectantia bene & legaliter adminiſtrare, & agere. Qui curator prædictũ abſentem defendere poſsit & debeat, & ipſius nomine agere, & experiri, ac conueniri pro quibuſcunq; iuribus, etiam tempore non perituris

ris; poſsit etiam comparere in quacunq; parte iudicij aduerſus abſentem cepti, dato ei curatore ſecundum formam, de qua ſupra in titulo, De modo citãdi abſentes à ciuitate ac diſtrictu Ferrariæ, vel vagabundos: & pro prædictis bona abſentis intelligantur,& ſint obligata, adeo vt nullam ſatiſdationem iudicialiter præſtare cogatur curator prædictus. Proximior autem, de quo ſupra, non poſsit ſe ingerere in adminiſtratione prædictorum bonorum anteq̃ curator decretus fuerit, & inuentarium confecerit, ac fideiuſsioné præſtiterit: Et vbi ipſe proximior negligeret ſe curatorem prædictis bonis dari, poſsit ad petitionem cuiuſlibet compelli per Iudicem ad ipſam curam aſſumendam, gerendam, & exercendam, niſi ſe excuſauerit aliqua ex cauſis, ex quibus tutores, & curatores de iure excuſari poſſunt à tutelis,& curis minorũ: vel niſi ex alia iuſta cauſa ſe excuſauerit à dicta cura,quę vtrum iuſta fuerit nec'ne,remaneat in arbitrio Iudicis,qui hoc declarare debeat, prout ſibi æquum eſſe videbitur infra terminum ſex dierum continuorũ omni &quacunq; appellatione remota.Et finita eius cura curator prædictus teneatur ſuorum geſtorum, & adminiſtrationis prædictæ rationé reddere, & reliqua præſtare procedendo in hoc (vbi opus fuerit) prout diſpoſuimus in titulo, quibus caſibus ſummariè procedatur. Et vbi remotior in gradu curator effectus fuiſſet, ob id ꝙ proximior eſſet minoris ætatis, tunc ſuperueniente illius minoris legitima ætate, ipſe curator decernatur, ac cætera omnia ſuperius dicta obſeruentur. Et vbi aliquis ex prædictis proximioribus legitimè ſe excuſauerit,vel fideiuſsionem non pręſtiterit,tunc alius proximior curator decernatur. Sin autem nulli eſſent agnati aut cognari, vel eſſent quidem, ſed inhabiles, tunc diſponimus ꝙ Iudex ex inquiſitione de idoneo curatore prouideat. Quibus duobus caſibus omnia obſeruentur ac procedant,de quibus ſuperius diximus, præterq̃ ꝙ curatorem ex inquiſitione datum teneri nolumus fideiuſsionem pręſtare. Quòd ſi prædictus abſens domi aliquam perſonam coniunctam reliquerit ſiue maſculum, ſiue fœminam maiorem vigintiquinq; annis, & nemo procurator dimiſſus fuerit,vel dimiſſus obierit,prædicta perſona curator aut curatrix à Iudice cõſtituatur, quæ tamen ad alicuius inuentarij confectionem,aut bonorum deſcriptionem, vel fideiuſsionis præſtationem minime teneatur: Et ſi fuerit fœmina & nupſerit, eius cura expiret. Si vero perſonæ coniunctæ domi relictæ in minori ætate cõſtitutæ fuerint,curator ſpecialis à Iudice decernatur, qui poſſit agere,experiri,& defendere,omneſq; actus iudiciales facere etiam

requi-

requirentes mandatum in indiuiduo; poſsitq; à debitoribus exigere, ac eoſdem abſoluere, ita tamen vt pecuniç, quç exigentur, deponantur ſuper aliquo banco ibi conſeruandç, donec in utilitatem abſentis vel perſonarum coniunctarum domi relictarum arbitrio Iudicis conuertantur: & cura prçdicti curatoris ſpecialis expiret, ſi aliqua ex perſonis cõiunctis domi relictis ad maiorẽ çtatem peruenerit, quç tunc curator conſtituatur. Et ſi quis ſteterit abſens per quinquẽnium conſtituto procuratore, & ignoretur an abſens ſit in rerum natura, mandatum procuratoris expirare intelligatur, & conſtituatur curator modis ſupradictis, ac omnia ſuperius diſpoſita obſeruẽtur. Et ſi quis mortuus fuerit, cuius hçreditas iaceat, quam iacentem eſſe declaramus, ſi obtinẽs primum gradũ ſuceſsionis, aut eius minoris, vel abſentis per annum vt ſupra, curator generalis vel ſpecialis dicat ſe nolle eſſe hçredem; vel ſi deficiẽtibus agnatis defuncti, & factis duobus proclamatibus mandato Iudicis, per interuallum tamen duorum dierum, quibus requirantur cognati vel alij, ſi qui ſint hçredes defuncti ad comparendum infra decem dies coram Iudice, & declarandum in actis notarij ſe eſſe hçredes, cum comminatione q alias curator hçreditati dabitur, nemo infra illud tempus comparuerit; volumus curatorem dari ipſi hæreditati, qui agere, experiri, & conueniri poſsit, & omnia tam in iudicio, q̃ extra facere, quæ neceſſaria, & opportuna erunt, & in quo omnia ſuperius diſpoſita obſeruẽtur & procedant. Mandantes q omniũ prædictarum perſonarum officia, & curç ceſſare intelligãtur, ſi aut abſens ſuperueniat, ac procuratorem conſtituat, qui in actis alicuius notarij in ciuitate Ferrariç vel diſtrictu mandatum exhibeat, ac curatori aut iam conſtituto notificet mandatũ, aut vbi propter ſuperuenientẽ maiorem ætatem proximioris, alius curator conſtituatur, vel vbi abſens deceſſerit, aut aliquis hçres hçreditatis iacentis appareat; omnibus tamẽ ratis manentibus, quæ interim per ipſos, & cum ipſis curatoribus in iudicijs, & extra acta fuerint: Et ſi aliquod iudiciũ interim pendeat, ſuperueniẽs ipſũ proſequi teneatur eo ſtatu, in quo reperitur.

Quòd ius non reddatur alicui in ciuitate Ferrariæ acquirenti actionem contra Ferrarienſem. XI.

STATVIMVS q quicunq; acquiſiuerit aliquod ius, vel actionem ab aliquo ſiue forenſe, ſiue ciue Ferrariç, vel comitatino contra Ferrarienſem, vel comitatinum habitantem in ciuitate vel eius comitatu, ei non reddatur ius. Et Iudices auferant ei, vel eis pro bãno libras decẽ

march.

march. Idem intelligatur ſi forenſis à forenſi contra ciuem acquiſiuerit ius, vel actionem, quibus caſibus eiſdem acquirentibus per Iudices iuriſdictio, & omnis audientia denegetur. Hęc obſeruentur, niſi acquirens ius vel actionem fuerit obligatus pro eo, vel cum eo, & hoc monſtrauerit per inſtrumenta, vel teſtes, & legitimè; vel niſi ceſsio fiat voluntate eius contra quem ceditur, aut fiat ei, cui vel cuius nomine cedens fuerit ſtipulatus; vel niſi etiam ipſa ceſsio fiat ex cauſa donationis omnium bonorum, ſiue alicuius quotæ, vel cauſa vltimæ voluntatis, vel in caſibus, in quibus de iure ceſsio facienda eſſet neceſſariò; vel niſi nomen debitoris contingat in ſolutum dari alteri creditori, aut ex cauſa tranſactionis in alium transferri, quibus caſibus valeat ceſſio, & poſsit impune fieri. ſi tamen hoc vltimo caſu creditor, cui datum hoc nomen fuerit in ſolutum, fidem fecerit per inſtrumentum de debito, pro quo nomen eſt datum in ſolutum.

Quòd non ſoluentibus collectas ius non reddatur. XII.

QVONIAM nimis indignum eſt lucrum quidem amplecti, onus autem ſubire recuſare; ideo ſtatuimus ꝙ quicunque ſteterit per annum cum dimidio à die impoſitæ collectæ numerandum, ꝙ non ſoluerit collectas à ſe debitas communi Ferrariæ, ſeu officialibus eius, ad quos earum exactio ſpectaret, nullo modo audiatur, immo penitus eidem à quocunque Iudice audientia denegetur; ita vt ei agenti, vel ſe defendenti, aut officium Iudicis imploranti ius nullo modo reddatur, ſub pœna Iudici contrafacieti librarum decem march. toties quoties contrafecerit, maſſariæ communis Ferrariæ applicandarum, & nihilominus quicquid actum fuerit ſit ipſo iure nullum. Et poſsit iſta exceptio in quacunque parte iudicij vſque ad publicationem proceſſus opponi, & probari debeat per opponentem vſque ad id tempus per exhibitionem librorum communis Ferrariæ, vel maſſariorum cõtractarum, quibus quo ad hoc plenam volumus fidem adhiberi: ſic tamen ꝙ ad eam probandam nulla ſtatui debeat dilatio ſpecialis, neĉ per eius oppoſitionem retardari debeat proceſſus ad vlteriora, niſi quouſque probata fuerit, & ſuper ea declaratum per iuſdicentem. Quam declarationem ipſe facere teneatur infra biduum à die exhibitionis librorum prædictorum parte inſtante, ſub pœna librarũ quinque march. communi Ferrariæ applicandarum, & nihilominus lapſo illo biduo ad illam faciendam cogi debeat per ſyndicum generalem

palatij

palatij ſub grauiori pœna. A qua declaratione nec appellari, nec querelari, nec de nullitate dici, nec ei quouis alio remedio contrauenire poſsit. Et oppoſita dicta exceptione ac probata, vt ſupra, omnia retroacta à die lapſus dicti anni cum dimidio intelligantur, & ſint ipſo iure nulla quatenus concernerent commodum, & vtilitatem eius, contra quem oppoſita dicta exceptio ac probata fuiſſet: niſi ipſe infra octo dies continuos à die declarationis prædictæ numerandos integrè ſoluerit collectas à ſe debitas, & de ſolutione fidem fecerit, ac etiam ſoluerit parti quaſcunque expenſas ex cauſa huiuſmodi oppoſitionis, & probationis factas, vel de eis expenſis ſine mora cum taxatę fuerint ſoluendis idoneam apud acta dederit cautionem: quo caſu omnia retroacta in ſuo robore eſſe permittimus. Declarantes ꝙ vbi apparuerit aliquem ſoluiſſe collectas ſuas per biennium continuum cenſeatur quo ad effectum huius ſtatuti eas abinde retro ſoluiſſe, adeo quòd pro illis, quo ad hoc, vlterius moleſtari non poſſit. Et vt facilis ſit exhibito librorum prędictorum, mandamus quibuſcunq; officialibus communis ſeu maſſarijs, penes quos huiuſmodi libri reperientur, vel in quorum cuſtodia erunt, quòd ad inſtantiam cuiuſcunque eos, qui erunt neceſſarij, coram quocunque Iudice exhibere teneantur infra duos dies, poſtquàm fuerint requiſiti, ſub pœna librarum quinque march. pro qualibet vice, qua contrafecerint in prædictis: quam Iudex duodecim ſapientum faciat per eos incontinenti ſolui, communi Ferrariæ applicandam. Excipimus tamen ab hac prouiſione minores vigintiquinque annis exemptos, ac immunes à ſolutione collectarum, & eos, qui ex cauſa per Iudicem duodecim ſapientum ſuſpenſi ab earum ſolutione fuerint ad tempus; durante tamen tempore eorum ſuſpenſionis, & non vltra; ac etiam eos, qui præ paupertate collectas ſuas infra id tempus ſoluere non potuiſſent: de quo ſimplici determinationi ipſius Iudicis duodecim ſapientum ſtari volumus. Adijcientes quòd ſi contingat aliquem pro parte aliqua eſſe exemptum aut ſuſpenſum, & pro alia parte non, exemptio vel ſuſpenſio ſibi non proſit, niſi quatenus pro parte non exempta, vel non ſuſpenſa ſoluerit collectas à ſe debitas infra tempus, de quo ſupra.

De ſecuritate præſtanda per forenſes, vel mulieres agentes, vel defendentes. XIII.

STATVIMVS & ordinamus q͏̄ nullus forenſis, vel quæuis alia perſona non ſubiecta iuriſdictioni, & ſtatutis communis Ferrariæ etiam ſi ſit ciuis ex priuilegio, dummodo non poſsideat immobilia in ciuitate vel comitatu admittatur ad agendum, vel defendendum in quacunq; cauſa, & coram quocunq; Iudice contra aliquem ciuem originarium, vel ex priuilegio poſsidentem bona immobilia in ciuitate vel comitatu; niſi prius præſtet parti aduerſę idoneam cautionem fideiuſſoribus vel pignoribus de iudicio ſiſti, & de expẽſis litis reficiẽdis, ſi ad eas reficiendas fuerit condemnatus, vel condemnata. Et ſi in lite proceſſum fuerit, ea petita in iudicio ante litem conteſtatam, & non præſtita, quicquid poſtea actum & factum fuerit in ea lite & cauſa, non valeat ipſo iure in præiudicium non pręſtantis. Si tamen prædictę perſonę iurauerint ſe facta diligenti inquiſitione nõ poſſe inuenire fideiuſſores, & pignora dare non poſſe, & ſi in expenſis condemnabuntur, ſe expenſas aduerſæ parti refecturas, tunc procedatur in cauſa abſq; alia fideiuſsione, vel pignorum depoſitione; & Iudex ad petitionem eius à quo poſtulabitur fideiuſsio, teneatur expenſas, quæ in cauſa veriſimiliter fieri poterunt, ſuo arbitrio taxare: pro quibus reficiendis ſufficiat pręſtare fideiuſſorem, aut pignora deponere. Idemq; obſeruari volumus in quibuſcunq; mulieribus non poſsidentibus immobilia, etiam ciuibus agere volentibus, vel venientibus ad iudicium inter alios agitatum pro aliquo ſuo intereſſe cõtra aliquem ciuem originarium, vel ex priuilegio poſsidentem vt ſupra,

Quòd creditor partem ſuam lucri recipiens ab vno ex correis, ſibi non præiudicet: & de beneficio fideiuſſorum. XIIII.

SI duo, vel plures ſint in eodem inſtrumẽto obligati in ſolidum pro pecunijs datis ad mercationem; & ad vnum, vel aliquos tota quantitas peruenerit, & inter eorum aliquos, vel omnes fuerit diuiſa, creditor verò receperit partem ſuam lucri ab eo, ad quem tota quantitas peruenerit, vel ab aliquo ex ijs, inter quos diuiſa fuerit; non intelligãtur ex hoc liberati eſſe correi, licet alter eorum, vel aliqui ex eis inſtrumentum conſeruationis indemnitatis habuerint, ſed liberum ſit creditori conuenire ad ſolutionem ſortis, & lucrorum quem ex correis

reis

reis obligatis voluerit. Nec poſsit correus conuentus excipere, vt ille vel illi ad quem, vel quos quantitas peruenit, excutiatur aut excutiantur per creditorem periculo & expenſis illius ſic excipientis. Si vero ex alia cauſa, q̃ mercationis eſſent plures in ſolidum pro aliquo debito obligati; volumus fideiuſſores, aut inſtrumentum indemnitatis habentes conuentos à creditore poſtulare poſſe, vt creditor excutiat prius vſq; ad nomina debitorum excluſiuè reũ principalem, aut reos principales periculo & expenſis ſic poſtulantis: reſeruato tamen omni iure creditori executiuo, quo vti poſsit vt prius poterat contra ipſum reum principalem. Dum tamen infra quinque dies proxime ſequentes poſt talem petitionem dictus fideiuſſor depoſuerit libras decem march. & vltra, illam etiam quantitatem expenſarum, quæ veriſimiliter fieri poterunt iure in dicta cauſa, quas Iudex arbitrio ſuo taxare poſsit & debeat ea die vel ſequenti, qua dicta petitio propoſita fuerit; & ꝙ ſe legitimè obliget ſoluturum idoneè cauendo, ſi vltra dictam quantitatem taxatam expendi neceſſe fuerit: quæ quantitas deponi debeat penes idoneum campſorem exburſanda in dies pro expenſis occurrentibus in ipſa lite. Hanc autem petitionem fieri concedimus ante litem conteſtatam, vel habitam pro conteſtata, vel infra quinque dies, ſi procedatur per viam termini quindecim aut viginti dierum in executione alicuius inſtrumenti, à die præcepti facti numerandos. In tenuta vero petitio prædicta fiat infra octo dies, qui dantur ad opponendum tenutæ, aliàs procedatur in cauſa dicta exceptione non obſtante. Et hoc ſtatutum procedat reſpectu excuſsionis faciendæ in quocunque inſtrumento habente executionem paratam quomodocunque, dummodo petatur fieri dicta excuſsio infra triduũ à die citationis emanatæ, vel traditæ copiæ inſtrumenti. Et huic ſtatuto vllo pacto, etiam cum iuramento renunciari non poſsit, & ſi qua renunciatio facta fuerit, ſit nulla ipſo iure, & iuramentum fictione præſentis ſtatuti dolo videatur præſtitum.

De modo procedendi in cauſis vſque ad ſummam librarum decem march. incluſiuè. XV.

STATVIMVS ꝙ in cauſis, litibus, vel q̃ſtionibus verè vel veriſimiliter vſq; ad decẽ lib. mar. aſcendẽtibus incluſiuè, quodcunq; & qualecũque ſit id ꝙ petitur, procedatur ex mero, & libero arbitrio iuſdicẽtis in citãdo, dãdo copiã petitionis vel nõ, procedẽdo, cognoſcẽdo, & decidendo,

dẽdo, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti ueritate inſpecta et ſine ſcriptura. Nec poſsit in huiuſmodi cauſis intercedere, vel comparere aliquis procurator publicus, nec notarius, niſi pro minore vſque ad annum decimum octauum, aut muliere, aut infirmo, aut abſente à ciuitate, & niſi aduerſarius eſſet procurator, aduocatus, vel notarius; quibus caſibus procuratores poſſint, & notarij intercedere: & Iudex nõ poſsit admittere interrogatoria, vel capitula, vel alias ſcripturas, nec in ſcripturam redigere dicta teſtium. Et iſtæ cauſæ vſque ad libras quinque incluſiuè poſsint decidi etiam per iuramentum deferendum petenti, vel conuento, prout iuſdicenti videbitur, deficientibus tamen hinc inde probationibus. A libris verò quinque vſque ad decem incluſiuè in decidendo ſaltem requiratur ſemiplena probatio, cum iuramento deferendo illi, qui ſemiplene probauerit, ſecundum ꝙ præſentibus conſtitutionibus inferius deſcribetur. declarantes attendendum eſſe id quod petitur, principaliter ratione ſortis dictarum librarum decem, non autem expenſarũ. Et ſi quis in fraudem præſentis conſtitutionis partem vnius ſibi cum effectu debiti, ſiue ex vna, ſiue ex diuerſis cauſis petierit, & partem omiſerit, intelligatur pars omiſſa, & nõ petita ipſo facto ſoluta, ita ꝙ amplius peti non poſsit. Et ne contingat expenſas in huiuſmodi cauſis ſortem excedere, prouidemus ꝙ notarijs non liceat accipere à debitoribus pro expenſis eorum plus quàm ſit vera ſors, pro qua grauantur ad inſtantiam ſuorum creditorum, ſub pœna dupli eius, quod de pluri receperint, & amittendi expenſas omnes, quæ ſibi licite obuenirent. Poſsit tñ Iudex recuſari, ſi fuerit allegata legitima cauſa, & probata infra duos dies vtiles, aliter q̃ per iuramentum coram ſyndico generali, qui illico terminare teneatur. Qua approbata Vicarius Poteſtatis de ea cauſa cognoſcat, & iudicet ſimili modo, & forma, qui vlterius recuſari nõ poſsit, etiam cum cauſa: cauſa aũt ſuſpicionis ſaltem ſemiplene nõ probata, incidat proponens cauſã ſuſpicionis in pœnã ſolidorum viginti march. applicandam pro dimidia maſſariꝫ communis Ferrariæ, & pro altera dimidia parti aduerſæ. Et à ſententijs, & deciſionibus ſuper & de eis latis, vel à præceptis de ſoluendo, vel ſatisfaciendo ſuper ijs emanatis non poſsit appellari, ſupplicari, reſtitutio peti, etiam ex capite minoris ætatis, vel de nullitate dici, etiam per viam exceptionis, vel officium Iudicis, vel aliquod aliud remedium intentari, ſed indilatè executioni committantur omnibus iuris remedijs executiuis.

De

De modo procedendi in cauſis á libris decem march. ſupra, vſque ad libras quinquaginta march. incluſiue. XVI.

IN cauſis verò excedentibus ſummam librarum decẽ march. quodcunque, & qualecunque ſit id, quod petitur, & non excedentibus verè, vel veriſimiliter ſummam, vel æſtimationem librarum quinquaginta march. cognitio, & deciſio fiat ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu ac figura iudicij; & iſtæ cauſæ intelligãtur eſſe ſummariæ omni reſpectu, & per principalem, vel procuratorem mandatũ legitimum habẽtem offeratur in iudicio qualis qualis petitio, cui reus veniens valeat reſpondere. De mandato autem in quacunque cauſa, etiam appellationis procurator fidem facere teneatur, ſaltem per atteſtationẽ notarij de eo rogati, quæ in ſcriptis fiat, in eaq; copia ipſius mandati prout in protocollo reperitur abſque clauſulis inſeratur, niſi notarius cauſę eſſet de mandato rogatus, quo caſu ſufficiat eius atteſtatio etiam verbo facta, dummodo in actis cum inſertione copiæ prædictæ deſcribatur; aliàs non facta tali fide, reus conuentus de hoc ſpecialiter opponens reſpondere non teneatur, & ad vlteriora nõ poſſit procedi: citeturq; reus in ſcriptis, & in cedula ſub breuitate inſeratur cauſa ſaltem generaliter, & ad cuius petitionem, & coram quo Iudice, & notario, & quo loco debeat comparere, cum termino competenti ad comparendum, & reſpondendum. Et ſi reus fuerit perſonaliter inuentus, ſufficiat vna citatio, aliàs citetur bis ad domum ſuę habitationis, & per modum denotatum ſuperius in titulo de modo citandi: & de citatione, & alijs per præconem faciendis ſtetur eius relationi, de qua in actis appareat, & notarius cauſæ totum in actis ſcribere teneatur. Et ſi reus per ſe, vel procuratorem legitimum mandatum habẽtem, de quo fidem facere teneatur vt ſupra, etiam ſi fuerit tertius comparens pro ſuo intereſſe, aliàs non audiatur, niſi principalis eſſet abſens à ciuitate & diſtrictu Ferrariæ, quo caſu illi poſsit Iudex terminum ad faciendum talem fidem aſsignare, comparuerit in termino ſibi aſsignato, & dixerit ſe hæredem, petitioni reſpondere non teneatur intra quinquaginta dies à die mortis eius auctoris, intra quos eum cõueniri, aut vexari nullo modo volumus. Si verò exceptionẽ incompetentiæ Iudicis, vel fori oppoſuerit, vel per aliq̃ partiũ oppoſita fuerit exceptio perſonę illegitimę, vel mãdati illegitimi, vel rei iudicatę, vel laudi, vel exceptio denegatę audientię procedẽs ab aliquo ex ſtatutis noſtris, vel exceptio litis pendẽtis quæ intelligatur pẽdere per ſolã

citationẽ ad reſpondendum libello, vel petitioni, tunc de illis & earũ qualibet cognoſcatur,& termínetur anteq̃ ad vlteriora procedatur: teneaturq; Iudex ſtatim aſſignare opponenri terminum duorum dierum à die habitę,vel oblatę copiæ libelli numerãdorum,ad probandũ omnes exceptiones prædictas,& non alias cuiuſcunq; generis, etiam habentes ſimilem,vel maiorem rationem,q̃ habeãt ſupradictæ.Quibus elapſis vlterius non audiatur ad proponendum , nec ad probandum dictas exceptiones ad finem impediendi litis ingreſſum, & nihil ominus ipſo non ſtatuente , ſtatutus ſit & ipſo iure eſſe intelligatur à die oppoſitionis terminus prædictus duorum dierum, infra quem nulla poſsint produci capitula , ad finem vt eis pars aduerſa reſpondere teneatur. Determinationẽ autem diſponimus fieri infra ſex dies continuos à die oppoſitionis numerandos: Quæ ſi facta non fuerit infra prædictum tempus ad vlteriora procedatur, illis vlterius ad effectum prædictum duntaxat non attentis. Teneatur tamen Iudex tali caſu ad intereſſe partis, ſi per eũ ſteterit; & ſi aliquę ex prædictis exceptionibus non fuerint oppoſitæ,vel non determinatæ intra tempora prędicta, citari poſsit reus, vt veniat reſponſurus petitioni animo litem conteſtandi,cum comminatione quòd aliàs ad vlteriora procedetur: & ſi is hora qua fuerit citatus non reſponderit, vel reſpondendo negauerit, etiam ſi negauerit nõ animo litem cõteſtandi, lis habeatur pro conteſtata , & poſsit ad vlteriora procedi: Aſsigneturq; terminus ad probandum per Iudicem cauſæ, vt dicetur inferius reo comparente , & negante. Si autem reus aliquam aliam exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam etiam inepti libelli oppoſuerit, tunc quælibet earum reſeruetur cognoſcenda tempore,quo de meritis cauſę cognoſcetur, & diſputabitur. Quæ quidem exceptiones ſic reſeruatæ, & etiam aliæ poſtea oppoſitæ intelligantur reiectæ, etiam ſi de ipſis in ſententia , vel pronuntiatione facienda in & ſuper cauſa principali mentio facta non fuerit. Et ſi reus comparens perſonaliter legitimam habẽs perſonam ſtãdi in iudicio per ſe nullam exceptionem oppoſuerit, vel talem oppoſuerit, quæ reſeruari debeat in fine litis, vt diximus tunc teneatur ipſe reus reſpondere per ſe ſolum abſque præſentia alicuius procuratoris,vel aduocati petitioni pro parte actoris porrectæ, antequam Iudex diſcedat à banco, ſi pars actoris hoc petierit. Quo petito Iudex videat,& examinet petitionem actoris,& ſi viderit ꝙ contẽtorum in dicta petitione reus ſcientiam & notitiam habeat, vel veriſimiliter Iudicis arbitrio habere debeat,de præſenti tunc mandet ei,

vt

vt reſpondeat dictę petitioni confitendo, vel negando effectum dictæ petitionis antequam diſcedat à banco ipſe Iudex, cum hac comminatione quod eo ſic non reſpondente ipſum habebit pro confeſſo, & contēta in prædicta petitione pro veris; & tunc tali comminatione præcedente, & petitione ei vulgari ſermone expoſita, & declarata ita vt eam bene intelligat ſi opus fuerit, & reus ipſe petierit, & eo ante Iudicis diſceſſum non reſpondente habeatur ipſo iure, & ipſo facto, ſine aliqua alia Iudicis declaratione ſuperinde facienda pro confeſſo, & contenta in petitione pro veris: & ad omnem inſtantiam actoris teneatur Iudex in caſu prædicto præcipere, & mandare ipſi reo pręſenti, & etiam abſenti, quatenus infra terminum viginti dierum debeat dediſſe, ſolſiuiſſe, vel feciſſe ipſi actori contenta in petitione. Quod præceptum intimetur reo legitime, ſi abſens à iudicio fuerit, & à tali præcepto nō poſſit appellari, de nullitate dici etiam per viam exceptionis, querelari, ſupplicari, officium Iudicis implorari, reſtitutio peti, nec contrarium probari, vel aliquod quoduis remedium intentari. Vbi vero reus perſonaliter non comparuerit, ſed per procuratorem legitimum nullam opponentem exceptionem, vel talem, quæ reſeruari debeat in fine litis; tunc actore inſtante Iudex committat citari principalem ad perſonaliter comparãdum, termino ſibi competenti aſsignato ad reſpondendum petitioni productæ, prout Iudici videbitur, abſque præſentia procuratoris, vel aduocati, cum comminatione quod ſi perſonaliter non comparuerit ad reſpondendum dictæ petitioni, habebitur ipſe reus pro confeſſo, & omnia contenta in petitione pro veris. Quo termino elapſo, & reo non veniente, vel veniente & non reſpondente ante diſceſſum Iudicis à tribunali, ipſe reus habeatur pro confeſſo, & omnia contenta in petitione pro veris ipſo iure, & ipſo facto abſque aliqua pronuntiatione in præiudicium ipſius contumacis; & eo caſu Iudex ad omnem inſtantiam actoris teneatur, & debeat facere dicto reo pręceptum de ſoluendo, vel faciendo, de quo ſupra: à quo appellari, de nullitate dici, etiam per viam exceptionis, ſupplicari, querelari, officium Iudicis implorari, reſtitutio peti, vel aliud quoduis remedium intentari non poſſit, nec contrarium probari. Et prædicta vendicent ſibi locum in principalibus perſonis, quæ habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio per ſe tantum, niſi ſit mulier honeſtæ vitę, aut egregia perſona, vel infirma, quæ cogi non poſſint ad perſonaliter comparendum in iudicio, ſed reſpondere teneantur dictę petitioni, vt ſupra, in pręſentia notarij cauſæ, vel alterius, cui Iudex id

ſpe-

ſpecialiter commiſerit, abſque præſentia procuratoris, vel aduocati, in præſentia tamen alicuius ſui attinentis, vel propinqui ipſius mulieris, ſi haberi poterit. Quę ſi monitæ per notarium, vel per eum, cui ſpecialiter id commiſſum eſt, vt ſupra, reſpondere recuſauerint perſonæ ipſę conuentę, habeantur pro confeſsis, & omnia contenta in petitione pro veris ipſo iure, & ipſo facto abſque aliqua pronuntiatione; vt ſupra dictum eſt. Et quæ ſuperius dicta ſunt in perſona egregia vendicent ſibi locum, ſi ipſa talis egregia perſona citata ſuum allegauerit, vel allegari fecerit priuilegium coram Iudice. Quo caſu Iudex ad inſtantiam actoris ſtatuat dicto reo diem, horam, & locum, quibus dicta talis perſona egregia in pręſentia notarij, vel eius cui Iudex illud ſpecialiter commiſerit, reſpondere debeat dictę petitioni, & ipſa egregia perſona die, hora, & loco deputatis debeat intereſſe ad reſpõdendum dictæ petitioni, & ipſi reſpondere. Quę ſi negligens fuerit, vel id facere recuſauerit, tunc ipſa petitio, & contenta in ea quolibet dictorum caſuum, ſcilicet ea veniente, & reſpondere recuſante, vel nõ veniente, habeantur pro confeſſatis; Et alia quæ ſupradicta ſunt de pręcepto, & quòd non poſsit appellari, de nullitate dici &c. locum habeant in prædictis, & quolibet prædictorum. Adijcientes ea, quæ ſupra dicta ſunt in ipſo reo, locum non habere in reo abſente à ciuitate Ferrarię eiuſq; diſtrictu, vel etiam eo exiſtente in diſtrictu Ferrariæ, legitima tamen cauſa impedito, de qua legitima cauſa impedimẽti pro parte ipſius rei fiat ſufficiens fides Iudici: Et ſi eius, quod in petitione actoris continetur, reus ſcientiam, vel notitiam non habeat, vel veriſimiliter habere non debeat, tunc Iudex det ei dilationem competentem ad reſpondendum dictę petitioni data copia, ſi petita fuerit, infra quam dilationem ſi non venerit, & non reſponderit, procedatur, vt infra dicetur, quando reus in termino comparere ceſſauerit. Si autem reus comparens reſponderit petitioni confitendo, tunc fiat ei pręceptum de ſoluendo, vel faciendo infra viginti dies quod petitum eſt, niſi Iudex ex cauſa legitima illud augeat, vel abbreuiet: nec à dicto præcepto poſsit appellari, de nullitate dici, etiam per viam exceptionis, vel aliud remedium intentari, vt ſupra dictum eſt. Et ſi reus reſponderit petitioni hora, pro qua citatus eſt, negando pręſente, vel abſente actore, tunc immediatè Iudex vtriq; parti ſtatuat terminum quindecim dierum ad petendum, excipiendum, producendum, & probandum per omne genus probationum quicquid quælibet dictarum partium probare voluerit in cauſa, & ex tali negatione lis habeatur pro

conte-

conteſtata, & intimetur legitimè actori ipſa reſponſio ſi abſens fuerit; & tunc partes ipſæ ſint & eſſe intelligantur monitæ, vt ſingulis diebus & horis iuridicis durante termino prędicto debeant legitimè comparere coram ipſo Iudice ad eius tribunal, ad videndū iurare teſtes, produci capitula, libros, inſtrumenta, & ad alia facienda, vt infra dicetur. Poſsit tamen iuſdicens dictum terminum ampliare pro teſtibus, & inſtrumentis tantum, qui, vel quę eſſent extra territorium iuſdicentis, vt infra latius dicetur. Ipſoq; termino quindecim dierum elapſo, & prorogatione de eo facta in caſu prędicto etiam elapſa, ſtatim quæcunque actitata, geſta, producta, oſtenſa, & probata in cauſa, & in termino, & prorogatione prędictis publicentur per Iudicem, ita ꝙ de eis fiat copia parti requirenti, & habeat altera pars terminum ad reprobandum, de quo infra dicetur. Si autem reus citatus in principio, vt ſupra, per ſe, vel per alium legitimè non cōparuerit, tunc propter eius contumaciam actore inſtante per Iuſdicentem mandetur cum ſoldatis pignorari, vt ſic tædio affectus veniat reſponſurus, & pignora accepta deponantur, vt infra in titulo de pignoribus deponendis diſponitur, nec reſtituātur ei poſtea venienti, niſi refectis expenſis cōtumaciæ: & ſi pignoratus, vel etiam non pignoratus in ſua contumacia perſtiterit, damus facultatem actori procedendi ad vlteriora cauſæ, etiam reo abſente. Ideo parte actoris inſtāte, etiam citra petitionem de pignerando Iudex pronunciet ad vlteriora cauſę procedendum eſſe in contumaciam rei, parte tamen ad hoc legitimè citata. Qua pronuntiatione facta lis habeatur pro conteſtata, & immediatè ſtatuat Iudex vtriq; parti terminum quindecim dierum continuorum ad petendum, deducendum, excipiendum, producendum, & probandum per omne genus probationum quicquid quælibet dictarum partium petere, deducere, excipere, producere, & probare, ſeu facere voluerit, vt ſupra diximus: quem terminum Iudex ampliare poſsit pro teſtibus tantum & inſtrumentis, quæ eſſent extra territorium iuſdicentis, vt ſupra diximus. Et poſsit actor ſi velit euitare pluralitatem citationum petere à Iudice, & ipſe Iudex facere teneatur, vt faciat per vnum ex præconibus communis Ferrariæ ipſi reo perſonaliter, vel ad domum ſuæ habitationis intimare terminum ipſis partibus præfixum ad prædicta faciendum. Item citare ad inſtantiam dicti actoris, vt ſingulis diebus, & horis durante termino prædicto debeat legitimè comparere coram ipſo Iudice ad eius tribunal, ad videndum produci capitula, libros, ſcripturas, & inſtrumenta, & ad videndum iurare teſtes, & ad

eligen-

eligendum examinatorem ipſorum,& ad alia faciendum;quæ in prędictis,& circa prædicta ſunt neceſſaria,& eo ſic generaliter monito,& citato non ſit in prædictis alia ſpecialis citatio neceſſaria, ſed eius abſentia Dei, & Iudicis præſentia ſuppleatur.Et hæc intimatio, citatio, & admonitio ſcribatur per notarium,& tradatur nuntio,ſeu præconi qui cedulá,in qua hæc ſunt ſcripta,dimmitat reo perſonaliter inuentó,vel ad domum ſuæ habitationis,& prout ſupra per præſentes conſtitutiones de modo citandi diſpoſitum eſt. Et ad prædicta omnia & ſingula ipſe actor monitus ipſo facto ſit,& eſſe intelligatur reo comparente,pendente dicto termino ad aliquod faciendum in cauſa:Et terminus prædictus aſsignatus, vt ſupra, currere tantum incipiat vtriq; parti á die relationis legitimè per nuntiũ factæ de notificatione prædicti termini aſsignati vtſupra. Et ſi pẽdente dicto termino reus comparuerit per ſe, vel per procuratorem legitimum, volumus eum admitti ad perſequendum cauſam; omnia tamen prius acta,& geſta in eius abſentiá (dũmodo eis aliud nõ obſtet) valeant & teneant,acſi cũ eo pręſente geſta fuiſſẽt: & eo caſu audiatur ipſe reus, ſi infra terminũ prædictum aliquam exceptionem peremptoriam opponere, & probare voluerit. Ad quam probandam vltra terminũ prædictum in hac inſtãtia cauſæ principalis non audiatur, & ipſe reus comparens non admittatur ad opponendum aliquã de exceptionibus dilatorijs quas ſupra diximus admitti ad impediendum litis ingreſſum, ſed reiectę eſſe intelligantur;niſi ſit exceptio mandati,vel perſonæ illegitimæ quæ exceptio diſcuti debeat,& poſsit inſtantre reo quandocunque. Et quia diſpoſuimus ꝙ ad inſtantiam actoris in contumaciam rei citati ad reſpondendũ libello,poſsit procedi ad vlteriora, & lis habeatur tunc pro conteſtata,& termini probatorij,& reprobatorij per Iudicem ſtatuantur, cum iudicia claudicare non debeant, ſed æqua lance procedere; Ideo ordinamus vt qñcunq; poſt datũ libellum, ſeu qualem qualẽ petitionẽ per actorem, & facta citatione de reo, actor citatus fuerit ad inſtantiam ipſius rei ad conteſtandam litem, vel quaſi, ꝙ in cõtumaciam actoris non comparentis ad ipſam cõteſtationem, vel quaſi,vel nolentis cõteſtari litem,procedatur ad vlteriora in cauſa, & lis habeatur pro conteſtata, & ſtatuantur termini, de quibus ſupra,per Iudicẽ, & omnia alia fiant,& fieri poſsint,& facta eſſe intelligantur,prout diſpoſuimus, ad inſtantiam ipſius actoris,in contumaciam ipſius rei petitioni non reſpondentis. Prouidemusq; ꝙ immediatè elapſo dicto termino probatorio, &.eius prorogatione,ſi prorogatus fuerit pro teſtibus

ſtibus,& inſtrumētis extra territoriū,tunc ſiqui teſtes iurati in termino ſuperfuerint examinádi,vna tm̄ dilatio, nō maior diebus octo, ad eos examinandos ſtatuatur vbi in publicatione proceſſus ad id altera pars aliam nō impetrauerit: quibus diebus aſsignatis lapſis ſtatuātur quatuor dies continui ad reprobandum quæcunq; geſta, & probata in dicto termino probatorio,& perſonas teſtiū,& eorū dicta cum mōnitionibus hinc inde. Et quia ſępe cōtingit ꝙ illi lapſi ſunt ante datas vel exhibitas copias teſtiū;diſponimus ꝙ ſi eis lapſis, vel eorum parte, data vel oblata fuerit copia teſtiū parti,ſeu partibus volenti vel volētibus reprobare,tunc, & eo caſu peti poſsit intra quinque dies reſtitutio eorum,& per Iudicē concedatur ſine aliquo proceſſu:& eo concedente,vel nō conceſſa intelligatur in totum,ſi erāt lapſi,aut pro parte lapſa,dum tñ petens,& eius procurator,ſi procuratorē habet in cauſa iuret ꝙ verè intendit,& cōfidit reprobare aliquid de prædictis.Quam copiā teſtium petere teneatur pars reprobare volens,infra duos dies à die notificationis ſibi factę per notariū,vel ad inſtantiā partis,per pręconē de mandato Iudicis,de extēſione perfecta teſtiū, aliàs excluſa ſit à petitione dictę reſtitutionis. Quā notificationē notarius ſcribere teneatur in actis, & ei credatur . quā copiā teſtium notarius de illis rogatus,& requiſitus debeat dare,vel offerre realiter parti petenti,infra dies quinque poſt petitionē,ſub pœna lib.duarū march. parti petenti applicāda:Poſsit tñ Iudex dictū terminū ex cauſa prorogare ſemel tm̄: cauens tñ,ne notariorū negligētia ſit cū diſpendio partium. Adijcientes ꝙ petētes dictā copiā tunc eſſe debeāt cōcordes cū notario de mercede,vel eum reddere tutum de illa,arbitrio Syndici generalis palatij. Et quia ſæpe contingit alterā partium in petendo copiā ſcripturarū calumniari,ſtatuimus, vt in quacunq; parte iudicij vnico cōtextu copia peti debeat,aliàs ea ſemel petita,pars excluſa ſit à petitione cuiuscunq; copiæ ſcripturarū factarū ante ipſam petitionē copiæ; quo ad finē impediēdi proceſſum , vel actū faciēdum vſq; ad ſentētiā incluſiuè, in cuius expeditione nolumus ſuperſederi ob petitionē copiæ proceſſus,vel ſcripturarū vnius vel plurium,quæ ab aliqua parte poſtq̄ quin quies fuerit facta citatio,vel monitio ad ſentētiā peteretur. Statuimus ēt ꝙ in qualibet ſentētia ferenda,ſiue definitiua,ſiue interlocutoria,& in quacunq; cauſa,modo excedat libras xxv. Iudices ſeu cōſultores,teneātur ſaltē ſemel dare dubia,ſiue motiua parti petēti . Lapſo verò dicto termino reprobatorio alius terminus reprobatorius amplius non aſsignetur,ſed ad cauſæ expeditionē procedatur, vt inferius dicetur. Prouidentes quòd termini, de quibus in pręſentibus conſtitutionibus

De dic-

agitur, currere incipiant ipſis partibus quocunque caſu à die notificationis factæ parti abſenti, & non antea.

De modo procedendi in cauſis excedentibus ſummam librarum quinquaginta march. XVII.

IN cauſis verò ſummã lib. 50. verè, aut veriſimiliter excedẽtib⁹, quodcunq; ſit id quod petitur, & cuiuſcũq; æſtimationis, vel ſpeciei diſponimus, vt porrecta qualicũq; petitione, & facta legitima narratione, ĩ qua ſufficiat dicere ĩ cõcluſione, quare peto in p̃dict. iuſtitiã mihi fieri, & miniſtrari, oĩa (quaten⁹ cõueniãt) obſeruẽtur, q̃ p̃cedẽti tit°. cõſtituimus. Preterq̃ ꝙ cũ illic dicat̃, reũ teneri rñdere libello cõfitẽdo eius effectũ, vel negãdo abſq; procurẽs pñtia, vel aduocati, & añq̃ à tribunali Iudex diſcedat, nos eius copiã dari volum⁹, vt procurẽm, & aduocarũ (ſi velit) poſſit cõſulere cũ termino cõpetẽti ad rñdeñ. & iubem⁹ ſi re⁹ rñderit cõfitẽdo, vni⁹ mẽſis terminũ ei dari ad ſolueñ. de quo p̃ceptũ fiat, ſi id quod petit̃ cõſiſtat ĩ dãdo: ſin aũt in faciẽdo, termin⁹ Iudicis arbitrio ſtatuat̃, quo trãſacto executio p̃cepti fiat, remota app^ne. & nullitatis dictione, & alijs remedijs, q̃ p̃cedẽti tit°. cõtinẽtur. Si aũt actoris petitioni reus rñderit negãdo, Iudex vtriq; parti ſtatuat terminũ xxv. dierũ cõtinuorum tm̃, quẽ loco termini p̃cedẽtis tit¹. eſſe volum⁹, ad probañ. excipieñ. & deduceñ. p oẽ genus probationũ. Quo elapſo oĩa ſtatim per Iudicẽ publicẽtur, & vtriq; parti ĩmediate ſtatuatur terminus xij. dierũ cõtinuorũ ad reꝓbañ. geſta, & ꝓbata ĩ termino probat°: & terminus octo dierũ ad facieñ. deponeř iuratos teſtes poſſit ꝓrogari ſemel, vel pluries, vbi, & quatenus ex eorũ multitudine, vel alia cauſa iuſtũ videat̃: & ĩ cauſis ordinarijs tm̃ hęc locũ habeãt. Adijciẽtes ꝙ ſiquis putauerit aduers^m. interrogañ. in quibuſcũq; cauſis, & cuiuſcunq; quãtitatis, ac ſummę, vt rñdeat, an vti velit pro veris teſtibus actis, ſeu inſtr̃is iuxta formã nr̃arum cõſtitõnum, pręcisè diceř, & aperire teneatur partẽ, ſeu actum, vel dictum, ob quod falſi redarguere intendit. Aliàs neminem cogere Iudex poſſit, nec debeat ad reſpondendum huic interrogationi. Pendente autẽ criminali cauſa de falſo, vel falſi vſu per viam accuſationis tantum, & nõ aliter, ſuperſederi in ciuili, in qua falſitas commiſſa dicitur, mãdamus donec per ſententiã criminalis fuerit terminata. Si modo accuſatio porrecta fuerit intra viginti dies, poſt datam, vel oblatam copiam proceſſus. Aliàs in ciuili cauſa ſuperſederi nõ permittimus: & hæc omnia de interrogatione iſta pro verè expreſſis habeantur in titulo de pœna deponentis falſum teſtimonium.

De arbi-

De arbitrio Poteſtatis Ferrariæ, Iudicis duodecim ſapientum, & Factorum Ducalium generalium in cauſis non excedentibus ſummam librarum quinquaginta march. XVIII.

VT facilius credita exigi poſsint per quoſcunque, ſtatuimus ꝙ Poteſtas Ferrariæ, Iudex duodecim ſapientum, & Factores Ducales generales à libris decem excluſiue vſque ad libras quinquaginta mar. incluſiue inter quoſcunque, qui iuriſdictioni eorum ſubiaceant, habeant plenum, & abſolutum arbitrium procedendi, cognoſcendi, & terminandi ſola facti veritate inſpecta, nulloq; iuris, & ſtatutorum ordine ſeruato, extraordinariè, & abſq; proceſſu, ſiue ſcriptura, & prout eis magis, & melius conueniens eſſe videbitur, omni, & quacunq; nullitatis dictione, appellatione, & recuſatione prorſus remotis. Et ſi quis in fraudem pręſentium conſtitutionum partem vnius ſibi cum effectu debiti, ſiue ex vna, ſiue ex diuerſis cauſis petierit, & partem omiſerit, intelligatur pars omiſſa, & non petita ipſo facto ſoluta, ita vt amplius peti non poſsit.

De modo, & ordine procedendi in iudicijs realibus, vel quaſi. XIX.

VT aliquis ordo in procedendo detur in iudicijs realibus, vel eorũ naturam ſapientibus, ordinamus vt ijſdem modis in eis procedatur, quibus procedi diximus in alijs cauſis, quo ad citationes, & mandatorum fidem, & ijdem termini ſtatuti in eis ſtatuantur. ſi tamen reus contumax in nõ veniendo fuerit, tunc Iudex reum iterato faciat citari, cum comminatione ꝙ eo non veniente ipſe mandabit, & induci faciet actorem in poſſeſsionem rei petitæ, & hæc comminatio fiat in ſcriptis, & per præconem ei inuento ſcripta tradatur, & eo non inuento ad domum ſuę habitationis dimittatur legitimè ſecundum formam ſtatuti, de modo, & forma citandi: Et eo in contumacia perſeuerante actor hoc petens in poſſeſsionem rei petitæ mittatur, quam poſſeſsionẽ reus comparens recuperare poſsit intra quadraginta dies continuos tantum, numerandos á die immiſsionis factæ, & reo legitimè intimatæ, refectis tamen ante omnia expenſis factis per actorem vſq; ad illam diem, & præſtita ſatiſdatione ſecundum formam iuris. Elapſis vero dictis quadraginta diebus, ipſoque reo non comparente,

vt ſupra, actor efficiatur verus poſſeſſor, & lucretur fructus ipſius rei, & habeatur ac ſi annus datus à iure communi eſſet elapſus. Vel ſi actor elegerit vt pigneretur, mandetur pignerari cum ſoldatis, ita quòd tædio affectus veniat reſponſurus, vel eo eligente quòd ad vlteriora procedatur, ſiue reus ſit pigneratus, ſiue non, dummodo reus ſit citatus cum comminatione quòd aliàs procedetur ad vlteriora, Iudex pronuntiet ad vlteriora procedendum eſſe, reo etiam abſente: Et ea pronuntiatione facta, lis habeatur pro conteſtata, & termini per ipſum Iudicem aſsignentur ſecundum valorem rei vt ſupra in iudicijs perſonalibus diſpoſuimus. Et vbi dubitetur an æſtimatio excedat decem, vel quinquaginta libras march. ſtetur quo ad hoc iuramento actoris aſſerentis de credulitate: Et alia omnia, quæ in prædictis conſtitutionibus ſupra diximus, fiant, & locum ſibi vendicent in his iudicijs vſque ad prolationem ſententiæ incluſiuè, quatenus poſſint adaptari.

De modo, & forma procedendi quando de debito apparet per publicum inſtrumentum. X X.

PROVIDEMVS, ſtatuimus, & ordinamus quòd pro exigendo debito quantitatis conſiſtentis in pondere, numero, vel menſura, vel in aliqua certa re, vel ſpecie à decem libris ſupra, de quo debito appareat publicum inſtrumentum, non ſit neceſſe libellum, vel aliam ſolennem petitionem in ſcriptis, vel aliter dari, porrigi, vel offerri; ſed ſufficiat in dicto inſtrumento nominatum creditorem, aut ipſius hæredem, vel ceſsionarium creditoris, vel eius hæredem, de cuius ceſſione prius conſtet Iudici per publicum inſtrumentum, ſeu per alterutrius eorum legitimum procuratorem, vel aliam legitimam perſonam, de cuius mandato, vel legitimatione perſonæ legitimè prius & ante omnia Iudici fiat idonea fides per inſtrumentum publicum, vel per atteſtationem notarij de ipſo præcepto rogati. Et dicatur ſufficiens mandatum, ſi eſt conſtitutus procurator ad petendum executionem inſtrumenti contra quemcunque ſuum debitorem; & tale mandatum præiudicet domino conſtituenti; & cuius mandati legitimatio reſeruetur poſt executionem, comparere coram quouis Iudice ciuitatis competente, & præſente nominato debitore, aut eo abſente, legitimè tamen ad hoc citato, inſtrumentum publicum debiti producere, & verbotenus petere à Iudice quòd inſtrumentum

præ-

dictum pro debito in eo contento executioni mandet, ſeu exequi faciat contra ibi nominatum debitorem prædictum, dicta tamen productio, & petitio per notarium cauſæ in ſcriptum redigatur: Quo facto Iudex ſtatim viſo per eum prius inſtrumento prædicto, & memorato debitore comparente, & nihil opponente, committat executionem ipſius inſtrumenti, mandetq; illam fieri, aut in bonis, aut in perſona, & iuxta formam ſtatuti infra, de executione præcepti. Eo autem non comparente Iudex iterum illum citari faciat, qui ſi iſta ſecunda vice non comparuerit, vel comparens nihil oppoſuerit, executio ſtatim contra eum committatur, & fiat prout ſupra. Ipſo autem comparente, vel ad primam, vel ad ſecundam citationem, & aliquas exceptiones opponente: iudex ei præcipiat quatenus intra terminum quindecim dierum continuorum à die dicti præcepti, ſiue notificationis de ipſo præcepto legitimè factæ computandorum, debitum in dicto inſtrumento comprehenſum ſoluiſſe debeat dicto creditori, ſeu ceſsionario, ſeu eorum hæredi aſſerto, ſem per ſingula ſingulis congruè referendo: aut ſi quod petitur debitum eſſe negauerit, vel ſe non teneri dixerit, probaſſe, & probatum habuiſſe quicquid vult, & poteſt, quare ſoluere non teneatur in totum, vel pro parte. Volentes quòd dictum præceptum fiat purè, & ſimpliciter non obſtantibus aliquibus exceptionibus, tunc per ipſum reum oppoſitis, etiam impedientibus litis ingreſſum, cuiuſcunque qualitatis ſint, etiam recuſationis Iudicis & notarij. Qui tamen Iudex, ſeu notarius poſt dictam aſsignationem termini poſsit recuſari, & in totum remoueri ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ſub titulo de recuſatione Iudicis, & titulo de recuſatione notarij; ſi tamen notarius intra tres dies poſt aſsignationem dicti termini, ſeu eius notificationem fuerit recuſatus: Quòd ſi poſt recuſetur non remoueatur in totum, ſed aſſocietur ſecundum formam ſtatuti prædicti ſub titulo de recuſatione notarij. Volentes etiam q̄ dictę exceptiones litis ingreſſum impedientes poſsint etiam opponi poſt dicti termini aſsignationem intra tres dies tantum à die dictę aſsignationis, ſeu eius notificationis numerandos. Quas exceptiones reſeruamus diſcutiendas, & liquidandas in dicto termino quindecim dierum. A quo quidem præcepto, & termini aſsignatione nullo modo permittimus appellari, querelari, de nullitate dici, aut ſupplicari, aut aliquam reſtitutionem peti, etiam ex capite minoris ætatis, vel officium Iudicis implorari etiam per viam exceptionis in omnibus prædictis.

 In quo

In quo termino quindecim dierum non ſit neceſſaria alia productio inſtrumentorum ante præceptum factum productorum,ſed illa ſufficiat. In eo tamen termino dictus nominatus creditor, ſeu ceſsionarius prędictus,aut dicti eorum hęredes ſimiliter & debitor nominatus poſsint,teneantur,& debeant probare & liquidare,& probatum & liquidatum habuiſſe per omne genus probationum quicquid volunt, & poſſunt,ſi quid forſitan probandum & ſeu liquidandum ſibi incumbere crediderint pro concludenti fundamento ſuę intentionis; vt ſunt mortes,parentelę,hęreditatum aditiones,& ſimilia,& omnia alia ſibi neceſſaria,& etiam mandatum ad inſtantiam partis volentis diſputare de ipſo mandato. Quo termino elapſo ſi in inſtrumento nominatus debitor nihil probauerit contra inſtrumentum,vel aliter, propter quod conſtet ipſum non teneri,& liquidata etiam in iudicio perſona hæredis aſſerti creditoris, vel ceſsionarij ſimiliter per partis aduerſæ confeſsionem,quando videlicet ad inſtantiam hęredis nominati creditoris, ſeu ceſsionarij præceptum factum eſſe contigerit; Iudex ipſe nulla facta pronuntiatione, & abſq; alterius termini aſsignatione ipſum inſtrumentum ſeu pręceptum executioni mandet, ſeu mandari faciat iuxta formam dicti ſtatuti, de executione præcepti, contra dictum debitorem,cui pręceptum factum extiterit, ac ſi eſſet ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet,vel præceptum in confeſſum: contra quorum executionem nulla omnino exceptio, vel defenſio competeret,obſtaret,aut opponi poſſet. Debeat tñ is,cui factum eſt pręceptum,prius citari intra terminũ Iudicis arbitrio ſtatuẽdum ad contra dicendum ne cõmittatur actualis executio præcepti. In quo termino ſi non cõparuerit,aut ſi cõparuerit,& nihil oppoſuerit,indilatè executioni mittatur. Quòd ſi oppoſuerit exceptionẽ aliquã, quæ emerſerit poſt dictum præceptum, quam ſolam tunc volumus poſſe opponi, ad eam probandam aſsignetur terminus quattuor dierum,quibus elapſis Iudex ſtatim poſt dictos quattuor dies exequatur, vel non exequatur, prout iuris erit; & ſi debitor eam non probauerit ſaltem ſemiplene, incidat in pœnam librarum decem march. applicandarum parti aduerſę. Si vero aliquę cuiuſuis ſpeciei,aut generis probationes ꝑiudiciales tã debiti petiti ſubſtantiã concernentes, q̃ perſonarum liquidationem ex altera partium, ſeu ex vtraq; earum intra dictum terminum quindecim dierum factæ, ſeu productæ fuerint, tunc Iudex non obſtante dicto præcepto, quod tunc in ſuſpenſo auctoritate huius prouiſionis cõquieſcat,poſt lapſum ꝑdicti termini oẽs ipſas probationes,

ſiue

ſiue teſtium dicta, ſi qui forte recepti fuerint, publicet. Et ſucceſsiue ambabus partibus aſsignet terminum trium dierum immediatè ſequẽdorum ad accipiendum copiam dictarum probationum, ſeu atteſtationum; ad quam infra dictum terminum tradẽdam notarius cauſæ omnibus iuris remedijs, videlicet pignoribus captis, & multa pro motu Iudicis indicta, etiam prҿcisè per ipſum Iudicem aſtringatur ad partis eam petentis requiſitionem, & etiam ſub pœnis, modo, & forma, quibus infra in titulo de pœna Iudicis, & notarij non tradentis copiam &c. parti diſpoſuimus. Quem terminum ipſi notario poſsit Iudex prorogare ex cauſa legitima. Et poſt prædicta, terminum duorũ dierum continuo ſuccedentium aſsignet ad opponendum, & contra dicendum atteſtationibus, ſeu probationibus prҿdictis. Et in caſu quo per vtramque partium nil infra dictum terminum oppoſitum fuerit, ſi Iudici conſtiterit per debitorem tale quid probatũ eſſe, propter quod ſoluere non teneatur in toto, vel in parte; vt inſtrumentum falſum eſſe, vel debitum ſolutum in toto, vel in parte fuiſſe, vel conſtiterit pro parte petentis, ſi forte hæres nominati creditoris, vel eius ceſsionarij fuerit, qui petierit, neceſſariam & concludentem probationem, vel liquidationem factam non fuiſſe, tunc non mandet executioni inſtrumentum, quatenus conſtiterit conuentum non teneri, ſeu eum teneri non apparuerit: Immo eatenus abſoluatur ipſe conuentus pro modo, & iuribus probationum. Quatenus vero apparuerit eum debitorẽ eſſe conſideratis probationibus, & liquidationibus factis, eatenus Iudex nullo aſsignato termino inſtrumentum, ſeu præceptum executioni mandet, ſeu mandari faciat contra eum, ac ſi eſſet ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet, & cuius executio commiſſa fuiſſet, ſecundum formam tituli de executione ſententiҿ, vel prҿceptum in cõfeſſum, & vt ſupra; contra quorũ actualem executionem nulla omnino exceptio, dilatio, aut defenſio cõpeteret, obſtaret, aut opponi poſſet, citata tamen parte ad contradicendũ, vt ſupra diximus. Si vero dictҿ partes, vel altera earum aliquid infra dictũ terminum duorũ dierũ oppoſuerit, ſeu oppoſuerint tendens ad eneruationem, ſeu conflictũ probationum contra ſe factarũ, ſeu productarum, tunc Iudex productis ipſis oppoſitionibus incontinenti ipſi, vel ipſis aſsignet terminum quinque dierũ continuorũ immediate ſequentiũ ad probandũ, & probatũ habendũ per omne genus probationũ intentionẽ ſuam ſuper oppoſitis. Poſsit tñ Iudex ex legitima cauſa maiorẽ terminum præfigere, vt ei videbitur, attenta diſtantia locorum, & alijs circunſtantijs.

Quo termino elapſo Iudex incontinenti atteſtationes teſtium productorum,omneſq; alias factas,ſeu productas probationes publicet & pro modo,& iuribus probationum,& actitatorum vel abſoluat couentum,vel exequatur inſtrumentũ,prout ſuperius in caſu proxime præcedenti dictum eſt, citata tamen parte ad contradicendum, vt ſupra diximus. Et in omnibus caſibus prædictis poſsit Iudex ét poſt lapſum dicti termini iuramentũ in ſupplementũ ꝓbationũ deferre,in caſibus tñ alias à iure permiſsis, vbi ante lapſum termini fuiſſet per partẽ petitum. Et hic exequendi modus etiam ſibi locum vendicet contra fideiuſsorem in dicto inſtrumento nominatum,quando legitima præceſsit excusſio, vel etiam quando non præceſsit, ſed aliàs de iure contra fideiuſſorem prędictum procedi conceditur ad debiti exactionem, ſeu proſequutionem. De qua excuſsione, quando neceſſaria fuerit in petitione executionis inſtrumẽti prædicti fiat opportuna mentio,ſed intra terminum quindecim dierum prædictum de ea excuſsione, & de alijs neceſſarijs liquidãdis ſufficiat,& debeat fieri probatio. Et prædicta etiam locum habeant in exactione quorumlibet debitorum annuorum,& ſub quauis alia temporali petitione comprehenſorum, vt ſunt emphyteoſis,vſus vel penſionis,vel alterius huiuſmodi,quatenus videlicet ex inſtrumenti publici inſpectione,& temporis lapſus conſideratione ſubſiſtere,elici poſſunt. Et etiam denariorum datorũ ad bonam mercationem,de quorũ datione, ſeu confeſsione extet publicum inſtrumentum,& lucrorum & intereſſe inde legitime ſequutorum,& aliorum lucrorum,&intereſſe debitorum ex cauſa cuiuſcunq; publici inſtrumẽti: de quibus lucris,& intereſſe, & de quantitate quorum in petitione executionis prædictæ fiat expreſſa mentio. Sufficiat tamen intra terminum quindecim dierum de ipſis legitimã probationem facere: habeant etiam locum prædicta in vltimis voluntatibus,de quibus ſimiliter publicum inſtrumentũ appareat teſtamenti, vel codicillorũ, aut donationis cauſa mortis. In obligationibus vero factum continentibus,etiam ſi de ipſis appareat publicũ inſtrumẽtum, via ordinaria procedi volumus iuxta ordinem ſuperius traditũ præterq̃ in inſtrumentis conſeruationum indemnitatis ab obligationibus continentibus quantitatem, uel ſpeciem,in quibus forma pręſentis ſtatuti ſibi locum uendicet. Prouidẽtes ꝙ per aliquã Iudicis pronuntiationem, uel partium proteſtationem non poſsit terminus prędictus quindecim dierum ſuſpendi,niſi de ambarum partium conſenſu, aut ex aliquo caſu ſupra præmiſſo, & in inſtantijs factis ad re-

ſponden-

ſpondẽdum capitulis,ſeu poſitionibus,aut ad exhibendum,& copiam habendum inſtrumentorum in cauſa productorum;vt videlicet illud tempus, quo ſuper his inſtatur, in dicto termino non cõputetur. Sic tamen ꝙ producens capitula, ſeu poſitiones, petensq; exhibitionem, & copiam prædictam ſingulis horis congruis inſtet,& inſtare debeat ad actus ſucceſsiuos circa prædicta; quod ſi non fecerit, ſed temporis interualla interpoſuerit,totum illud tempus,quo ſuperſederit,in terminum prædictum computari volumus. Volentes etiam,& ſtatuentes ꝙ nullo modo poſsit appellari,querelari,ſupplicari,de nullitate dici, vel officium Iudicis implorari, reſtitutio aliqua in integrum peti, etiam ratione minoris ætatis, vel aliud quoduis remedium intentari contra prædicta,vel aliquod prædictorum, etiam per viam exceptionis,nec etiam ab aliquo actu Iudicis ſiue verbo,ſiue facto procedentis ſecundum præſentis ſtatuti formam. Si autem cõtigerit pronuntiari præceptum prędictum non eſſe exequendũ,tunc,& eo caſu liceat creditori,aut illi,ad cuius inſtãtiam factum fuiſſet,appellare,& de nullitate vel iniquitate dicere: ita tamen ꝙ ſi ipſe actor obtinuerit in cauſa appellationis,liceat tunc reo,qui in prima inſtantia obtinuit,& in ſecunda ſuccubuit,appellare non obſtante hoc ſtatuto,dum tamen ſit in caſu, in quo aliàs de iure appellari poſsit: & omnia & ſingula, quæ ſupra diximus, habeant etiam locum contra hæredem, aut ceſsionariũ debitoris, vel fideiuſſoris nominati: eo excepto ꝙ pro quindecim diebus ſtatuatur ei terminus dierum viginti. Volentes, & ſpecialiter decernentes per prędicta, vel aliquod prędictorum alicui viæ,ſeu formæ procedẽdi ordinariè, aut alij, ſi qua quouis iure ſupereſt, breuiori nullo modo præiudicari: Immo licitum ſit omnibus,& ſingulis petere volẽtibus,via præſentis ſtatuti omiſſa, vti à principio qualibet alia de iure permiſſa,vel conceſſa,& vti iſta, alijs penitus omiſsis quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus. Quibus omnibus, & ſingulis ex certa ſcientia & generaliter, & ſpecialiter derogamus,& derogatum eſſe volumus omni meliori modo,via,iure,forma & cauſa,quibus melius,& efficacius poſſumus. Adijcientes ꝙ ſi is,contra quem petitur pręceptum prędictum fieri,ad euitandum expenſas, & bonam fidem agnoſcendum,confiteatur debitum,& petat terminũ decem dierum ad ſoluendum,tunc pręceptum, de quo ſupra non fiat, & Iudex aſsignet eidem terminum decem dierum ad ſoluendum. Et iſto caſu talis confitens euitaſſe intelligatur omnes expenſas futuras poſt confeſsionem, factas vero non, immo eas ſoluere teneatur,

& ad

& ad ſolutionem compelli poſsit abſq; Iudicis declaratione, ſi & quatenus fuerit in mora. Poſtremo ſi contra aliquem ex prædictis fuerit actum, & ex eiuſdem negatione deuentum fuerit ad commiſsionem executionis præcepti, iudex pro quantitate in præcepto contenta, loco pœnæ retardatæ ſolutionis, teneatur condemnare illum creditori in expenſis litis, & in libris octo march. pro rata temporis ad rationē cuiuſlibet anni, & centenarii à die negationis vſque in diem ſolutionis; in qua pœna includanrur damna, & intereſſe creditoris, ſi qua extiterint, niſi tamē reus exceptiones propoſitas ſaltem ſemiplenè probauerit. Sin autem reus ante ſententiam fuerit confeſſus ſe eſſe debitorem, ſiquidem dictam exceptionem oppoſitam ſaltem ſemiplene probauerit, pœnam de qua ſupra effugiat; aliàs Iudex teneatur eum condemnare, pro ut ſupra, remota in omni caſu quacunq; appellatione, & alijs, de quibus ſupra.

De ſcripturis priuatis. XXI.

AD tollendas difficultates & opiniones, quæ reperiuntur de iure communi in fide danda ſcripturis priuatis, ſtatuimus & ordinamus ꝙ ſi quis produxerit aliq̄ ſcripturā priuatā quamcunq; quantitatē cōtinentē certā, & expreſsā abſq; relatione alicuius alterius ſcripturę, vel inſtrumenti contra alium coram quocunque Iudice, aut arbitro vel arbitratore, quam producens aſſerit eſſe ſcriptā, vel ſubſcriptam manu eius, contra quem producitur, prædicti poſsint, & debeant realiter & perſonaliter compellere eum, cuius manu dicitur eſſe ſcripta vel ſubſcripta ad reſpōdendum cum iuramento pure, & ſimpliciter & ſine aliqua dilatione, etiam in præparatione iudicij, an ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu ſua: & ipſo confitēte ſcriptā vel ſubſcriptā eſſe manu ſua poſsit & debeat compelli ſtatim ad obſeruandū ea, quæ cōtinentur in ipſa ſcriptura ſic confeſſata, ēt ſi nō ſit ſubſcripta manu alicuius teſtis, niſi petierit terminum ad ſoluendum: quo caſu detur rerminus arbitrio Iudicis, attenta conditione perſonæ, & quanritate rei & niſi talis confitens tunc vel intra triduum à die reſponſionis cōnumerandum, oppoſuerit ſolutionem, ſatiſfactionem, vel compoſitionē, aut aliquam exceprionem, quæ reddat obligationem nullam, vel inefficacē de iure, tunc aſsignetur terminus quindecim dierum ad ſoluendum, & obſeruandum contenta in ipſa ſcriptura, & interim ad probandū, & probatum habendum per omne genus probationum, quare non

teneatur. Et ſi infra dictum terminum non probauerit allegatam exceptionem, Iudex teneatur condemnare pro quantitate contenta in dicta ſcriptura, & in expenſis litis, & loco pœnæ retardatę ſolutionis in libris octo march. pro rata temporis ad rationem cuiuslibet anni, & centenarij à die oppoſitionis usq; in diem ſolutionis; in qua pœna includantur damna, & intereſſe creditoris ſi quæ extiterint, niſi tamen reus exceptiones propoſitas ſaltem ſemiplene probauerit. ſin autem reus ante ſententiam fuerit confeſſus ſe eſſe debitorem, ſiquidem dictam exceptionem oppoſitam ſaltem ſemiplene probauerit, pœnã de qua ſupra effugiat, aliàs Iudex teneatur eum condemnare, ut ſupra. Si uero is contra quem producta eſt ſcriptura negauerit eam eſſe manu ſua, & probatum fuerit contrarium, cadat in pœnam ipſo iure dupli eius, quod continetur in ipſa ſcriptura, cuius dimidia applicetur communi Ferrariæ, & alia dimidia parti producenti ipſam ſcripturã & poſsit puniri etiam de periurio per Iuſdicẽtem arbitrio ipſius. Volumus autem probationem ipſam fieri poſſe per teſtes ſubſcriptos, ſiqui forent ſubſcripti, uel per alios teſtes nõ ſubſcriptos, qui deponerẽt vidiſſe debitorẽ, uel eum cuius manu eſſe diceretur, ſcripſiſſe uel ſubſcripſiſſe dictam ſcripturam, uel ẽt per comparationem litterarũ, quæ fieri poſsit etiam ex ſcriptura priuata nullo teſte annotata, quam tamen conſtet eſſe ſcriptam manu ipſius, uel per confeſsionem ſuam, uel ex eo ꝙ Iudex mandauerit ipſum ſcribere: ad quod poſsit, & debeat debitor uel is, cuius manu dicitur eſſe ſcripta, uel ſubſcripta inſtante creditore compelli antequàm ipſe Iudex à tribunali diſcedat, uel per teſtes, uel alio quocunque legitimo modo. Diſponentes quòd ad dictam comparationem litterarum faciendam eligantur duo periti homines pro qualibet parte, qui unà cum iusdicente diligenter inſpectis litteris tam minutis, q̃ groſsis, & habita conſideratione ad modũ, & formam, ac ſtilum ſcribendi, & omnibus aliis conſideratis, quæ circa prædicta conſiderari oporteat uideant, & cognoſcant de prædicta comparatione, & cum eorum iuramento ſuper ea referant Iuſdicenti iudicium ſuum. Et ſi terminatum fuerit per iusdicentem per prædictam comparationem litterarum, quam his caſibus uolumus facere plenam probationem & fidem, ſcripturam, de qua fit controuerſia, eſſe manu debitoris, uel eius, cuius manu dicitur eſse ſcripta uel ſubſcripta, compellatur ad obſeruandum contenta in ſcriptura, de qua facta eſt comparatio absq; alia pœna. Adiicientes ꝙ ſi is, contra quem producta eſt ſcriptura, monitus recuſauerit, uel legitimè citatus ter

per

per interualla ſaltem vnius diei in qualibet citatione,cum cōminatio ne in vltima ꝙ aliàs habebitur pro confeſſata, ad recognoſcendū an ſit ſcripta vel ſubſcripta manu ſua,contumax fuerit in reſpondendo, vel recognoſcendo, procedatur contra ipſum,ac ſi dicta ſcriptura eſſet confeſſata per ipſum eſſe manu ſua propria,etiam offerẽdo expenſàm contumaciç. Et quæ nunc ſupra proximè diximus de contumace non vendicent ſibi locum in abſente a ciuitate Ferrariæ,niſi fuerit citatus ibidē perſonaliter, vel habitationi per interualla, vt ſupradiximus,vel in vagabundo, niſi citato ſuper ſcalis ſecundum formam prçſentium ſtatutorum. Volentes etiam ꝙ omnia & ſingula ſupradicta locum habeant in quacunque alia ſcriptura,etiam liberatoria, & cōtra hçredem eius,cuius manu dicitur eſſe ſcripta vel ſubſcripta,quatenus adaptari poſſunt,excepta pœna reſpectu hæredis,& excepto termino, quem in eo volumus eſſe dierum viginti.

De compromiſsis faciendis inter coniunctos. XXII.

HOneſtatem ſequẽtes,& iurgia quç rancores & crimina inter coniunctos inducere vt plurimum ſunt conſueta, penitus extirpare cupientes; prouidemus ꝙ ſi in futurum contigerit litem motam eſſe ſiue per libellum,ſiue per aliquã petitionem,vel aliter quomodocunq; in aliqua cauſa ciuili ordinaria, & extraordinaria, delegata vel commiſſaria, ſummaria vel exequutiua etiam in termino quindecim aut viginti dierū,vel alterius cuiuſcunq; generis, vel ſpeciei,etiam ſi qualecunq; officiū Iudicis imploretur, dummodo nō ſit executio alicuius ſententiæ,vel præcepti,ſiue ſit dubium facti,ſiue dubium iuris probabile,ſiue mixtum & dummodo non imploretur in præparatorijs iudiciorum,nec compromiſſum compromiſſi petatur coram aliquo Iudice inter aliquos coniunctos vſque ad quartum gradum incluſiuè, connumerando gradus ſecundum ius ciuile,ſiue ſint agnati,ſiue cognati, ſiue affines; Et aliqua partium litigantium petat coram eodem Iudice partem aduerſam ſibi coniunctam, vt ſupra, compelli ad compromiſſum faciendum de dicta lite,quæſtione,vel cauſa, ſiquidẽ alia pars negauerit eſſe in gradu, poſſit Iudex & debeat ſe de parentela informare ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta,& ſuperinde pronuntiare debeat ſecundum informationes habitas infra dies quinque vtiles à die negationis factæ per partẽ numerandos. Et ſi pronuntiauerit partes eſſe in gradu,& ideo compromiſſum faciendum

dum, teneatur condemnare, & nihilominus eo non cōdemnante cenſeatur pars, quæ negauit parentelam, condemnata in pœnam librarū vigintiquinque march. pro dimidia alteri parti, & pro alia maſſariæ communis Ferrariæ applicandam; niſi Iudex declarauerit, negationē ex iuſta cauſa factam fuiſſe, eius in hoc conſcientiam onerantes. & dictus Iudex, qui ſuper hoc requiſitus fuerit, teneatur ſub vinculo iuramenti partes ipſas tam realiter, q̃ perſonaliter compellere ad compromiſſum faciendum, & per illum modū, & formam, in qua ambæ partes fuerint concordes: Et ſi diſcordes fuerint in modo & forma faciēdi compromiſſum, tunc illas vt ſupra cogat ad illud faciendum de iure, & de facto, & tam in procedendo, q̃ in terminando de omnibus & ſingulis petitis, deductis, & exceptis, ac dependentibus, & connexis, emergentibus, incidentibus, ſeu occaſionatis ab ijſdem cum clauſulis opportunis, & in talibus apponi conſuetis, in Syndicum generalem palatij, ac duos doctores eligēdos hac forma, videlicet: Quòd pars petēs compromiſſum fieri teneatur eadem die, vel proxime ſequenti citari vel moneri facere alteram partem pro ſecunda hora iuris ex die citationis, vel monitionis ad dandū decem confidentes ex doctoribus collegij vrbis Ferrariæ præſentibus, & quorum copia facile haberi poſſit, qua hora ſimiliter ipſe petens fieri compromiſſum teneatur dare confidentes ſuos eiuſdem numeri & qualitatis, aliàs petitioni cōpromiſſi renūtiaſſe intelligatur, quamuis aduerſarius eadem hora ſuos non dederit, & vlterius compromiſſum in ea cauſa petere non poſſit. Si vero aduerſarius ea hora confidentes ſuos non dederit vt ſupra, tunc duo eligantur ex decem datis per petentem: ſed ſi datis hinc inde confidētibus partes ipſę concordauerint in duobus, illi intelligantur electi: ſi vero in aliquo non concordauerint, vel in vno tantū concordauerint tunc moneantur per Iudicem partes, vel vna citetur ad inſtantiam alterius pro ſecunda iuris hora ad dandum alios decem confidentes, & idem hac ſecunda vice per omnia ſeruetur quòd in prima dictum fuit. Et ſi in aliquo ex prædictis decem confidentibus non concordauerint vel in vnum conuenerint, vbi prima vice in aliquem nō conueniſſent, confidentes omnes vtriuſq; partis Iudex accipiat tam primo, q̃ ſecundo datos, & recuſatione admiſſa vſq; ad duas partes ex tribus ipſorum confidentium, & non vltra, vnum vel duos reſpectiuè ex reliquis ſorte extrahat, & vbi in prima aut ſecunda vice in plures q̃ in duos concordauerint, Iudex arbitrio ſuo duos eligat ex illis, quos velit: quòd ſi altera partium iurauerit habere ſuſpectum ipſum Syndicum, Iudex eligat

loco

loco ſyndici vnum, in quem partes præter duos conueniſſent in prima, vel ſecunda vice, aliàs ſorte extrahat alium ex confidentibus à partibus datis per eas non recuſatis. Qui ſinguli iurare debeant, an in illa cauſa aduocati fuerint, vel alicui partium conſuluerint, aut cum aliqua earum conuenerint, aut earum aliquam conſanguinitatis vinculo contingant. Et ſi aliquid horum ſe feciſſe, vel ſibi ineſſe dixerint aut cauſam acceptare recuſauerint, de alio prouideatur ordine quo ſupra. Et in prædictum ſyndicum, & duos vt ſupra electos, vel recuſato ſyndico in tres prædictos, partes teneantur, & ad hoc cogi poſsint, & debeant per Iudicem omnibus iuris remedijs, ac realiter & perſonaliter compromiſſum facere modo & forma ſuperius dictis. Qui Iudex circa prædicta, & quodlibet prædictorum procedere poſsit, & debeat ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, diebus feriatis & non feriatis, ſola veritate inſpecta: nec ab aliqua terminatione, declaratione, ſeu aliquo actu circa prędicta, vel aliquod prædictorum poſsit appellari, ſupplicari, querelari, de nullitate dici, reſtitutio in integrum etiam ex capite minoris ætatis peti, officium Iudicis, uel aliquod aliud remedium implorari. Et prædicti tres vt ſupra habeant poteſtatem cognoſcendi, videndi, examinandi, procedendi, laudandi, & decidendi de iure & de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, vel mixtim lite conteſtata, uel non conteſtata, cum ſcripturis, vel ſine ſcripturis, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola rei veritate inſpecta, & nulla iuris vel ſtatutorum, ſeu prouiſionum communis Ferrariæ ſolennitate ſeruata, & prout eis melius viſum fuerit pro bona concordia partium, etiam appellatione, & nullitate, ac in integrum reſtitutione, vel ſupplicatione prorſus reiectis. Quo compromiſſo facto teneantur etiam partes ipſę, & compelli debeant infra octo dies depoſuiſſe penes vnum idoneum campſorem, vel notarium cauſæ ſalarium ipſorum arbitrorum taxatũ per præſentes conſtitutiones; vel ſufficiat ꝙ arbitri, vel arbitratores dicant ſe eſſe in concordia cum partibus, de qua conſtet in actis, aliàs vera & realis depoſitio fiat; quod ſalarium torum pro vtraque parte altera pars poſsit deponere: Et Iudex teneatur ad inſtantiam partis deponentis alteram partem non deponentem compellere realiter & perſonaliter ad deponendum partem ſuam, vel ad reficiendum parti, quæ totum depoſuit, partem contingentem ipſi parti non deponenti. Elapſis vero octo diebus, ſi vtraque pars fuerit negligens ad deponendum dictum ſalarium, vel ſe concordãdum cum dictis arbitris, vel arbitratoribus,

rotibus, vt ſupra, intra prædictum terminum compromiſſum expiret, nec valeat ipſo iure. Quod quidem compromiſſum peti poſsit ante li tem conteſtaram, vel poſt intra quindecim dies continuos à die conteſtationis litis, vel habitæ pro conteſtata, & ſcientiæ, ſiue notificatio nis ex forma præſentium conſtitutionum, & non vltra. Et ſi fuerit in caſu præcepti quindecim vel viginri dierum, infra quinque dies immediatè ſequentes poſt factum dictum prçceptum, & notificationem: Et ſi altera partium petito compromiſſo abſentauerit ſe à diſtrictu Ferrariæ, nec redierir intra octo dies, vel procuratorem habentem ſpeciale & ſufficiens mandatū ad id nō reliquerit, vel aliter in cōtumacia perſeuerauerit in faciēdo cōpromiſſum, & propter hoc differatur ipsū cōpromiſſum, ita ꝙ intra octo dies factum non fuerit, procedi poſsit in cauſa ad inſtantiam alterius partis non obſtante petitione dicti cōpromiſsi, & declaratione ſuper inde facta. Et tunc termini in cauſa prima aſsignati á die compromiſsi petiti non intellıgātur cucurriſſe. Et ad hoc compromiſſum ſic faciendum volumus etiam pupillos compelli, & alios minores vigintiquinque annis. Et teneantur eorum tutores & curatores etiam ſpeciales ad hoc decreti ſuper his omnibus & ſingulis auctoritatem ſuam præſtare. Et ſi eſſent infantes, tutores eorum nomine compellantur ad omnia & ſingula prædicta facienda: & ſimiliter curatores furioſorum, & mente captorum, & aliorum, qui cura, & gubernatione, & adminiſtratione indigent alterius. Et his caſibus bona duntaxat minorum, furioſorum, mentecaptorum, & aliorum prædictorum ſint obligata, & non tutorum, vel curatorum eorum. Declarantes etiam ꝙ tutores, actores, curatores, & procuratores poſsint cum mandato generali ad cauſas compromiſſa neceſſaria iuxta formam præſentis ſtatuti facere abſque aliqua ſolennitate requiſita etiam per ſtatuta communis Ferrariæ. Volentes, & mandātes quòd arbitri, & arbitratores ſic electi, vt ſupra, teneantur & debeant eorum laudum, & arbitramentum, compoſitionem, & ſeu deciſionem definitiuè proferre, terminando omnia & ſingula ſine aliqua reſeruatione ſuper toto, vel parte negotij principalis, de quo in eos factum fuerit compromiſſum intra tres menſes continuos à die facti, & acceptati tacite, vel expreſſe excluſiue compromiſsi numerandos per determinationem claram, apertam, præciſe condemnando, vel abſoluendo, adeo vt non ſit opus alia determinatione ſuper ipſo negotio principali. Nec poſsint dicere condemno condemnandum, abſoluo abſoluendum, condemno ſi eſt probatum, abſoluo ſi

non eſt probatum, aut condemno quatenus teneatur, vel per ſimilia verba eundem effectum importantia. Adijcientes quòd dictus terminus trium menſium datus ad terminandum non poſsit prorogari per partes niſi ſemel, dummodo non excedat tempus trium menſium. Statuentes quòd id, quod ipſi tres ſimul, vel duo ex eis vnanimiter & concorditer laudauerint, & arbitrati fuerint, pleniſsimam obtineat roboris firmitatem; ita vt nullo dictorum caſuum à tali laudo poſsit appellari, querelari, ſupplicari, de nullitate dici, nec reſtitutio in integrum peti etiam ex capite minoris ætatis, nec reductio ad arbitrium boni viri peti ex aliquo capite læſionis enormis, enormioris, vel enormiſsimæ, vel aliquo alio modo cauſatæ, nec officium Iudicis implorari, nec aliquo alio beneficio legis, vel ſtatuti contrauениri: immo ipſum laudum ſit firmum, & perinde ac ſi eſſet ſententia, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam, contra cuius executionem nulla exceptio poſsit opponi, quin ſententia ſortiatur debitam executionem. Diſponimus etiam, & ordinamus quòd prædicti arbitri, & arbitratores ipſo iure habeant, & habere intelligantur in cauſa eis commiſſa omnimodam iuriſdictionem in omnibus, quæ ſunt neceſſaria pro cognitione & expeditione dictæ cauſæ, & laudi executione, ac ſi illius litis, quæſtionis, vel cauſæ eſſent Iudices ordinarij, vt ſic ipſi ob hanc cauſam non cogantur Iudices ordinarios adire. Non intendentes propterea quòd ex hac iuriſdictione ſic eis attributa conceſſa ſit ipſis partibus poteſtas appellandi ab eorum laudis, pronuntiationibus, arbitramentis, vel præceptis: Et omnia & ſingula præſenti ſtatuto diſpoſita, quo ad effectum & executionem laudi, etiam ſibi locum vendicent in quocunque iudicio compromiſſario, vel compromiſſo voluntariè facto, etiam extra iudicium inter coniunctos in gradibus, vt ſupra connumeratis, & laudo exinde ſequuto, etiam ſi huius ſtatuti forma ſeruata non eſſet, niſi per partes in compromiſso aliter conuentum fuerit. Et habeant etiam locum inter extraneos, & non comprehenſos in præſenti ſtatuto, dum tamen factum fuerit compromiſſum ſecundum formam præſentis ſtatuti.

Quibus caſibus poſsit pro debito capi, & quibus diebus, & locis non poſsit quis pro debito capi. XXIII.

QVONIAM plerunque accidit debitores nonnullos ſuſpectos haberi, & diuerſæ formæ à diuerſis magiſtratibus hactenus obſeruatæ

uatæ ſunt, volentes vnicam formam ab omnibus obſeruari, ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi ciuis per ſe, vel per procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad iurandum, & capi faciendum debitores conſtituentis, & ſuſpectos, & minor per ſe vel per curatorem etiam ad cauſas, de quibus mandato vel cura ante omnia fiat idonea fides coram aliquo iuſdicente, dixerit ſe habere aliquem debitorem ſuſpectum de fuga, primo, & ante omnia teneatur facere fidem de debito etiam parte abſente, aut per publicum inſtrumentum, aut per aliam probationem, quæ aliàs facta in iudicio ordinario parte præſente ſufficeret, vel etiam cum vno teſte, & iuramento partis, vel etiam per libros priuilegiatos cum iuramento creditoris, etiam ſine alia probatione requiſita, quæ tamen poſtea fieri debeat: Qua fide facta de ſuſpicione ſufficiat eius iuramentum iurantis ſe eum habere ſuſpectum de fuga, & eum effectum eſſe deterioris condicionis ſolito. Quo facto Iudex etiam extraiudicialiter capturam committere debeat. Qui captus conducatur coram Iudice pœna librarum quinque marcheſanorum præconi aliter facienti imminente, captura tamen hoc non obſtante valeat, & denique ad carceres deducatur ad mandatum Iudicis, niſi idonee ſatiſdederit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo: Et ſufficiat ſatiſdatio facta ſi, & in quantum captura valeat; quo caſu habeatur pro contradicente ad finem, vt infra, aut pignora depoſuerit ſufficientia pro debito, & expenſis. Captura autem prædicta facta, & dicto debitore capto, interrogetur eadem die, vel ſequenti ad inſtantiam creditoris ſcientis capturam factam, ſi vult contradicere capturæ; & eo capto per ſe, vel alium eius nomine contradicente capturæ, vel eo non reſpondente intra tres dies, teneatur capi faciens die ſequenti à die ſcientiæ contradictionis expreſsæ, vel tacitæ per lapſum trium dierum proponere petitionem ſuam, ſaltem qualem, qualem iuſtificationem capturæ continentem; quæ ſi non fecerit dictus creditor, captus relaxetur, & eam proſequi coram eodem Iudice, & Iudex in ea cauſa procedere poſsit, & debeat ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & quolibet tempore etiam feriato: Et, à tempore ipſius petitionis, & notificationis factæ dicto capto, quam notificationem teneatur capi faciens fieri facere, & in ſcriptis eadem die, Iudex vtrique parti ſtatuat terminum decem dierum continuorum, cum monitionibus hinc

 inde

inde in forma ad probandum, & excipiendum per omne genus probationum quæcunque ſibi incumbentia legitimè, etiam quo ad veritatem debiti, & ſuperuenientiam deterioris conditionis dicti debitoris, nec alia probatio ſuſpicionis requiratur, quoniam volumus dictũ iuramentum præſtitum, vt ſupra, ſufficere ad hoc: Quo termino elapſo Iudex ipſe publicet omnia actitata. Et ſtatim ſtatuat terminum quinque dierum ad reprobandum quæcunque deducta in ipſo termino probatorio, quibus elapſis omnia denuo publicet ipſe Iudex. Et capi faciens teneatur intra duos dies à die dictę publicationis numerãdos petere à notario omnes copias ſcripturarum dictæ cauſæ, & teneatur notarius ipſius cauſæ ad omnem inſtantiam partium, & cuiuſlibet earum infrà quinque dies continuos à die dictæ petitionis numerandos, tradere copias omnium ſcripturarum parti petenti, ſoluta, vel depoſita eius mercede, ſub pœna librarum decem march. applicandarũ ipſi parti petenti. Et Iudex teneatur vnica ſententia expreſſe ſententiare, & terminare intra octo dies continuos à die præſentationis ſcripturarum dicto Iudici factę ſuper validitate, vel inualiditáte capturę, itidem & ſuper meritis cauſæ. Et vbi pronuntiaretur capturam nullã eſſe, & captum eſſe debitorem, tunc ipſe captus in carceribus detineatur donec ſoluerit, aut cautionem idoneam præſtiterit, de ſoluendo quantitatem, in qua fuerit condemnatus intra ſex menſes inchoandos à die, quo ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, & teneatur capi faciens pręſentaſſe Iudici prædictas ſcripturas intra quinque dies à die traditionis ſcripturarum factę per notarium numerandos. Quibus quidem ſcripturis non præſentatis intra dictum tempus, vel ſi ipſe Iudex intra terminum ſuperius dictum ipſam cauſam non terminauerit, tunc vtroque caſu inſtantia ipſius cauſę ſit, & eſſe intelligatur perempta, & debitor captus libere relaxetur ex carceribus. Et talis capi faciens teneatur ad omne damnum, & intereſſe ipſius capti, ſi, & quatenus per capi facientem ſteterit, & Iudex ipſe, per quem ſteterit quominus dictam cauſam terminauerit, incurrat ipſo facto in pœnam librarum decem march. applicandam communi Ferrarię, & ad damna, & intereſſe creditoris. Et vlterius talis captus capi non poſſit, vt ſuſpectus ad inſtantiam facientis capi, vel alicuius habentis cauſam ab eo, ex eadem cauſa. Volentes quòd ſi dictus captus ſic vt ſupra interrogatus non contradixerit, vt ſupra, dictus creditor non teneatur aliter iuſtificare capturam, ſed ipſa firma maneat. Prohibentes inſuper aliquem capi poſſe quacunque de cauſa pro minori

quan-

quantitate librarum ſex march. captus autem ſequeſtrari poſſit pro quacunq; quantitate. Nec aliquis etiam capi poſſit in domo ſuæ habitationis, vel in aliqua eius ſtatione propria, vel conducta: & huic priuilegio per partes renunciari nõ poſſit. Et renunciatio quælibet ſit ipſo iure nulla, nec iuraméto firmetur, aut inducatur. Quoniam prædictum iuramentum dolo, & fraude interpoſitum fore intelligi, & fingi virtute præſentis ſtatuti diſponimus. Itẽ nec in eccleſia aliqua, nec infra eius mœnia: Item nec intra palatia dñi noſtri Ducis, nec ante faciem palatij eius, in ea parte, qua aliàs capi prohibiti ſunt. Declarantes illum haberi, & eſſe in domo ſuæ habitationis, qui intra muros, & parietes domus ſuæ habitationis, vel apothecæ ſuæ fuerit: nõ ſi in porticu, vel horto non contiguo domui fuerit. Sicq; etiã capi non poſſit ipſe debitor in tribus diebus primis paſchalibus reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, & tribus diebus præcedentibus, & in tribus diebus Natiuitatis eiuſdem, & in die Aſcenſionis, & in die Epiphaniæ, & in tribus diebus primis Pentecoſtes, & in die ſolennitatis Corporis Chriſti, & in die Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis de menſe Auguſti, & in tribus diebus præcedentibus, & vno die ſequenti prædictum feſtum, & in alijs diebus feſtiuitatum præfatæ Virginis glorioſæ: & in die feſtiuitatis ſanctorum Georgii, & Maurelij patronorum huius almę ciuitatis, & in qualibet die dominica: & hoc niſi vltra iuramentum ſuſpicionis Iudici veriſimilia indicia fugæ debitoris oſtenderit: Et ſi quis aliàs capi prohibitus, vel non prohibitus, captus fuerit in aliquo ex dictis diebus, vel locis in præſenti ſtatuto exceptuatis & prohibitis, aut pro minori ſumma, vt ſupra, diſponimus q; Poteſtas, vel eius Vicarius, aut alius iuſdicens, cui hoc ſummatim conſtet, illum relaxari faciat, & eum, ex cuius facto, & defectu minus legitimè captus fuerit, condemnet in refectionem omnium expenſarum, & omnium damnorum ei, qui captus relaxandus eſt. Et à ſententia lata in cauſa capturæ per Iudicem, ſiue per iuſdicentem poſſit appellari, eo excepto ſi non exceſſerit ſummam librarum decem mar: quo caſu nolumus poſſe appellari, nec de nullitate dici, nec reſtitutio aliqua peti, etiam ex capite minoris ætatis, & ipſa appellatio debeat interponi intra duos dies á die latæ ſententiæ, & notificationis eius numerandos, & non vltra. Quibus elapſis teneatur appellans intra alios duos dies continuos ſuum porrigere libellũ appellatoriũ, quo porrecto citetur pars ad reſpõdendũ, cõtradicendũ, & opponẽdũ quicquid vult, & poteſt intra vnum diem tam contra appellationem,

quam contra libellum appellatorium. Et eo comparente, vel non; & aliquid opponente vel non, Iudex ſtatuat terminum quattuor dierum continuorum cum monitionibus in forma ad producendum, & exhibendũ quæcunq; acta & actitata in primo iudicio corã ipſo Iudice appellationũ. Quibus quidem elapſis teneatur appellans ipſe oẽs ſcripturas, & proceſſus Iudici appellationum præſentare intra alios duos dies tunc proximè ſequuturos, & ipſis præſentatis teneatur Iudex cauſam ipſam terminare ex eiſdem actis cauſæ principalis intra quinq; dies numerandos á die pręſentationis ſcripturarũ, ſub pœna librarum decem march. applicandarum vt ſupra. Et ſi dictæ ſcripturæ per ipſum appellantem non fuerint præſentatæ, vel cauſa ipſa per Iudicem non fuerit terminata infra dicta tempora ſuperius limitata, inſtantia ipſius cauſæ appellationis pereat, & perempta eſſe intelligatur, & prima ſententia firma permaneat. Et à tali ſententia lata in cauſa appellationis, ſiue ſit infirmatoria primæ, ſiue confirmatoria, non poſſit appellari, de nullitate dici, ſupplicari, reſtitutio peti, officiũ Iudicis, vel aliquod aliud remediũ intentari, etiam per viam exceptionis, vel minoris ætatis. Et quia ſolent fieri recommendationes, ſiue ſequeſtrationes, volumus ꝙ ſi captura ab initio fuerit valida, licet ex poſt facto ratione defectus formæ præſentis ſtatuti non obſeruatę captura annulletur, vel captus veniat relaxandus, ob hoc nullum præiudicium fiat recõmendationibus, ſiue ſequeſtrationibus, de ipſo capto factis. Adijcientes ꝙ foreñſis, qui ex aliqua cauſa noſtris ciuibus teneretur, poſſit abſq; prædicta ſolennitate capi, & detineri ex ſola debiti allegatione cum ſuſpicionis iuramento, & nõ relaxetur niſi præſtita ſatisdatione, & facta electione domicilij in ciuitate Ferrariæ, vbi citari poſſit vſq; ad ſententiæ prolationem, & eius executionem incluſiuè: Quo capto procedatur ad ſolam liquidationem debiti modo, & forma, & intra tempora, de quibus in principio diximus: Intelligendo forenſes quo ad hoc, qui non habitauerint per biennium proxime in ciuitate Ferrariæ, vel eius comitatu, aut non ſubeunt onera in ciuitate Ferrariæ, vel eius comitatu, quorum alterum ſufficiat, vt capi poſſit. Statuentes ꝙ ſi quis pro debito carceratus ſteterit per mẽſes ſex, & iuſdicẽs pręhabita diligenti informatione, & diſcuſſione cognouerit, & declarauerit ipſum nõ habere debiti ſoluendi facultatẽ, nec habere aſcendentes, aut deſcendentes qui pro eo ſatisfacere poſſint, teneatur creditor capi faciens poſt lapſum dictorũ ſex menſiũ, ſingulis diebus per ſe vel aliũ eius nomine ad carcerẽ accedere, & ipſi debitori abſq; ulla ſpe re-

peti-

petitionis,& reſtitutionis tradere,ac donare pro expẽſis ſol.duos mar. Et ipſo creditore tribus vicibus ceſsãte debitor de carcere relaxari debeat,nec amplius ea de cauſa capi,aut carcerari poſsit, niſi prius Iudici conſtiterit,& declaratum fuerit ad pinguiorem fortunam deueniſſe. Item ſeruari pręcipimus,ſi debitor ad inſtantiam pluriũ creditorũ captus fuerit, vel ſequeſtratus, vt quilibet eorum ad carcerem ire, & ſolidos duos pro quolibet (quotquot fuerint) dare teneãtur, vt ſupra. Vno vero creditore,aut pluribus ceſsãtibus,vt ſupra,in ſolutione prædicta, ad inſtantiã ceſſantis, vel ceſſantiũ debitor in carcere amplius detineri nequeat. Et nihilominus vltra prædicta creditor capi faciẽs, & ſi plures fuerint, omnes ſimul ad integram carceris impenſam poſt dictorum ſex menſium terminum pro carceris cuſtodia, cuicunque debeatur,ſoluendam teneantur, & compelli debeant vbicunq; detentus fuerit ipſe debitor, quamdiu ipſum in carcere retineri voluerint. Et idem ſeruetur in debitoribus communis Ferrariæ,& maſſarię eiuſdem: cum à noſtra clementia maxime alienum arbitremur ſoluere nõ valentes carceri mancipari:Poſtremo declaramus quòd omnia & ſingula,quo ad ordinem procedendi, & inſtantiã ſupra diſpoſita in præſenti ſtatuto locũ non habeant debitore exiſtente extra carceres,præter tamẽ aſsignationem termini factam adhuc eo exiſtente in carceribus, ſed habeat locum ſtatutum de modo procedendi à libris decem vſq; ad libras quinquaginta. Et Iudex teneatur eadem ſententia pronuntiare tam ſuper meritis cauſæ, q̃ ſuper validitate, vel inualiditate ipſius capturę.

De decoctoribus. XXIIII.

QVONIAM plurima ex decoctoribus oriuntur mala,multæq; in decoctionibus fraudes,ac doli excogitantur, ac fiunt; ideo his quãtum poſſumus occurrere volentes hac ſalubri lege ſancimus,vt ſiquis decoxerit,pro omnibus & quibuſcunq; contractibus per eum initis intra menſem immediatè præcedentem diem publicationis decoctionis eius,ex quibus debitor quouis modo appareat, non ſolum conueniri poſsit ciuiliter,& in domo etiam propria,vel conducta,& in quocunque alio loco,& tempore etiam prohibitis capi, ſed etiam criminaliter ſtellionatus crimine puniri valeat, cuius criminis reum tali caſu eum haberi auctoritate pręſentis ſtatuti volumus,ita vt alia probatio,etiam ad eum puniẽdum minime requiratur, niſi decoctor ipſe mani-

manifeſte oſtenderit inopinatam poſt memorata debita contracta cauſam decoctionis emerſiſſe, quam preuidere nequiuerit, quo caſu ci uiliter tantum conueniri poſſe declaramus. Pro contractibus autem prædictis per eos initis intra ſex menſes immediate præcedentes men ſem prædictum volumus decoctorem locis, & temporibus prędictis ca pi poſſe, niſi cauſam ſimiliter decoctionis, quam prępuidiſſe non potue rit, poſt dicta debita contracta emerſiſſe, vt ſupra, oſtenderit. Publicatam autem decoctionem intelligi volumus quotieſcunque comparen tibus coram Iudice duodecim ſapientum Ferrariæ ſaltem duobus creditoribus alicuius aſſerentibus ſe illius creditores eſſe, & id (parte etiã non citata) probantibus, & affirmantibus illum decoxiſſe, & ita publicè teneri, ac exiſtimari, de quo etiam, vltra proprium iuramentum, fidem parte etiam non citata facere teneantur ſaltem per quattuor teſtes: ad inſtantiam dictorum creditorum Iudex prędictus eum, qui decoxiſſe aſſeritur, citari fecerit, vel perſonaliter, vel ad domum ſolitæ habitationis, quatenus intra tempus arbitrio prędicti Iudicis taxandũ comparere debeat coram eo pariturus mandatis eius. Et ipſe, qui decoxiſſe dicitur, tempore pro quo citatus fuerit perſonaliter, vt ſupra, non comparuerit. Adijcientes ꝙ publicata, vt ſupra, dicta decoctione Iudex prædictus ad inſtantiam cuiuſcunq; creditoris decoctoris, vel etiam ex officio fieri faciat inuentarium omnium, & quorumcunque bonorum eius, & omnia, ac quæcunq; mobilia, & maximè libros, ac ſcripturas quaſcunque in aliquo loco tuto poni faciat. Deinde per edictum publicandum per præconem mandet denuntiari omnibus ſcientibus quo, vel quibus locis ſint aliqua bona mobilia, libri, vel ſcripturæ decoctoris, vt ſub pœna arbitrio ſuo imponenda intra terminũ decem dierum à die edicti proxime ſequuturorum debeat denuntiaſſe bona prædicta apud officium ipſius, declarando vbi, & apud quem ſint, aut eſſe reperiantur. Quibus factis ſi non comparuerit coram ipſo Iudice prædictus decoctor perſonaliter, vel p procuratorẽ haben tem ſufficiens mandatum ad cauſas, teneatur Iudex prædictus ad inſtantiam creditorum, vel alicuius, aut aliquorum ex creditoribus prædicti, curatorem bonis eius decernere, ac dare vnum de procuratoribus collegij procuratorum Ferrariæ, qui agere, experiri, excipere, ac defendere, ac alia omnia facere valeat, quæ poſſet decoctor ſi præſens eſſet. Et præſertim à debitoribus exigere, & creditoribus auctoritate Iudicis prædicti intercedente, ſatisfacere. Verum quia plerunq; decoctoris bona ſufficere non ſolent ad ſatisfactionem creditorum, &

propterea

propterea magnæ oriuntur difficultates circa prælationem; ideo ad eas tollendas ſtatuimus vt quicunq; reperientur fuiſſe creditores decoctoris ante ſeptem menſes prædictos, ex his illi in ſatisfactione præferantur, qui iure præferri debent. Alij autem qui infra dictos menſes ſeptem creati, aut facti fuerint, perinde habeantur ac ſi eodem tẽpore creditores creati fuiſſent, & in ſuorum creditorum ſatisfactione concurrant pro rata, qua fuerint creditores. Ab ijs autem eos excipimus, quorum bona, & corpora aliqua extare reperientur penes decoctorem, vel alius eius nomine, quorum cauſa, vel occaſione nati, aut creati fuerint creditores, quoniam eos in bonis, & corporibus prædictis quibuſcunque alijs creditoribus quocunque tempore contractis meliora, ac potiora iura habere, & in ſatisfactione pręferri volumus. Et vt manifeſtius appareat qui, & quales ſint decoctoris creditores mandamus prædicto Iudici, vt ſequuta publicatione decoctionis alicuius per edictum publicum, vt ſupra, mandet omnibus, & quibuſcunque prætendentibus ſe veros creditores decoctoris, vt intra tres menſes à die memorati edicti publicati immediatè ſecuturos debeant omnia, & ſingula ipſorum credita cum omnibus ſuis qualitatibus, & quãtitatibus denuntiaſſe ipſi Iudici, cum expreſſa in ipſo edicto comminatione, ꝙ quicunque intra dictum tempus ſua credita vt ſupra, non denuntiauerint pro nõ creditoribus habebuntur, nec vlterius ex cauſa eorum aliquo modo audientur. Quo termino elapſo quicunq; creditores non denuntiauerint, vt ſupra, infra dictum tempus auctoritate pręſentis ſtatuti pro non creditoribus habeantur, & ab omni ſuo iure cecidiſſe intelligantur reſpectu creditorum, qui intra terminum comparuerint. Minores autem, & abſentes à dictis pœnis eximimus, & liberamus. Adijcientes, ꝙ ſi qui in prædicto termino tanq̃ dicti decoctoris creditores, credita aliqua denuntiauerint, quæ vera in toto, vel parte aliqua tunc non fuerint, tantumdem maſſariæ communis Ferrarię ſoluant, quantum id fuerit quo ſe per mendacium creditores denuntiauerint, & ad hæc falſi pœna coerceantur.

De dationibus inſolutum, & ſubhaſtationibus. XXV.

CVM æquum ſit creditores ſibi debitum conſequi poſſe, ſtatuimus & ordinamus ꝙ tenuta bonorum accepta vigore pacti executiui valeat, & teneat, licet ante ipſam tenutam liquidata non ſint, quæ liquidanda fuerint, nec obijci poſſit quòd in bonis debitoris alia res ſit minus

minus damnoſa, aut ꝙ res tenutæ ſit de precioſioribus, vel ꝙ debitor aliam offerat rem in iudicio; Poſſint tamen, & debeant ea liquidāda poſt dictam tenutā deduci,& liquidari legitimè, & ſufficienter in eius executione. Et ſi in prædicto tempore,qui tenutam acceperit, negligēs fuerit,tenuta ſit ipſo iure nulla. Nec poſſit, qui vnam accepit pro toto debito,aliam pro eodem debito accipere, ſiue in vno,ſiue in pluribus debitoribus, niſi ex prima nō fuerit ſibi integre ſatisfactum, vel niſi tertius comparens ſe opponeret ad impediendā proſequutionem tenutæ, quo caſu liceat creditori aliam accipere illa omiſſa.. Et ſi qui tenutam accepit,elegerit viam retinendi penes ſe dictam rem acceptam in tenutam,tunc citatis legitimè citandis,& nulla oppoſita exceptione eligantur æſtimatores per partes vnus, vel plures, qui ſeruata diſpoſitione ſub titulo de officio æſtimatorum, diligēter examinatis examinandis,& conſideratis conſiderādis, iuſdicenti cū eorum ſacramento ꝙ bene, diligenter, bona fide, & ſine fraude æſtimant & referunt,iuſtum precium rei dictę tenutæ referre debeant: Et tunc iuſdicens declarare debeat precium relatum iuſtum eſſe, & adiudicare inſolutum ei, qui tenutam accepit pro concurrenti quantitate crediti, intereſſe,& expenſarum,prout Iudici de iure videbitur. Vbi vero exceptio aliqua oppoſita fuerit, tunc procedatur vt in ſequenti caſu diſponimus. Liceat tamen ipſi debitori,vel poſſeſſori bonorum tenutæ offerre,& ſatisfacere creditori omne id,pro quo res in ſolutū data fuerit intra biennium computandum à die declarationis iuſti precij,& notificationis eius, ſi ſola declaratio interuenerit, vel à die adiudicationis in ſolutū,& notificationis de ea factæ, ſi ipſa adiudicatio vltra declarationem iuſti precij eodem tempore, vel diuerſo interuenerit, & recuperare bona in ſolutū data. Et lucrifaciat is, cui res tenutæ in ſolutum data eſt,fructus pro rata menſium poſt dationem in ſolutum perceptos,etiam ſi ſint pēſiones,vel vſus,vel aliæ obuentiones,& licet etiam earum dies nondum ceſsiſſet, quandocunq; debitor vel poſſeſſor creditori effectualiter obtulerit, vt ſupra, niſi infra bimeſtre à die dationis in ſolutū,vt ſupra,prædicta obtulerit,quo caſu creditor fructus non lucretur,& de hoc ſummariè cognoſcatur,& omni tempore. Qua oblatione coram Iudice facta, creditore citato, & comparente, vel eo non comparente ad oblationem,conſignatione, vel depoſitione facta totius illius, pro quo res in ſolutum data fuerit,vel æſtimata (quando ſola declaratio iuſti precij interuenerit) vbi & penes quem Iudex ſtatuerit,tunc liceat ipſi debitori,vel poſſeſſori ſua auctoritate ingredi

gredi

gredi poſſeſsionem rei in ſolutũ traditę & tunc ſit,& intelligatur ineſficax facta in ſolutum datio,tamq̃ ſi facta nõ fuiſſet, & ad petitionem debitoris,vel poſſeſſoris teneatur Iudex pręcipere creditori ſub pœna, quæ facto conueniens videatur, ꝙ vlterius non ſe intromittat per ſe, nec per alium in ipſa re,& qui vacuam poſſeſsionem tradat, & dimittat debitori, vel poſſeſſori, & officio ſuo defendat ne vis fiat ipſi debitori,vel poſſeſſori in ingrediendo,& ingreſſum tueatur omni,& quacunq; appellatione, & nullitatis dictione remota. Et ſi quo tempore repertum fuerit ipſum creditorem de re feciſse tranſlationem in aliũ, aut ſeruitutem aliquam impoſuiſse, vel ius aliquod in re alicui conſtituiſse, diſponimus nullũ pͥudiciũ ex hoc generari dicto debitori, vel poſseſsori,vel rei,&dictã tranſlationẽ,aut in ea re alicuius iuris conſtitutionẽ nullius eſse effectus in pręiudiciũ dicti debitoris, vel poſseſſoris recuperãtis,vel rei. Et hęc locũ habere diſponimus vbi creditor voluerit ſibi rem debitoris,vel poſſeſſoris inſolutũ adiudicari per viã ęſtimationis. Si vero tenuta accepta fuerit animo vendendi, tunc inſtãte creditore, & citatis legitimè citandis, Iudex terminum octo dierũ eis aſsignet ad opponendũ, & contradicendum, ne bonorum tenutę ſubhaſtationes cõmittantur, & fiant. In quo termino ſi exceptiones oppoſuerint,tunc pro earum diſcusſione procedatur, & termini aſsignentur ſecundum formam præſentium cõſtitutionũ diſponentium de modo procedendi in cauſis ordinarijs inſpectis quantitatibus. Si vero nullas exceptiones oppoſuerint, aut tales, quæ minime obſtent, vel ſi tales eſſent,quæ eis diſcuſsis Iudici obſtare non viderẽtur,Iudex ipſe abſq; alia probatione,partis citatione pręmiſſa ſubhaſtationes fieri committat legitimè per publicum bannitorẽ,& legitimo tempore, quod volumus eſſe viginti dierum continuorum de mane, & in veſperis,& ſuper podiolo ſito ſupra tribunal officij appellationum iuxta turrim ab arengo. Teneaturque, & debeat ipſe bannitor ſingulo die in mane hora cõſueta iuris,ſono cornu pręmiſso, publice & alta voce proclamare ad feneſtram magnam podioli,vbi proclamata fieri conſueta ſunt,ꝙ ſi quis velit emere bona, quæ ſubhaſtantur, exprimendo etiam contractam,vel villam,in quibus ipſa poſita ſunt,debeat ſe pręſentare ad locum prædictum ſubhaſtationum,quia plus offerenti dabuntur. Et teneatur creditor ipſe ante inceptas ſubhaſtationes per publicum præconem palatij communis Ferrariæ,vel officij iuſdicẽtis denuntiari facere publice,& alta voce in cõtracta,vbi res ipſa fuerit, videlicet ante ipſam rem, ſi in ciuitate, vel in burgis poſita fuerit, ſi

vero

vero in comitatu,vel diſtrictu res fuerit,ad eccleſiam villę, vel loci,& hora miſſarum, vel tempore,quo magis conueniunt villæ,vel loci habitatores, & in nonnullorum pręſentia,ſcilicet qualiter eius rei ſubhaſtatio commiſſa eſt, vt plus offerenti venditio fiat, declarando etiam precium,ſi quod tunc fuiſſet oblatum. Qua commiſsione ſubhaſtationis facta per debitorem, vel poſſeſſorem obijci non poſsit, ꝙ precium oblatum non ſit iuſtum, & ꝙ res ſubhaſtata ſit multo maioris precij precio oblato, etiam ſi dicat, & ſit infra dimidiam iuſti precij, vel ſi etiam debitor aliam offerat rem in iudicio,vel ꝙ petat ipſam rem æſtimari. Et quæ duæ proximæ exceptiones nullo tempore admittantur etiam ante commiſsionem de ſubhaſtando, ſed tantum ſequuta datione in ſolutum poſsit allegari læſio vltra dimidiam iuſti precij,vt in fine præſentis ſtatuti dicetur. Sed Iudex factis prædictis ſubhaſtationibus dicto legitimo tempore,& etiam datis,parte aliter non citata, tribus mutis cum aliquali interuallo ſecundum conſuetudinem, qua venduntur bona mobilia,& admiſſo quocunq; offerre volente ēt poſt viginti dies vſque ad tertium mutum incluſiuè,nullis auditis exceptionibus, nullaque partis citatione facta ad inſtantiam creditoris vendere teneatur ex officio ſuo ipſa bona plus offerenti pro precio oblato,& ipſum debitorem,& eius bona pro legitima defenſione obligare, & inſtrumentum venditionis facere emptori, cum clauſulis,& ſolennitatibus neceſſarijs, & opportunis, ac conſuetis. Qui tamen plus offerens tempore oblationis iuret ſolenniter, ꝙ pendentibus dictis ſubhaſtationibus,& mutis, per ſe, vel alium non procurabit, aget, vel ſuadebit,nec procurauerit,egerit,vel ſuaſerit quominus alius offerre volens plus offerat,& ſufficiat in extentione dicere,& iurauit ſecundum formam ſtatuti, non expreſſa aliter formalitate verborum. Et in inſtrumento venditionis ante ſolutionem dicti precij teneatur cedere creditor & mandare iura ſua emptori ſolenniter. Et quod precium habere,& percipere debeat ipſe creditor pro concurrenti quantitate ſui crediti,damnorum, & intereſſe, & expenſarum,& pro pœna retardatæ ſolutionis librarum octo march. pro quolibet centenario, & anno ad ratam temporis à die notificationis tenutæ vſque in diem adiudicationis, vel ſolutionis creditori factæ; in qua pœna damna,& intereſſe creditoris includantur, ſi quæ extiterint. Ad hanc autem licitationē poſsit admitti etiam dictus creditor ſi plus obtulerit,vel ſi etiam nullus obtulerit;cui creditori ſic offerenti cum iuramento prędicto, & vt ſupra,Iudex in ſolutum tunc adiudicabit, vel vendet rem

ſubhaſtatam

ſubhaſtatam pro concurrenti quantitate ſui crediti, & aliorum; de quibus ſupra. Liceat tamen debitori, vel poſſeſſori, vel eorum hęredibus ab emptore, ſeu creditore, & eorum hęredibus, ſeu ab habentibus cauſam ab eo, vel ab eis ipſa bona recuperare intra biénium continuũ computandum à die ipſius venditionis, vel in ſolutũ adiudicationis, & notificationis dando, & ſoluendo ipſi emptori, vel creditori, aut ſuis hęredibus, vel habẽtibus cauſam ab eo, vel ab eis totum preciũ, quo ipſa bona empta fuerint, aut in ſolutum data, & omnes expenſas neceſſario factas per emptorẽ, vel creditorem dicta de cauſa, vel in ipſis bonis, & pœnã de qua ſupra: & oblatione reali prędictorum facta corã Iudice procedatur pro vt dictũ eſt ſupra in creditore in ſolutũ accipiente per viã ęſtimationis. Et dictus emptor, ſeu creditor lucretur, aut eius hęredes lucrentur fructus, & reditus pro numero menſiũ, quibus res adiudicatas, vel venditas reluere ceſſauerint in offerendo, vt ſupra, niſi intra bimeſtre reluitio fiat, vt ſupra in alio capi diſpoſuimus. Adijciẽtes ꝙ in omni caſu recuperationis dictorũ bonorum non ſit, nec eſſe intelligatur aliquod dominiũ tranſlatũ in dictum emptorẽ, aut creditorẽ, vel habentẽ cauſam ab eis, nec facta intelligatur aliqua vẽditio ẽt ab initio ſui, ſed in ſuſpenſo ſit infra biẽnium prędictum. Quo tẽpore dictus emptor, aut creditor, aut habẽs cauſam ab eis ſolum poſſeſsionẽ pro fructibus prædictis acquirẽdis habere intelligatur. Poſsit tñ debitor, vel poſſeſſor intra dictum tẽpus biennij perquirere ſi alios emptores inuenire poterit, qui velint pro maiori precio emere rẽ prædictã, quę fuerit ad incantũ vendita, ſeu in ſolutũ data creditori: & ſi inuenerit, poſsit eã vendere. Et eo caſu emptor ipſe habeat ius offerendi, & deponẽdi, vt ſupra diximus in debitore, dũmodo debitor, & ſecundus emptor iurẽt ſe nulla colluſione, fraude, vel dolo verſatos eſſe in ea re, niſi primus emptor vellet probare colluſionẽ interueniſſe. Hoc tñ caſu ſi is, qui emit ad incantũ, aut creditor, qui in ſolutũ accepit, aut habens cauſam ab eis, velit illud plus ſupplere debitori, quod oblatum eſt per ſecundũ emptorẽ, tunc præferatur ſecundo emere volẽti, & illud ſupplendo poſsit rem illã retinere irreuocabiliter. Finito aũt dicto biẽnio, & nulla facta recuperatione modis ſupra ſcriptis, ipſa bona ſic empta, vel in ſolutũ data ſint, & eſſe debeãt dicti emptoris, aut creditoris, vel habẽtis cauſam ab eis plenè, & pleno iure ac irrecuperabiliter. Et prædicta oĩa & ſingula, quatenus adaptari poſſint, vendicẽt ſibi locũ, & ſeruari volumus ẽt in creditore vẽdẽte res renutę acceptę iure creditoris nullis factis ſubhaſtationibus, & in vẽdi-

tione,vel adiudicatione alicuius rei facta in exequutione ſentētię,vel præcepti, ēt ꝙ ipſa adiudicatio,ſeu in ſolutū datio volūtariè facta fuerit à debitore ſiue ante,ſiue poſt ſententiā. Inſuper ſtatuimus ꝙ ſi contingat tenutā alicuius rei acceptā eſſe,& preciū oblatū ſit maius, q̄ ſit quantitas debiti,expēſarū,& pœnę,de qua ſupra,pro quibus licitatur, ſi quidē ipſa res cōmodā patiatur diuiſionē,vēdatur duntaxat pro menſura dicti debiti,& expenſarū,& pœnę. Si verò nō patiatur cōmodam diuiſionē,in ſolidū fiat vēditio ipſius rei:& eo caſu emptor teneatur ſoluere creditori ad cuius inſtantiā fuit vēdita,quantitatē debiti expēſarū,& pœnæ,quo caſu lucrifaciat fructus pro quātitate pecuniæ ſolutæ ad ratā prędictā tpis. Reſiduū verò fructuū ſpectet ad ipſum debitorē, vel poſſeſſorē. Et ſi debitor, vel poſſeſſor ipſe intra biēnium,de quo ſupra recuperauerit rē,ſoluere teneatur ipſi emptori totā dictā quantitatē. Si aūt ipſam rē nō recuperauerit,vt ſupra,tunc finito ipſo biēnio recuperationis emptor infra decē dies proximè ſequentes teneatur reſiduū precij ſoluere dicto debitori:quod ſi ſoluere diſtulerit infra dictos decē dies poſſit ipſe debitor quandocunq; rem recuperare, vel alteri vendere ēt totā ipſam rē,reſtituendo emptori totū preciū,expenſas,& pœnā prædictas. Declarātes ꝙ ſicut cuilibet tertio,ita,& creditori plus offerēti,vel nullo alio offerēte poſſint res ſubhaſtatæ non ſolū pro cōcurrēti quantitate ſui crediti adiudicari, ſed etiā pro maiori precio ꝑ eum oblato,firmis manentibus quibuſcunq; prærogatiuis à iure,& ſtatutis eidē cōceſſis. Decernentes ꝙ ſi in aliquo caſu dictę ſubhaſtationes impeditæ fuerint continuè fieri,facto debitoris,vel alicuius tertij comparentis pro ſuo intereſſe,quod tēpus,quo prius factæ fuerint,cōputetur in termino prædicto viginti dierum, nō obſtante dicto interuallo temporis,& ēt valeant,ac ſi diebus continuis factæ fuiſſent. Et is plus offerēs tunc rē illā emere teneatur,&oblatum preciū ſoluere creditori,vel deponere,ſicuti & prout Iudici videbitur;ad quod per Iudicem compellatur inſtante quocunq;, cuius intereſſe poſſit realiter, & perſonaliter,& omni iuris & ſtatutorum Ferrarię ordine prætermiſſo. Poſſit ēt Iudex,& teneatur inſtante creditore,vel alio, cuius intereſſe poſſit terminū triū dierum ſtatuere offerenti ad illud preciū ſoluendū vel deponendū,vt ſupra;infra quē terminū ſi nō fecerit,& precium vt ſupra nō ſoluerit,vel depoſuerit,tunc Iudex inſtāte creditore,vel alio, cuius intereſſe poſſit,rem licitatā alteri,qui eo excepto plus obtulerit, vendere teneatur,& ille rē ipſam emere teneatur pro precio per eum oblato, & precium ſoluere,vel deponere modo,& forma prædictis.

Et

Et tunc debitum eius pluris ſic oblati, & intra triduum non ſoluti, & nomen ſic plus offerentis, & ius exigendi ab eo illud plus remaneat, & ſit in bonis debitoris, & illud exigi poſsit. Vbi vero in prædictis caſibus, vel quolibet eorum ille, qui plus obtulerit allegaret rem licitatã eſſe hypothecatam, vel alicui reſtitutioni ſubiectam, & peteret rem liberari ante precij ſolutionem, tunc ſit in facultate creditoris rem ipſam in ſolutum accipere pro eodem precio, ſeu iuſto precio æſtimando, vel promittere ſub obligatione omnium ſuorum bonorum de reſtituendo precium ipſi emptori in omni caſu euictionis, ſi idoneus facultatibus ſit ipſe creditor, aut idoneos fideiuſſores præſtiterit. Et hoc caſu compellatur ipſe emptor ad ſolutionem precij ipſi creditori non obſtante allegatione prædicta. Adijcientes ꝙ facta adiudicatione in ſolutum præmiſsis ſubhaſtationibus ſecundum ordinem ſupra traditum, liceat debitori, vel poſſeſſori, aut eorum hæredibus infra duos menſes à die adiudicationis prædictæ, & notificationis eius allegare coram Iudice cauſæ ſe læſum vltra dimidiam iuſti precij, ac petere res ſubhaſtatas æſtimari; quo caſu eligantur æſtimatores per partes vnus vel plures, & in caſu diſcordię tertius, quem Iudex eligat vbi partes de eo non concordauerint, qui primi ſic electi, vnus ſeu plures diligenter examinatis examinandis ipſi iuſdicenti cum eorum iuramento ꝙ bene, diligenter, & ſine fraude æſtimant, & referunt, debeant iuſtum precium ipſarum rerum referre, & ipſis diſcordantibus tertius modo ſupraſcripto referre debeat, quorum primorum vnius, vel plurium concordiũ, aut in caſu diſcordię tertij relationi omnino ſtetur. Et ſi ex tali relatione conſtiterit precium, pro quo res ipſę in ſolutum adiudicatę fuerint, eſſe citra dimidiam iuſti precij, tunc datio in ſolutum nulla ſit ipſo iure, & nullius momenti. Et Iudex ipſe ſic eam declarare poſsit & debeat, & hoc niſi emptor, vel creditor, aut eorum hęredes infra terminum duorum menſium à die relationis prędictæ, & notificationis factæ realiter, & cum effectu iuſtum precium ſic relatum obtulerint debitori, vel poſſeſſori, ad quem eorum pertinuerit, qua oblatione facta datio in ſolutum valeat, & teneat. Et eo caſu liceat etiam debitori, vel poſſeſſori, aut hæredibus eorum res ipſas infra tempora ſupra præfixa reluere, vt ſupra, etiam facta dicta declaratione, & etiam quo ad effectum fructuum lucrandorum, vel non lucrandorum, vbi tñ creditor, vel alij iuſtum precium offerre noluerint, vt ſupra. Denuò fieri poſsint inſtante creditore ſubhaſtationes de eiſdem rebus, & ex eiſdem tenuta, & actis, quæ eo caſu firma permaneãt. Statuentes ꝙ à tali relatione

æſtimatorum ſic electorum, vt ſupra, quęcunque fuerit: & à ſententia, ſeu declaratione ſuperinde ferenda per Iudicem nullo modo poſsit appellari, querelari, ſupplicari, reformari, de nullitate dici, reſtitutio in integrum peti, etiam ex capite minoris ætatis, nec quoquo modo officium Iudicis implorari. Si autem ex relatione ſupraſcripta conſtiterit precium non eſſe iniuſtum, neque læſionem interueniſſe vltra dimidiam iuſti precij, tunc venditio, & adiudicatio ipſa firma permaneat, & ſuccumbens intelligatur condemnatus in omnibus expenſis in cauſa ipſa relationis factis, & incidat in pœnam librarum decem march. applicandam maſſariæ communis Ferrariæ, & terminus ad reluendum tali caſu incepiſſe intelligatur à die dationis, & notificationis de ea factæ. Vbi vero relatum eſſet precium iniuſtum, vt ſupra, currere incipiat à die oblationis, & ſuppletionis iuſti precij, de qua ſupra.

Quibus diebus non liceat facere ſubhaſtationes. XXVI.

AD honorem omnipotentis Dei, & glorioſiſsimæ matris Virginis Mariæ, ac totius cœleſtis curiæ triumphantis deliberamus, & ſtatuimus quòd deinceps in ſubhaſtationibus, quæ fient in palatio iuris communis iuxta morem, & prouiſionem, de quibus in titulo præcedenti, non currant, neque comprehendantur, & non connumerentur in eis dies feſti infraſcripti, quinimmo abſtineatur ne in ipſis diebus, vel eorum aliquo ſubhaſtationes procedant, videlicet.

¶ In primis omnes dies Dominici.
¶ Omnes dies feſti beatæ Mariæ Virginis.
¶ Omnes dies Apoſtolorum.
¶ Tres dies Natiuitatis Dominicæ.
¶ Tres dies Reſurrectionis Dominicæ cum ſeptem diebus præcedentibus.
¶ Tres dies Pentecoſtes.
¶ Prima dies Epiphaniæ.
¶ Dies feſti ſanctorum Georgij, & Maurelij martyrum.

Qualiter

Qualiter procedendũ ſit in cauſis contra vniuerſitatem. XXVII.

STATVIMVS ꝙ ſi quis agere velit contra vniuerſitatem alicuius villæ, vel contratæ ciuitatis Ferrariæ, teneatur, & debeat facere præcipi Maſſario contratæ, vel Cauarzellano villæ ex parte Iudicis ordinarij ꝙ debeat conſtituere ſyndicum, qui ad terminum decem dierũ in ciuitate, & quindecim in villa compareat coram ipſo Iudice ad reſpondendum libello porrecto, vel petitioni per talem perſonam contra vniuerſitatem productæ. Et ſi intra ipſum terminum non comparuerit legitimus ſyndicus ad reſpondendum dicto libello, ſiue petitioni, auctoritate præſentis ſtatuti propter contumaciam prædictorum habeatur lis pro legitimè conteſtata ſuper libello prædicto, ſiue petitione. Et procedatur tunc ad petitionem agentis in ipſa cauſa, ſecundum diſpoſitionem aliorum precedentium ſtatutorum diſponẽtium, de modo procedendi in cauſis ciuilibus: & ſufficiat citari Maſſarium contratæ, vel cauarzellanum villę in illis caſibus, in quibus citaretur ſyndicus legitimus, ſi affuiſſet, quouſque dicta cauſa per diffinitiuam ſententiam fuerit terminata. Et idem obſeruetur in omnibus & per omnia in cauſis, quas aliquis mouere vellet contra aliquam ipſarum vniuerſitatem, in quibus poſſit procedi ſine libelli oblatione: & in prædictis caſibus cauarzellani, & maſſarij habeantur pro legitimis ſyndicis ſuarum vniuerſitatum, & legitimè conſtitutis. Executionem autem fieri mandamus, vt in ſtatuto poſito ſub titulo, de executione præcepti contra vniuerſitatem.

De permiſſa pecunia, vel bonorum ſequeſtratione. XXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ ad omnem inſtantiam alicuius creditoris habentis debitorem ſuum ſuſpectum, vel ſuſpicantis non poſſe conſequi creditum ſuum niſi cum magna difficultate, etiam ſi bona aliqua immobilia in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu poſſideat æquiualentia debito, teneatur, & debeat quilibet iuſdicens quolibet loco, & qualibet hora, & die etiam feriatis in honorem Dei, committere, & ſequeſtrum fieri facere de pecunia, vel bonis ipſius debitoris pro concurrenti quantitate debiti, & expenſarum penes quamcunque perſonam, quam diſponimus tale ſequeſtrum recipere teneri, exceptis campſoribus publicis. Facta tamen prius fide ipſi Iudici, ſiue iuſdicenti ſummariè de debito per creditorem, ſaltem ſemiplenè, vel per inſtrumentum publicum, vel per teſtes, vel aliter quo-

H iij modo-

modocunque, prout Iudici videbitur, etiam abſente ipſo debitore, & non citato. Et ſufficiat de ſuſpicione iuramentum ipſius creditoris; nec poſſit tale ſequeſtrum reuocari quoquo modo, etiam ſi factum fuerit cum clauſula; Niſi præſtita ſatiſdatione ab ipſo debitore de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ceſſante omni excuſſione de bonis debitoris, vel niſi aliter fuerit in concordia cum ipſo creditore, vel niſi ex poſtfacto conſtiterit ipſum non eſſe debitorem.

De hypothecaria, & pacto executiuo exercendo. XXIX.

SI quæſtio moueatur contra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris occaſione hypothecę, vel pacti executiui, quæ dicantur fuiſſe debitoris, quia grauiſſimum eſt creditori habēti hypothecam, vel ius ingrediendi ex pacto in bonis debitoris probare titulum illius, vel præſcriptionem, vel dominium, vel quaſi, de re pro qua agitur; ſufficiat dicto creditori probare rem, pro qua agitur poſſeſſā fuiſſe, vel quaſi poſſeſſam per debitorem, vel alium nomine ipſius tanq̄ rem ipſius debitoris, vel ipſum debitorem penſionem, vel alium reditum, vel fructus habuiſſe, vel aliū pro ipſo tempore obligationis contractæ inter ipſum debitorem, & creditorē, vel ante ſaltem per quinq; annos, vel poſtea etiam antecedenti tempore computato, niſi poſſeſſor probauerit eo tempore alium fuiſſe dominum dictorum bonorum. Volumus tamē q̄ aliqua probatio dominij, aut poſſeſſionis prædicti temporis non exigatur, vbi dictus creditor agat aduerſus tertium poſſeſſorem habentem cauſam immediatam, & titulum à debitore, vel ab eius hæredibus mediatis immediatisúe, & non ab alio. Poſſitq; prædictus creditor ingredi tenutam bonorum, quæ fuerunt in bonis debitoris, exiſtētium penes tertium poſſeſſorem habentem cauſam immediatam, vt ſupra, nulla excuſſione aliter facta de bonis debitoris. Vbi vero ſit mediatus poſſeſſor diſponimus vigore dictæ hypothecæ, ſeu pacti, etiam ex cauſa dotis, niſi quatenus aliter ſit diſpoſitum per ſtatuta noſtra, ad tertium poſſeſſorem deueniri non poſſe, niſi excuſſionē de bonis debitoris legitimè facta. Vbi tamē ipſa hypotheca, ſeu pactū executiuū exerceretur contra tertium poſſeſſorem, ſi ipſe doceret intra tres dies vtiles à die cōtradictionis ſuæ, qui intelligantur ſtatuti ad probādum, & probatum habendum bona expedita debitoris ſufficientia pro debito extare, ad quam allegationem admittatur tertius poſſeſſor ſemel tantum, vel ſi peteret per ipſum creditorem, proprijs expenſis ipſius

tertij

tertij poſſeſſoris, excuſsionem fieri debere de bonis principalis debitoris,& libras decem march. ac expenſas arbitrio Iudicis taxatas intra duos dies immediatè ſequentes depoſuerit die ſequenti penes idoneum campſorem ciuitatis, atque ſe obligauerit legitimè idoneè cauendo ſe ſoluturum ſi vltra prædictam quātitatem expreſſam,& taxatam neceſſe fuerit expēdere;tunc ipſe creditor teneatur, & debeat primo, & ante omnia excuſsionem bonorum mobilium, & immobilium duntaxat facere,ſine tamen alia condemnatione debitoris,eáq; excuſsione facta, vel docto ꝙ ſint bona expedita, vt ſupra, ſi in bonis debitoris reperiantur bona expedita,quæ emptorem reperire poſsint cum effectu, tunc ius ſuum in dictis bonis expeditis proſequatur creditor:quæ ſi non erunt ſufficientia ad ſolutionem debiti, expenſarum & pœnæ, vigore retardatæ ſolutionis in alijs ſtatutis appoſitæ,& quātenus non erunt ſufficientia, vel ſi ipſe tertius poſſeſſor infra dictum tempus expenſas prædictas non depoſuerit, altero dictorum caſuum poſsit, & valeat ipſe creditor ius ſuum, & tenutam in bonis poſſeſsis per ipſum tertium poſſeſſorem proſequi. Et hæc omnia,quæ ſuperius diſpoſuimus vendicent ſibi locum etiam in executione ſententię,vel præcepti in confeſsum, vel conuictum, vel præcepti quindecim vel viginti dierum,quæ ſententia,vel præcepta emanaſsent occaſione alicuius debiti,de quo appareat inſtrumētum, in quo ſit hypotheca, vel pactum executiuum. Et ſufficiat in prædictis caſibus liquidationem debiti, & aliorum, quæ liquidari debuerunt, fieri per creditorem poſt ingreſsum per eum factum vigore pacti executiui.

De facultate, & modo procedendi contra laboratores, & famulos, & nouos eorum conductores. XXX.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ ſi qua perſona ciuis, vel forenſis cuiuſcunq; conditionis conduxerit per ſe, vel alium ſuo nomine aliquē laboratorem,ſeu famulum ad exercitia ruralia alicuius alterius perſonæ ciuis,vel habitantis in ciuitate,vel diſtrictu Ferrariæ in ſuum laboratorem,ſeu famulum,eo ipſo ſit,& eſſe intelligatur principaliter obligatus ei priori domino in omni eo, & toto, & omni eo modo, & forma,quibus dictus laborator, ſeu famulus ei tenebatur ex cauſa,vel occaſione laboraturæ,aut qualibet alia cauſa merè ciuili, non autem ex cauſa deſcendente ex delicto, vel quaſi tempore receſsus à priori dn̄o cum perſona, & familia ſua, ſiue dictus laborator, ſiue famulus recedat,

dat,vel receſſerit à primo domino ſponte,præter & contra voluntatē prioris domini,ſiue licentiatus à domino,ſiue de conſenſu vtriuſque, ſiue finito tempore conductionis,ſiue aliter quomodocunque. Declarantes eos eſſe laboratores,ſeu famulos,qui quoquomodo ſe exercent circa exercitia ruralia pro eis,qui eos cōduxerunt,vel qui quouis modo circa negotia domini ruri ſe exercuerint,etiam ſi fuerint caſtaldiones, vaccarij, vel caballarij, vel alij beſtiarum cuſtodes. Et intelligatur quis alienum laboratorem,vel famulum conduxiſſe quo ad effectum huius ſtatuti,ſiue illum conduxerit verbis tantum,vel per publicum inſtrumentum,vel aliam priuatam ſcripturam. Et hoc ſolum,& duntaxat quum primum dictus laborator,ſeu famulus conductus, vt ſupra,vel alius de eius familia,vel alia perſona ad eius laboratoris,vel famuli inſtantiam ſe exercuerit, ſeu ſe exercere ceperit circa exercitia ruralia pro ſecundo conductore,etiam ſi nondum receſſerit ab habitatione domorum poſſeſſionis,ſeu rei primi domini,dummodo receſſerit,vel recedat à laboratura primi domini,licet mazaticas terras laborare perſeueret eo anno, vel ſi laborator receſſerit à laboratura primi domini,& ceperit laborare alienam poſſeſſionem,vel terras patiēte domino poſſeſſionis,& terrarum prædictarum, etiam ſi aliter conſtare non poſſit de aliqua conductione. Et intelligatur ſecundum dominum paſſum fuiſſe laboratorem ipſum laborare poſſeſſionem, vel terras,ſi poſtquàm dictus laborator ceperit ſciente domino poſſeſſionis, vel terrarum laborare, vel primus dominus intimauerit hoc ſecūdo domino,ipſe ſecundus dominus infra menſem non expulerit cum effectu dictum laboratorem à dicta laboratura:& intelligatur ſciuiſſe, cum per primum dominum,vel eius procuratorem fuerit nuntiatum dicto ſecundo domino de credito ſuo,& de laboratura facta, & ſeu famulatu præſtito per dictum laboratorem, ſeu famulum, qui ſic receſſerit ex terris ipſius. Et cenſeatur cum effectu expuliſſe ſi petente domino ſecundo,Iudicis mandato habitatio,& laboratura illi interdicta fuerit. Et ſi ille ſecundus dominus iurauerit ꝙ in huiuſmodi expulſione dolū non commiſerit,nec cōmittet,nec operam dedit,nec dabit per ſe,vel alium,quominus ipſe recedat. Quæ omnia ſeruari volumus in omnibus alijs caſibus infraſcriptis. Exactio autem crediti primi domini differatur contra nouum conductorem vſque ad feſtum ſancti Michaelis, quo finitur laboratura primi domini, etiam ſi perſeueret laborare terras mazaticas. Vbi vero laborator in laboratura primi domini perſeuerans ceperit laborare aliquas particulares terras alte-

rius

rius domini, cui primus dominus poſtea denũciauerit, vel proteſtatus fuerit, nolle laboratorem ſuum laborare eaſdem terras, & non prohibuerit, atq; cum effectu expulerit eum laboratorẽ à dicta laboratura, teneatur talis ſecundus dominus ad tertiam partem crediti primi domini. De qua laboratura, ſeu ruſticali exercitio in omnibus prædictis caſibus ſtetur, & ſtari debeat iuramento dicti talis laboratoris, ſeu famuli cum vno teſte omni exceptione maiore: Qui laborator, ſeu famulus teneatur iurare ad inſtantiam primi domini, vbi aliter probari non poſsit. Et hæc locum habeant etiam in mulieribus, pupillis, minoribus, furioſis, & mentecaptis, & alijs, qui alio indigẽt gubernatore, quorum tutores, curatores, & alij eorum adminiſtratores, ſeu gubernatores perſonæ, vel rerum, aut etiam ipſi minores adulti aliorum laboratores, ſeu famulos conduxerint. Et prædicta etiam locũ habeant, ſi quis emerit, vel ad vſum, liuellum, vel emphyteuſim, vel in nouem annos ad renouandum, vel per alium contractum, ſeu titulum perpetuos conduxerit, vel acquiſiuerit aliquam poſſeſsionem, & laboratorem, ſeu famulum ibidem exiſtentem per annum retinuerit per ſe, vel habentem cauſam ab eo. Si vero intra dictum annum laborator ipſe vel famulus receſſerit quomodocunque, ſeu ab alio cõductus fuerit, tunc cõducens eum in ſuum laboratorem, ſeu famulum teneatur ad ſolutionem debiti dicti laboratoris, ſeu famuli, tam domino poſſeſſionis, q̃ dicto conductori, ſeu acquiſitori poſſeſsionis, ſeu rei pro debito contracto cum eo intra dictum annum. Si autem aliquis conduxerit poſſeſsionem, vel rem alterius, dummodo non excedat conductio annos nouem, non teneatur ad ſolutionem debiti laboratoris, ſeu famuli domino locanti. Sed locatori ius firmum maneat contra laboratorem, ſeu famulum. Et ſi ille laborator, ſeu famulus recederet interim à cultura dicti loci, vel à præſtatione famulatus deſtiterit, tunc conducens in ſuum laboratorem, ſeu famulum teneatur ad ſolutionẽ debiti dicti laboratoris, ſeu famuli, tam domino poſſeſsionis pro ſibi debito, q̃ dicto conductori poſſeſsionis, ſeu rei pro debito contracto cũ eo tempore ſuæ conductionis. Et verſa vice, ſi conductor poſſeſsionis, vel rei durante tempore ſuæ conductionis laboratorem, ſeu famulum alterius conduxerit, teneatur ad debitum perſoluendum priori domino. Quem laboratorem, ſeu famulum ſi dominus poſſeſsionis, vel rei per annum retinuerit per ſe, vel habentem cauſam ab eo, finito tempore conductionis, vel aliter conductione de communi concordia ceſſante, teneatur dominus ad ſolutionem debiti dicto

condu-

conductori, & ſi dominus poſſeſsionis, vel rei, finita vel ceſſante dicta locatione, alteri locauerit dictam poſſeſsionem, vel rem, ita vt dictam poſſeſsionem, vel rem aliquo tempore pro ſe non retinuerit, vel penes eum nō remanſerit ipſa poſſeſsio, tunc ſecundus conductor ſi dictum laboratorem, vel famulum retinuerit per annum, teneatur ad dictum debitum perſoluendum dicto priori conductori. Et ſi primus conductor alteri locauerit, tunc ſecundus cōductor teneatur ad debitum laboratoris, ſeu famuli dicti conductoris primi, ſi ipſum laboratorem, ſeu famulum retinuerit in laboratorem, ſeu famulum dictę poſſeſsionis, & exercentem ruralia ſuper eā per annum. At ſi quis locauerit ad tempus poſſeſsionem ſuam alicui alterius laboratori, vel famulo à domino ſuo recedēti, teneatur ad ſoluendum debitum laboratoris, vel famuli priori domino, ſiue nūmis locauerit, ſiue ad certā fructuum quantitatem præſtandam, ſiue ad partem fructuum percipiēdorum ex poſſeſsione locata, ſiue etiam in genere. Et prædicta locū habeant ſiue quis conduxerit laboratorem alterius in famulum, ſiue famulum alterius in laboratorem ſuum. Et ſi contigerit aliquem laboratorem, vel famulū alterius obligatum domino ſuo recedere à laboratura, vel famulatu, vel cuſtodia beſtiarum domini ſui, & poſtea ſteterit, & habitauerit per aliquod temporis ſpatium, ſiue modicū, ſiue magnum in aliqua domo propria, vel conducta mercede, vel gratis habita, vel aliter quomodocunq; in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ, vel etiam extra diſtrictum, ita ꝙ non ſit laborator, vel famulus alterius ciuis, vel habitatoris ciuitatis, & diſtrictus, & demum alius eum in laboratorem, vel famulum acceperit; tunc iſte, qui primo eum in laboratorem, vel famulum acceperit, teneatur, & obligatus ſit eo ipſo illi, á quo talis laborator, vel famulus receſſerit modo, & forma prædictis. Si vero talis laborator, vel famulus habitans in domo propria, vel cōducta, vel gratis conceſſa particulariter laborauerit alij, vel alijs perſonis aliquas terras, vel vineas ad partē fructuū magnā, vel paruā, vel famulatū pręſtiterit ſub mercede, tunc is cuius terram vel rem primo laborauerit ad partem fructuum magnam, vel paruam, vel cui famulatum præſtiterit ſub mercede, teneatur ad debitum primo domino modo, & forma ſuperius dictis. Et ſi poſtea alius dederit ei aliquas vineas, vel terras ad laborandum, vel eum conduxerit in famulum ſub mercede, eo etiam perſeuerante in laboratura, ſeu famulatu primi domini, teneatur ad debitum ipſi primo domino pro rata debiti, & laboraturæ. Et ita obſeruetur ſucceſsiuè in quocunq; dante ad laborandū, vel

cui

cui præſtitus fuerit famulatus ſub mercede,vt ſupra. Si autem eodem tempore plures dederint ad laborãdum,vel ipſe pluribus famulatum præſtiterit, vt ſupra, omnes in ſolidum teneantur ipſi domino, à quo dictus talis laborator,ſeu famulus receſſerit: & ſoluens ſolidum poſsit recuperare ſolutum ab alijs pro virili perſonarum dantium ad laborã dum, eius perſona etiam cõputata. Si vero aliquis habitans in domo propria, vel conducta, vel gratis conceſſa acceperit aliquam rem ad laborandum in totum, vel pro tanto quantum pertinet ad laboraturam vineæ,ſeu terræ mercede in ſumma conſtituta, quæ tamen excedat ſummam ſolidorum centum march. vel ad operas diurnas, ita ꝙ tales operæ ad ipſam laboraturam neceſſariæ calculatæ dictam ſummam ſolidorum centum march.excedant,tunc talis dans ad laborandum teneatur ad debitum modo, & forma ſuperius dictis, prætercꝙ ſi ipſæ operæ eſſent pro aliquibus vitibus plantandis, & alleuandis, ſeu pro rebus reficiendis,& ad meliorem conditionẽ reducendis. Si autẽ aliquis laborator,ſeu famulus alterius obligatus, vt ſupra, ab eo recedens iuerit ad habitandum cum laboratore alicuius perſonæ,forte attinente,vel affine ſuo,vel aliter ſibi non coniuncto, & ibidem laboraret,& opera ruſticalia exerceret,vel famulatum prçſtaret circa exercitia ruſticalia; tunc dominus ipſe,cuius poſſeſsionem,vel terras ille ad iuuando laborauerit, vel famulatum præſtiterit, ipſo facto teneatur, & obligatus ſit illi, à quo talis laborator receſſerit ad debitum perſoluendum. Et hoc ſi nullus ex obligatis remanſit in laboratura primi domini. Si verò aliqui receſſerint,& aliqui remanſerint,vt ſupra,in laboratura primi domini teneantur ad debitum perſoluendum pro rata virili debiti, habito reſpectu ad numerum perſonarum,quæ erant obligatæ ad dictum debitum, remanente tamen dicto laboratore, ſeu famulo recedente obligato priori domino, pro vt erat prius. Porrò ſi qua perſona acceperit vnum,aut plures ex laboratoribus, vel famulis alterius perſonæ in ſuum laboratorem,vel famulum,ſeu laboratores, vel famulos remanente parte laboratorum,vel famulorum cum priore domino,tunc recipiens teneatur ad debitum perſoluendum priori domino pro rata virili debiti, habito reſpectu ad numerum perſonarum obligatarum ad dictum debitum,remanente tñ dicto laboratore ſeu famulo recedente obligato priori domino, prout erat prius. Vbi verò omnes laboratores recederent à primo domino, & diuerſæ perſonę eos conducerent,& in diuerſis locis,ita ꝙ ex dicta familia plures familiæ fierent,& plures & diuerſas laboraturas exercerent,tunc qui-

libet

& liquidatum fuerit. Et per prædicta non intelligatur derogatum iuri primi domini, & laboratoris, ſeu famuli quominus in alio iudicio inter ſe poſsint agere, petere, experiri, excipere, probare, & liquidare etiam quæ in ſuperiori iudicio deducta, & excepta, probata non eſſent hinc inde. At ſi quis laborator, vel famulus alterius, qui ſit paterfamilias, vel caput familiæ ſuæ, cuiuſcunq; ętatis ſit, debitum aliquod contraxerit cum domino ſuo occaſione laboraturæ, vel aliter quomodocunq;, tunc omnes maſculi de familia eius exiſtẽtes, qui tpe dicti debiti ſint ad laborãdum apti, vel poſtea apti fierent, eo in laboratura, ſeu famulatu perſeuerante, ſint & eſſe debeant ipſo facto principaliter, & in ſolidum obligati ad dictum debitum perſoluendum dño prædicto: intelligendo illum fore aptum ad laborandum, qui foret ętatis annorum quindecim. Et idem obſeruetur ſi is, cum quo tale debitum contractum eſt, vel erit, ſit negociorum geſtor familiæ, cum frequentius accidat, vt paterfamilias ruralis vnus ſit, qui exerceat negocia familię pro omnibus, & vadat, & veniat pro negocijs familiæ peragendis. Quæ omnia volumus obſeruari in quocunque debito contracto per quemcunq; de familia laboratoris habilem ad laborandum, conuerſo tamen in vtilitatem, & pro vtilitate dictæ familiæ: quæ conuerſio in dubio pręſumatur auctoritate pręſentis ſtatuti, niſi aliter doctũ fuerit. Et quia inter dominum, & laboratorem, ſeu famulum pendente laboratura bona fide agitur de contractibus inter ipſos, qui poſtea ortis inter eos controuerſijs difficulter probari poſſunt; volumus q in cauſis vertentibus inter primum dominum, & laboratorẽ, ſeu famulum, vel inter primum dominum, & ſecundum dominum, vel inter ipſos oẽs, vel eorum, vel alterius eorum creditores, & quomodocunq;, & qualitercunq;, & in quocunq; caſu, & quacunq; cauſa ipſe Iudex vnà cum Iudice duodecim ſapientum, vel locumtenente, inſpecta quantitate, & perſonarum qualitate, & inſpectis cauſis contractuum, & veriſimilitudinibus cauſarum, & conſuetudine patriæ, & omnibus alijs, quę cõmuniter in ſimilibus cõtingere ſolent, cum præſtatione iuramentorũ ſicuti ſibi videbitur, & omnibus alijs circũſpectis, & conſideratis poſſint, & valeant fidem imponere probationibus quibuſcunq; hincinde, conſcientias eorum in hoc permaxime onerantes, ne in faciem potẽtum inſpiciant, nec laboratorum, ſeu famulorum miſeriam: & à tali impoſitione fidei probationibus facta per ipſos non poſsit appellari, querelari, ſupplicari, de nullitate dici, reſtitutio peti, officium Iudicis implorari, vel aliquod aliud remedium intentari etiam per viam ex-

I ceptionis,

ceptionis,vel minoris ætatis. Et pro dictis debitis exigẽdis reddatur ius ſummarium,breue,& expeditum,ſine ſtrepitu & figura iudicij,etiã ferijs aliquibus non obſtantibus, tam contra laboratores, & famulos, ſeu cuſtodes beſtiarum, q̃ contra conductores, ſeu retinentes alienos laboratores,ſeu famulos,vt ſupra. Et pro talibus debitis exigendis teneatur cauarzellanus,ſeu maſſarius cuiuſcunq; villæ,& burgorum ciuitatis Ferrariæ ad mandatum cuiuſlibet officialis ad hoc iuriſdictionem habentis,cum vicinis ſuis, curribus, & carrettis, equis, bobus, & aſinis contratæ ſuæ, ſiue villæ,etiam ante ſententiam,ire ad accipiendum de bonis talis debitoris, & dicta bona conducere ad ciuitatem, vel aliter penes idoneam perſonam dictæ villæ deponere,quandocunque fuerit requiſitus,ſub pœna librarum viginti march.vnicuiq; contrafacienti, vel impedienti dictam executionem, communi Ferrariæ applicanda: quam pœnam ipſo facto incurrat. Et ſi dictus debitor eſſet cauarzellanus,tunc ſaltuarius,& homines dictæ contratæ, ſeu villę prædicta facere,& adimplere teneantur. Volentes ꝙ fructus terrarum,& lucra beſtiarum,quos,& quæ aliqus laborator,ſeu famulus haberet,vel habere deberet in terris aratiuis,pratiuis,valliuis,ſeu vineatis laboraturæ ſuæ,ſiue in beſtijs, ſint & eſſe intelligantur ſpecialiter, & expreſſe hypothecati, & obligati, & hypothecata, & obligata eis, ad quorum inſtantiam laborauerunt,& laborant terras, & beſtias tenent, pro quibuſcunque debitis contractis per ſupradictos tenentes, & poſsidentes cum dictis talibus laboratoribus,ſeu famulis ab eo tempore, quo fuerint laboratores,ſeu famuli:ita ꝙ ſupradicti, ad quorum inſtantiam terrę laborantur,& beſtiæ tenentur, præferantur in dictis fructibus,ſeu lucris quibuſcunq; alijs creditoribus dictorum laboratorum, ſeu famulorum, etiam habentibus priores hypothecas tacitas, vel expreſſas,vel etiam fiſco, vel alij cuicunque perſonæ priuilegiatæ ex cauſa dotis,vel alia quacunque.

De ſeminibus dandis laboratoribus. XXXI.

CVM ſæpe laboratores terrarũ præ paupertate ſemina frumenti pro parte ſua ſeminandi non habeant, ob quod terræ ipſæ vacuę remanent;&exinde cõtingit vt minus frumentũ recolligatur,& ppea cariori precio vendatur: Iccirco futura prę oculis habẽtes pro bono, & vtilitate Reipub.ſtatuimus,& ordinamus,ꝙ quicunq; ciuis,ruſticus, vel foreſis,qui habeat poſſeſsiones,caſalia,vel terras proprias, vel cõductas laboratas pro ſeminando iuxta formã ſtatutorũ noſtrorum in

ciuitate, vel diſtrictu, poſsit, & debeat per Iudicem XII. ſapientū cogi, & aſtringi ad mutuandum, vel vendendum laboratoribus ſuis partē ſeminum tangentem laboratores earum terrarum. Et ſi patronus elegerit mutuare frumentum pro frumēto, tunc volumus partem recollectus, quæ aliàs laboratori obueniret, ſi ipſe partem ſuam ſeminum poſuiſſet, tali caſu inter patronum, & ipſum laboratorem æqualiter diuidendam eſſe, detractis tamen prius metitura, caballatico, & cribellatura, ita vt dimidia frumenti nati ex ſeminibus ſic mutuatis ſit patroni mutuantis, prius detractis ſupradictis, & altera dimidia ſit laboratoris, nec aliter patrono debeat quantitas frumenti mutuata reſtitui, ſed illa dimidia, quæ ex eis ſeminibus mutuatis recolligetur, ſufficiat pro reſtitutione prædicta, ſiue fuerit minor, ſiue maior quantitas ea, quæ mutuata fuerit. Quòd ſi patronus vendere voluerit ſemina laboratori ſuo, ea vendere debeat pro precio, quo valerent tempore ſeminum, ſeu traditionis prædictę frumenti ad ſeminandum, & non vltra. Et non habeat patronus aliam vtilitatem ex recollectu de eis faciendo: ſed ſolum teneatur laborator precium frumenti ſibi traditi ad rationem prædictam ſoluere tempore recollectus futuri, nec antè dictum tempus poſsit laborator, nec pro mutuo, nec pro vēditione ſeminum prædictorum grauari, aut moleſtari. Et prædicta locum non habeant quando laboratores eſſent potentes ad ſeminandum, de quo an ſint potentes nec ne, ſtetur arbitrio prædicti Iudicis duodecim ſapientum. Vel quando patroni ipſi, ſeu conductores eſſent impotentes ad ſuccurrendum laboratoribus, de quo ſimiliter arbitrio prædicti Iudicis ſtari debeat. Et ſi contingeret alios, quam patronos mutuare ſemina laboratoribus alienis, ſimiliter inter eos, & laboratores diuidi debeat æqualiter totum id, quod ex dictis ſeminibus naſcetur in recollectu proxime futuro, nec aliter, nec ante poſsint ipſos laboratores, quibus ſemina mutuaſſent moleſtare. In dubio autem cum neſcitur frumentum fuerit venditum, an mutuatum, declaramus mutuatū intelligi ad ſeminandū, ita vt concedens conſequatur dimidiū partis ad laboratorē pertinentis, vt ſupra, niſi conſtiterit id venditū fuiſſe, vel niſi poſt tēpus ſeminū fuerit traditū, quo caſu venditum, & non mutuatū præſumi volumus. Et in omnibus prædictis caſibus, ſiue mutuata ſint à patrono, vel alijs ſemina, ſiue vendita, diſponimus dictos mutuantes pro dimidia, de qua ſupra, & vendentes pro precio, de quo ſupra, in recollectu proxime futuro conſequēdis, habere meliora iura, & potiora in dicto recollectu, q̃ alius quicunque creditor dictorū

laboratorum qui haberet etiam tacitam,vel expreſſam hypothecam. Et vt libentius prædicta fiant declaramus nullã gabellam deberi pro mutuo frumenti facto, vel faciendo per patronos laboratoribus ſuis pro ſeminando, vſq; ad quantitatem ſtariorum xl frumenti: abinde vero ſupra declaramus vnam tm̃ gabellam deberi, videlicet dimidiã tpe traditionis frumenti,& alterã dimidiam tpe conſequutionis eiusdem. Et ita de intentione Illuſtriſs.Principis noſtri declaramus.

Quæ dicatur bona, & legalis ſocida. XXXII.

VT variæ ſententiæ,opiniones,atque iudicia de bona,& legali ſocida de medio tollantur,& oẽs vno certo,& determinato ordine, ac modo regulentur,ſtatuimus ꝙ legalis ſocida ſit,& obſeruari debeat in omnibus beſtijs, & animalibus his modo, & forma, nec poſsit aliquod pactum, vel conuentio aliter fieri,& factum non valeat ẽt iuramento firmatum,quod dolo, & fraude præſtitum præſumi volumus. Et nihilominus ſi quis contrafecerit cadat in pœnam lib.decem mar. applicandam maſſariæ cõmunis Ferrariæ, cuius medietatem lucretur accuſans,vel denuntians,videlicet: in pecudibus, & capris, ac vaccis à lacte datis in ſocidam, ꝙ intelligantur datæ ad quinquennium, nec fieri poſsit,aut debeat aliqua ęſtimatio pro capitali;& pendente quinquennio lac,lana,pouinę,& butyrum,& oẽs fructus,& reditus æqualiter diuidantur,& ẽt fœtus,qui ex voluntate partium venderentur,exceptis pouinis pecudum,de quibus ſingulis quindecim diebus dñs pecudum percipere debeat pouinas duas in vna,vel duabus vicibus, prout placuerit domino & teneatur retinens ad ſocidam ſuis expenſis bene,legaliter,& cum omni cura,& diligentia cuſtodire,regere,&gubernare animalia ipſa, ac paſcere ſuper bonis paſcuis, & tenere in bonis ſtabulis,maximeq; à kalendis menſis Nouemb.vſq; ad kalendas menſis Aprilis in ſtabulis clauſis,& de bono fœno paſcere,nõ autem de paleis, aut ſtipulis, ac arbitrio boni viri ſe habere in omnibus prædictis. teneatur etiam agnas,capretas,& vitulas alleuare pro augumento ſocidæ, quatenus aliter de voluntate partium non proceſſerit. Inſuper teneatur, & debeat ſingulis quindecim diebus portare expenſis, & periculis ſuis ad domum, vel habitationem domini partem caſei, butyri, & pouinarum domino contingentem, & alijs opportunis temporibus partem ſuam aliorum fructuum, nec poſsit vendere de capitali, nec de fœtibus ſine licentia, & voluntate domini ſub pœna dupli precij rei venditæ applicanda domino. Finito vero

quin-

quinquennio tota dicta ſocida, & omnia corpora, quæ tunc repe-rientur, æqualiter diuidantur, & medietas ſpectet ad dominum, & alia medietas ad tenentem ad ſocidam. Si tamen pendente quinquennio ſocida diuideretur ſiue facto domini, ſiue facto conductoris, tunc pro rata temporis fiat diuiſio, videlicet: ſi vno anno ſocida durauit, vna quinta pars totius ſocidæ diuidatur, & eiuſdem quintæ partis medietas cedat lucro tenentis ad ſocidam, & totum reſiduum ſpectet ad dominum. ſi duobus annis duraſſet ſocida, duæ quintæ diuidantur, & medietas cedat lucro tenentis ad ſocidam, reſiduum totum ad dominum ſpectet. ſi tribus, aut quattuor annis durauerit ſocida ſimiliter fiat diuiſio ad ratam, & ad rationem prædictam. Et ſi pendente ſocida aliqua corpora morerentur culpa, & facto tenentis ad ſocidam totum damnum ſpectet ad eum. ſi vero naturaliter, vel caſu fortuito morerentur, damnum computetur in ſocida. Declarantes illas eſſe vaccas à lacte, quæ tantummodo habentur, cuſtodiuntur, & mungantur tanq̃ vaccæ à lacte, & non illæ, quæ aliquando munguntur, & tanq̃ vaccæ ab armento tractantur. In vaccis vero, equabus, & alijs beſtijs ab armento intelligantur ſimiliter datæ ad quinquennium, poſſintq́; & debeant æſtimari per communes amicos per partes eligendos, vbi de æſtimatione partes conuenire non poſſent. Qua æſtimatione facta pendente quinquennio omnes fœtus, qui communi conſenſu venderentur, fructus, reditus, & prouentus quicunq; etiam qui ex trituratione equarum perciperentur diuidantur, & medietas ſpectet ad dominum, alia medietas ad tenentem in ſocidam; qui teneatur ſingulis quindecim diebus portare expenſis, & periculis ſuis ad domum vel habitationem domini partem caſei, pouinarum, & butyri domino contingẽtem, & alijs opportunis temporibus partem ſuam fructuum aliorum: teneaturq́; etiam tenens in ſocidam durante ſocida ſuis expenſis bene, legaliter, & cum omni ſtudio cuſtodire, regere, & gubernare, ac paſcere prædicta animalia, ac circa ea arbitrio boni viri ſe habere: nec poſſit aliquod corpus dictę ſocidæ vendere, alienare, aut extrahere etiam ad vſum ipſius, niſi de conſenſu, & voluntate domini, ſub pœna dupli precij, aut æſtimationis prædicti corporis applicanda domino. Et ſi aliqua corpora morerentur, aut aliter deficerẽt pendente quinquennio facto, aut culpa tenentis ad ſocidam, totum damnum ſpectet ad eum: ſi autem naturaliter, vel caſu fortuito cedat ad damnum ſocidæ. Et ſi pendente quinquennio ſocida diuidatur facto conducentis ad ſocidam, tunc lucrum percipiat ſolum pro rata

temporis, prout ſupra diximus in pecudibus,& vaccis à lacte ſaluo capitali,ſi ſine facto ſuo quomodocunq; diuidatur damnum , & lucrum æqualiter diuidatur,ſaluo etiam capitali vt ſupra: quod dominus poſſit retinere,& habere,prout inferius diſponimus quando finita eſt ſocida . Finito vero quinquennio tota ſocida,& omnia corpora eiuſdẽ diuidantur hoc modo videlicet : ꝙ dominus poſſit,& teneatur pro capitali ſuo, ac æſtimatione capitalis detrahere, & habere de ſocida illa corpora,quę elegerit,ęſtimanda per cõmunes amicos,ſi concordes de æſtimatione partes eſſe nõ poſſent. Reſiduũ vero prædictæ ſocidę diuidatur æqualiter,& medietas ſpectet ad dñm,& alia medietas cedat lucro tenẽtis ad ſocidã:& ſi de capitali,aut æſtimatione capitalis deficeret,damnũ ęque ad vtrũq; ſpectet,&pertineat.De porcis aũt ad ſocidã datis,intelligatur ſimiliter ſocida contracta ad quinquẽnium , & fiat æſtimatio porcæ de communi concordia,vel per communes amicos: Et ſi porca fuerit domini , teneatur tenens in ſocidam dare , & conſignare domino porcę tertiam partem omnium fœtuum, qui intelligãtur eſſe communes pro indiuiſo tempore quo voluerit dominus illos paſcere , aut ad paſcendum includere , & ponere vſque ad biennium tantum : reliquæ duæ partes cedant lucro tenentis ad ſocidam . Et finito quinquennio eadem porca,vel alia ſubrogata eiuſdem æſtimationis factæ à principio ſocidæ reſtituatur domino . Si vero porca fuerit laboratoris,bracenti,aut alterius,à quo laborator,vel bracentus recognoſcat,teneatur dare domino poſſeſsionis, vel terreni, ſuper quo dicta porca tenetur,quartam partem fœtuum,vt ſupra: & reliquę tres partes ſpectent ad ipſum tenentem, & ad dominum porcæ, vt ſupra ; diuidendæ . Et primo caſu ſi porca moriatur ſine facto,& culpa tenẽtis ad ſocidam,aut caſu fortuito, vel naturaliter , ſimiliter etiam ſi ex ſenio,aut alia cauſa porca inutilis fieret ad portandum fœtus,ſubrogari debeat loco illius vna alia porca apta ad partum de ſocida ipſa , & tunc antiqua,vel inutilis diuidatur communiter,aut ſit communis inter eos: ſecundo autem caſu ſi ſubrogata ſit de parte alterius domini , vel tenẽtis ad ſocidam, ſpectet in totum ad eum, de cuius parte fuerit. Volentes ꝙ in omnibus prædictis caſibus tenens in ſocidam non teneatur de morte naturali , nec de caſu fortuito , quo ad hoc vt ſolus ſentiat damnum , niſi dolus, lata culpa, vel leuis eius caſum præcederet . Declarantes ꝙ ſi aliqua ex prædictis animalibus,vel beſtijs ſubito morerẽtur,nec in illis appareret vulnus,aut aliqua percuſsio, vel alia patens cauſa mortis,pręſumãtur mortuæ diuino iudicio, poſsit tamen

dominus

dominus probare contrarium. Si vero infirmarentur, aut aliquo mor bo afficerentur, ſiue mors ſequatur, ſiue non, debeat tenens in ſocida morbum, infirmitatem, vel mortem denunciare domino die ſequenti ſi à ciuitate Ferrariæ, vel à loco habitationis domini diſtaret infra milliaria decem, ſingula ſinguiis referendo, abinde ſupra infra duos dies: & ſecuta morte conſignare pelles, exceptis pellibus porcorum, intra dies octo: teneaturq; cũ prædicta animalia erunt mortua, oſtendere illa domino, caſtaldioni, aut alteri de familia eius, ſi adeſſent eo tempore in villa, vel loco mortis, & ſi videre voluerint, aut ipſis abſen tibus, vel videre recuſantibus, duobus vicinis, vel alijs, qui poſſint atte ſtari, & affirmare vidiſſe illa mortua: Et ſi prædicta obſeruata non fue rint per ipſum tenentem ad ſocidam præſumatur culpa, & facto eius eueniſſe, niſi per eum probaretur contrarium. Adijcientes ꝙ finita ſocida quomodocunq; in omnibus prædictis caſibus tam dominus q̃ cõ ducens ad ſocidam interpellatus vnus ab altero teneatur diuidere ſo cidam intra dies xv. & ſi dominus recuſauerit, aut non diuiſerit, Iudex citato ſemel eo ad eligendum vnum pro diuidenda ſocida, & nõ eligente nulla exceptione admiſſa, nec ea obſtante, & nullo iuris ordi ne ſeruato, ferijs quibuſcunq; non obſtantibus etiã repentinis, & executiuè procedendo eligat vnum bonum virum, qui vnà cum electo, vel eligendo per tenentem ad ſocidam diuidere debeat, & teneatur infra alios quindecim dies iuxta formam, & modum ſupradictũ: qua diuiſione facta tenens ad ſocidam non teneatur ad cũſtodiam, nec ad aliquod damnum partis contingentis ipſi domino. Si vero inſtante domino ad diuiſionem tenens ad ſocidam recuſauerit, vel protelaue rit diuiſionem, ſimiliter Iudex eo ſemel citato procedat, & diuiſio fiat, pro ut ſupra diximus in domino recuſante: & diuiſione facta dominus poſsit expellere de curtili ſuo, ac de poſſeſsione ſua partem beſtiarum contingentem ipſi tenenti ad ſocidam.

De modo, & forma procedendi contra Beccarios ementes beſtias in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ. XXXIII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ quilibet Beccarius, qui per ſe, vel aliũ nomine ſuo emerit aliquam beſtiam, ſeu beſtias cuiuſcunq; generis in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu ab aliqua perſona terrigena, vel forenſi, teneatur, & debeat intra vnum menſem à tempore venditionis computandum ſoluiſſe venditori, ſeu venditoribus precium

dicta-

dictarum beſtiarum, vel ad eius voluntatem eidem ſatisfeciſſe, ſi emens beſtias ipſas, beſtias habuerit, vel per eum ſteterit quominus ipſas habuerit. Elapſo vero dicto termino, ſi non ſoluerit, vel aliter non ſatisfecerit, poſsit, & debeat detineri perſonaliter, & carcerari ad inſtantiam venditoris, facta prius fide de venditione ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, etiam abſente ipſo Beccario, & non citato, quæ fides ſi facta eſſet citato Beccario plena eſſet: & non relaxetur ipſe Beccarius de dictis carceribus donec perſoluerit integrè dicto venditori precium ipſarum beſtiarum, vel aliter fuerit cum eo in concordia: & poſsit capi dictus Beccarius ex cauſa prædicta in domo ſua propria, vel conducta, & in beccarijs, ac in omni alio loco, & quolibet die feriato, etiam in honorem Dei. Nec teneatur venditor ad aliquas expenſas faciendas dicto carcerato, nec etiam pro carceribus, non obſtantibus aliquibus ſtatutis communis Ferrariæ: quibus ſpecialiter in omnibus derogatum eſſe volumus, & non obſtante aliquo ſaluoconductu, nec aliquo ſcrutinio, neque inducijs quinquennalibus, ſeu alicuius temporis: quæ in fraudem præſentis ſtatuti quoquo modo concedi non poſsint. Volentes ꝙ ſi aliquis Beccarius emerit beſtias, vt ſupra, teneatur illas abduxiſſe, & accepiſſe, ac precium ſoluiſſe intra octo dies à die ipſius venditionis cōputandos. Quibus elapſis liceat venditori, vel perſeuerare in venditione, vel eas beſtias alteri vendere, quicunq; emere voluerit, ſine aliqua requiſitione dicti Beccarij: Et ſi dictæ beſtiæ venditæ fuerint minori precio, Beccarius primus emptor teneatur ad illud minus venditori, & ad omne damnum, & intereſſe ipſius venditoris. Adijcientes ꝙ ſi quis Beccarius fuerit incarceratus, vel captus ex cauſa prædicta, & vellet ſe defendere à dicta captura, vel carceratione audiatur facto prius depoſito, & non aliter apud idoneum, & ſufficientem campſorē de mandato Iudicis, ad quem cauſa pertinebit.

Quòd omni tempore reddatur ius pro penſione domus & apothecæ. XXXIIII.

STATVIMVS ꝙ omni tempore etiam feriato, dummodo non feriato in honorem Dei, ius reddatur de penſionibus domorum ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & omni appellatione remota: nec ad defenſionem bonorum conductoris vſque ad quantitatem debitæ penſionis admittantur vxores habitantes cū

viro in domo conducta prætextu dotium ſuarum, vel alterius cuiuſuis obligationis; neque aliquis cum conductore habitans, occaſione alicuius iuris, quod contra conductorem, & eius bona haberet, poſſit ſe defenſioni obijcere. Et vbi inter partes conuentum non ſit, quo tempore ſolui penſio debeat, conductor teneatur ad ſoluendum dimidiam partem penſionis intra decem dies, ex quo initium temporis cõductionis inchoauit, aliam vero dimidiam in principio aliorum ſex menſium, vel alterius dimidij temporis dictæ locationis. Quòd ſi ſecundum inter partes conuenta, vel ſecundum ꝙ ſupra conſtitutũ eſt, penſio ſoluta non fuerit, liceat locatori, & eius hæredi conductorem expellere cum eius familia, & penſionem conſequi pro rata temporis, quo habitauerit conductor. Et inſtante locatore teneatur Poteſtas Ferrariæ, vel eius Vicarius, vel alius iuſdicens nulla alia condemnatione, vel declaratione præcedente, expellere conductorem, & eius familiam de domo conducta manu militari: poſſit tamen conductor ſtatim anteꝗ̃ expellatur purgare moram. Et intelligatur auctoritate præſentis ſtatuti domus reconducta; & relocata finito tempore locationis per alios ſex menſes; & idem intelligatur ſucceſsiuis temporibus de ſemeſtri in ſemeſtre pro eodem precio, ſeu quantitate, qua primo locata fuit pro rata temporis, niſi per menſem ante finitum tempus locationis, locator ipſe denuntiauerit conductori, vel e contra cõductor locatori nolle locationem, vel conductionem perſeuerare. Adijcientes ꝙ finita locatione conductor poſſit expelli quibuſcunq; ferijs etiam ſolennibus, exceptis tamen tribus diebus paſchalibus, & omni appellatione, ac nullitatis dictione, & quacunque conductoris contradictione prorſus remota. Et ſi ſuper prædictis expulſionibus, ſeu ſuper locatione, an eſſet finita nec ne, oriretur cõtrouerſia, Iudex teneatur eam expedire intra ſex dies continuos, quacunq; etiam appellatione, & nullitatis dictione, quæ quomodocunq;, & ex quacunq; cauſa interponeretur, remota. Et vbi aliquæ probationes per ipſas partes faciendæ eſſent, mandamus eas fieri intra dictos ſex dies, qui nullo modo, aut via poſſint prorogari, etiam per productionem capitulorum, aut inſtantiam factam ad reſpondendum ipſis capitulis. Et Iudex teneatur cauſam finire intra alios ſex dies, aliàs inſtantia perempta eſſe intelligatur. Et ne conductor calumnioſè differat oppoſitiones ſuas proponere, diſponimus ꝙ quatenus per ipſum locatorẽ legitimo tempore fuerit data licentia conductori domus, ſi ipſe non comparuerit intra ſex dies continuos, vlterius non audiatur etiam ſi

conductionis quæſtionem vellet refricare. Immo adueniente tempore licentiæ manu militari expellatur:& volumus omnia,quæ ſupra diximus locum habere etiam in apothecis, & alijs, de quibus in ſequēti ſtatuto,quatenus adaptari poſſint,nec ei repugnent.

Quibus caſibus ſummariè procedatur. XXXV.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ in caſibus infraſcriptis procedatur & procedi poſſit ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & ſine libelli ſolennis porrectione,& ferijs non obſtantibus,dummodo non ſint feriæ in honorem Dei inductę; Et dummodo qualis qualis petitio penes acta proponatur,videlicet, ſiquis fuerit debitor communis Ferrariæ ex aliqua cauſa,vel ſi fuerit tutor,vel curator,qui à pupillo,aut minore cōueniatur pro adminiſtratione bonorum ipſorum, vel ſi fuerit procurator, actor, vel ſyndicus, qui pecuniam alicuius exegerit, & eam non reſtituerit ei cuius nomine exegit: vel ſi fuerit campſor, qui pro reſtituendo pecunias ad tabulam ſuā depoſitas conueniatur: vel ſi alius ex depoſito conueniatur: vel ſi fuerit aliquis officialis communis Ferrariæ, qui in officio ſuo deliquerit:.vel ſi fuerit fideiuſſor, qui ſoluerit debitū in toto,vel in parte creditori, & de eius repetitione agere velit cōtra eum,pro quo fideiuſſit, intelligendo eum fideiuſſorem, qui habet, vel haberet inſtrumentum conſeruationis indemnitatis, vel alio modo legitimè probaret ſe fideiuſſorem eſſe, vel fuiſſe: vel ſi fuerit correus, qui totum debitum ſoluerit creditori, & poſsit partem, vel totum repetere à correo,vel correis:vel ſi fuerit viator,vel trāſiens,qui non habitet in ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu,nec haberet domū propriā, vel conductam,qui aliquam quæſtionem mouerit,ſeu ei moueatur in caſibus tamen, in quibus poſſit conueniri,vel agere in ciuitate,& eius diſtrictu: vel ſi ſit talis perſona, quæ agere velit pro mercede, ſiue operibus diurnis,ſiue ex famulatu,nutritura,aut aliter quomodocunque & qualitercunq; emanauerint: vel ſi ageretur de rebus, quas nautæ, tabernarij,hoſpites,carratterij,reuenditores,iudęi,& præſtatores perdidiſſe allegarent,ſeu aliter reſtituere denegarēt:vel ſi ageretur de alimentis præſtandis,vel ſi de cibo,vel potu præſtito ageretur,vel ſi cauſa ſit pupillorum,& viduarum,ac aliarum miſerabilium perſonarum, vel dotalis quando mulier, aut vir petit ſibi dotem dari, vel reſtitui, vel ſi cauſa ſit mōtis pietatis,aut farinæ. Et ſi quis ex aliqua ex ꝑdictis

cauſis

cauſis fuerit condemnatus,& ſententia in rem iudicatam tranſiuerit volumus ꝙ ad inſtantiam talis creditoris elapſis decem diebus à die ſententiæ,vel notificationis numerandis, debitor condemnatus poſſit perſonaliter detineri pro executione dictę ſententiæ,etiam omiſſa ſolennitate & alijs,de quibus dicemus de executione ſententię:vel poſſit etiam ad voluntatem creditoris prædicti executio fieri in bonis cō demnati omiſſo ordine executionis bonorum mobilium, vel immobilium,vel nominum debitorum,prout dictus creditor alterū ex dictis remedijs capturæ,vel bonorum elegerit pro dicta ſententiæ executione. Quæ etiam vendicent ſibi locum, ſiquis præceptum receperit in cōfeſſum in iudicio ex aliqua ex cauſis ſupradictis. Hoc autem nō lumus locum ſibi vendicare in ſolutionibus factis, vel quæ factę dicerentur pro alio per aliquem publicum, & manifeſtum vſurarium, qui ſe fideiuſſorem eſſe,vel fuiſſe dicat, etiam in ceſſionibus ſibi factis dicta de cauſa ab aliquo,qui ſolutionem recepiſſe dicatur,vel ab ipſo publico,& manifeſto vſurario factis alteri perſonę,vel ab aliquo eius familiari,ſeu domeſtico,ſiue ipſi familiari, vel domeſtico publici vſurarij facta fuerit ipſa ceſſio, vel aliter de ſolutione,q̃ facta dicatur, fides fiat:intelligendo publicum vſurarium, de quo probatū fuerit per publicam vocem,& famã, ipſum eſſe publicum vſurarium per quattuor teſtes idoneos ad minus.

De ſacramento calumniæ à procuratoribus ſuſcipiendo. XXXVI.

SACRAMENTVM calumniæ, quod iura diſponūt etiã in animam propriam à procuratoribus ſuſcipiendum eſſe,quàm maxime ſit neceſſarium nemo eſt, qui ignoret. Ideo hoc non prætermittentes, prouidemus ꝙ procuratores ipſi, ſi ab eis petatur, in animam propriam de calumnia iurare teneãtur. Et ſufficiat eos in infraſcripta forma iurare,videlicet: ꝙ ipſi calumniam aliquam non committēt in cauſa, nec committenti conſentient. Quod iuramentum poſſit,& debeat ante litem conteſtatam,vel in ipſa litis conteſtatione,ſi per procuratorem lis fuerit conteſtata, peti ꝙ ſuſcipiatur tam verbo,quã ſcriptura nullã aliam petitionem,vel exceptionem continente:quod ſi ſuſceptum nō fuerit intra vnum diem à die petitionis factę, pręſente ipſo, à quo petitur ſuſcipi,vel á die notificationis, vel citationis legitimè factæ ipſo in iudicio non exiſtente, iudicium ſit ipſo iure nullum in præiudiciū non ſuſcipientis,ſi procurator pręſens iuſſus,&monitus iurare recuſauerit:

uerit: Qui teneatur ad intereſſe partis prꝑſtantis, & illud deferentis, ſaluo omni iure domino contra ſuum procuratorem non iurantem. Volentes ꝙ procuratores tam actoris, quam rei teneantur petere prę ſtari dictum ſacramentum, ſub pœna amiſsionis totius ſui ſalarij illius cauſæ, nec poſsit ipſum iuramentum per partes remitti.

De probatione facienda per libros mercatorum, vel artificum. XXXVII.

QVIA variæ interdum oriuntur dubitationes, quam fidem faciāt libri mercatorum, aut artificum; quo magis poſſumus ad tollendam omnem ambiguitatem, diſponimus ꝙ credatur libris mercatorum, ſiue artificum in rebus pertinentibus ad mercationem, aut artificium eorum vſque ad quantitatem librarum quinque march. tantum, & nō vltra; ſiue ſit vna poſta, ſiue ſint plures etiam maiorem ſummam librarum quinque march. excedentes, ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex diuerſis cauſis, ſiue eōdem tempore, ſiue diuerſis temporibus debitū vel debita contracta ſint, ſiue petantur; cum iuramento tamen ipſius mercatoris, ſiue artificis, qui ſcripſerit, vel ſcribi fecerit, vel ſocij, vel inſtitoris, vel gargioni, qui veriſimiliter notitiam de contentis in ipſit poſtis habuerint, & prout Iudici videbitur: & hoc ſi tales libri ſint in principio ſui bene, & congruè intitulati, vt moris eſt bonorum, & proborum mercatorum, & etiam ſi poſtæ, per quas intendunt probare contineant expreſſè, vel implicitè annum, menſem, & diem, & perſonam dare debentem, & cauſam, & non appareant in aliquo vitiatæ, ſed omni careant ſuſpicione. Et prædicta omnia vendicent ſibi locū, ſi prædicti mercatores, ſiue artifices non habuerint zornalia. Si autē habuerint zornalia, & librum authenticum, vt habent boni, & legales mercatores, tunc credatur eis vſq; ad quantitatem librarum quindecim march. tantum, cum iuramento, de quo ſupra, & modo, & forma prædictis. Ita tamen ꝙ ex hoc non intelligatur eſſe derogatum alicui priuilegio per Illuſtriſs. dominum noſtrum alicui perſonæ, corpori, vel ſocietati conceſſo.

De creditore petente, vel exigente ſibi prius ſolutum. XXXVIII.

STATVIMVS ꝙ ſi aliqua perſona mouerit quæſtionem contra aliquē occaſione alicuius debiti in quantitate genere, vel ſpecie quomodocunq;

docunque per eum actum fuerit,& perſeueratum vſque ad litis conteſtationem, etiam ꝙ de calumnia iurauerit, vel vſque ad litem habitá pro conteſtata,& quandocunq; pendente iudicio conſtiterit ſolutionem,vel ſatisfactionem fuiſſe factam creditori petenti,vel alij de eius voluntate,& conſenſu,aut mandato, vel alteri, à quo cauſam habuerit de ipſo debito,vel parte eius,ſi modo ipſe petens ſciuerit, vel eam ratam habuerit; condemnetur petens per Iudicem ad duplum eius, quod probatum fuerit eſſe ſolutum,vel ſatisfactum: cuius dimidium applicetur parti probanti,& aliud dimidium maſſariæ communis Ferrariæ:& vlterius ad reſtitutionem quantitatis, generis, aut ſpeciei ſibi,vel alij vt ſupra ſolutę,& ad omnes expenſas ipſius conuenti,& per eum factas in dicta cauſa.quam condemnationem Iudex omnino facere teneatur in ſua ſententia,aliàs poſsit redargui in ſyndicatu,& teneatur de ſuo. Et nihilominus eo hoc non faciente, auctoritate pręſentis ſtatuti ad pœnas prædictas condemnatus ipſo iure, & facto intelligatur abſq; Iudicis declaratione; qui tamen de prędictis teneatur & debeat facere mentionem in ſententia,aliàs poſsit redargui in ſyndicatu, & teneatur de ſuo,alijs pœnis legalibus non ideo minus ſaluis remanentibus contra dictum petentem:cuius pœnę executio,& taxatio ſtatim, & indilatè, ac ipſo facto fiat per Iudicem ipſius cauſæ contra ipſum condemnatum realiter,& perſonaliter, ſub pœna ipſi Iudici librarum decem march.inferenda,& parti applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia maſſarię: quæ ſtatim coram ſyndico palatij communis Ferrariæ,vel in ſyndicatu ipſius Iudicis peti, & exigi poſsit: Et prædicta locum habeant,etiam ſi petens plus debito obtulerit ſe paratum compenſare, & bonas facere omnes quantitates pecuniarũ, ſeu rerum ad computum prædictum ſolutas,ſeu datas. Si autem ſententia lata iam fuerit,& exactio pluris debito, de quo ſupra, fuerit ſubſequuta,& poſtea conſtiterit per inſtrumentum publicum tantum ꝙ fuerit ei,vel alij,vt ſupra,ſolutum,vel ſatisfactum; ipſe petens condemnetur ad duplum eius,quod petierit,& exegerit,& ad omnes expenſas litis,& ad omnia damna,& intereſſe eius,à quo petierit,& exegerit.

De recuſatione Iudicis tam ordinarij, quam delegati, & eius ſuſpicione. XXXIX.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ ſi cõtingat aliquem dubitare de Iudice vel eum ſuſpectũ habere in cauſis ciuilibus, coram quo litigauerit,

eumq; recuſauerit,ipſa recuſatio nō admittatur, vbi altera pars petat conſilium ſapientis ſuper diffinitiuã ſententia, ſi proceſſus eſt publicatus,& ſtatus cauſæ reperiatur intra tēpora,quibus diſpoſuimus conſilium ſapientis peti poſſe ſuper diffinitiua ſententia. In alijs vero caſibus prouidemus talem ſuſpicionem, & recuſationem non admitti, niſi primo, & ante omnia ſic habens ſuſpectum, & de ipſo dubitans manu corporaliter tactis ſcripturis ad ſancta Dei Euãgelia iurauerit, ſe ex veris,& legitimis cauſis,quarum expreſſio,aut alia probatio non requiratur, habere Iudicem ſuſpectum. Et ſi in cauſa procuratorem habuerit,qui in ea aliqua acta fecerit,volumus etiam ꝙ procurator iurate debeat in animam propriam, ꝙ ſibi rationabile,aut ęquum videtur dictam cauſam agitari coram vno alio Iudice, aliàs procuratore non iurante non admittatur petitio, ſeu recuſatio ſui principalis, ſed ea non obſtante in cauſa procedatur. Poſſit tamen procurator habēs ſpeciale mandatum,vt infra,iurare in animam principalis ſui, & propriam ipſius procuratoris. Vbi autem in cauſa procuratorem non habuerit, ſufficiat iuramentum proponentis. Declarantes etiam recuſationem Iudicis in cauſis abſentium ſufficere fieri per procuratorem, actorem, & curatorem habentem mandatum ad cauſas, in quo tamen adſit clauſula ſaltem generalis ad recuſandum quoſcunque Iudices. In cauſis vero præſentium,& exiſtentium in ciuitate Ferrarię, burgis, vel eius diſtrictu requiratur, & eſſe debeat mandatum ſpecificum ad recuſandum Iudicem,coram quo cauſa erit. Quibus quidem iuramentis præſtitis,vel altero eorum,ſi procuratorem non habuerit, pars,quę recuſationem fecit,teneatur eadem die,vel proxime ſequenti citari, vel moneri facere partem aduerſam pro ſecunda iuris hora ex die citationis,vel monitionis ad dandum decem cōfidentes ex doctoribus collegij vrbis Ferrariæ præſentibus, & quorum copia facile haberi poſſit; qua hora ſimiliter ipſe recuſans teneatur dare confidentes ſuos eiuſdem numeri, & qualitatis; aliàs intelligatur renunciaſſe recuſationi,quamuis aduerſarius eadem hora ſuos non dederit, & vlterius Iudicem illum recuſare non poſſit in ea cauſa. Si vero aduerſarius ea hora confidentes ſuos non dederit,vt ſupra, tunc vnus eligatur ex decem per recuſantem datis. Sed ſi decem hincinde datis in vnum, aut plures non conuenerint, Iudex totidem alios dari iubeat per partes monitas, vel citatas pro ſecunda iuris hora ad dandũ alios decem confidentes:& idem hac ſecũda vice per omnia ſeruetur,quod in prima dictum fuit. Quòd ſi ſecunda vice ſimiliter non concordauerint,

uerint,confidentes omnes vtriuſq; partis Iudex accipiat tam primo,q̃ ſecundo datos, & recuſatione admiſſa vſque ad duas partes ex tribus ipſorum confidentium,& non vltra, vnum ex reliquis ſorte extrahat, qui ſit Iudex. Si vero prima, aut ſecunda vice in vnum concordauerint,is ſit Iudex. Si vero in plures,Iudex arbitrio ſuo eligat ex illis qué velit,qui teneatur in ſingulis caſibus præmiſsis iurare an in illa cauſa aduocatus fuerit, vel alicui partium conſuluerit, aut cum aliqua earũ conuenerit,aut earum aliquam ſanguinis vinculo contingat: Et ſi aliquid horum ſe feciſſe, vel ſibi ineſſe dixerit,de alio prouideatur ordine,quo ſupra:coram quo, vel alio, vt ſupra electo procedatur in dicta cauſa,vt fiebat coram dicto Iudice ante ſuſpicionis allegationem:habeatq; ipſe illammet iuriſdictionem, quam habebat dictus Iudex ante recuſationem prædictam. Non poſsit tamen dictus electus recuſari, quia eſſet procedere in infinitum. Et hanc recuſationem fieri permittimus tantummodo vſque ad id tempus excluſiuè, quo incipient currere dies quadraginta præfixi ex noſtris conſtitutionibus ad ferendã ſententiam ſub titulo, de temporibus cauſarum ciuilium. Vlterius autem dicta recuſatio,& ſuſpicio non admittatur,niſi cauſa ſuſpicionis allegetur in ſcriptis coram Iudice recuſato,& probetur infra octo dies,& non vltra,coram ſyndico palatij iuris communis Ferrarię,etiã ſi cauſa ſuſpicionis de nouo ſuperuenerit. Qui ſuperinde declarare habeat ſine aliquo ſalario infra alios octo dies continuos,ſub pœna librarum decem march. ad quas ipſo iure intelligatur condemnatus,& quas maſſarius communis Ferrariæ poſsit, & teneatur computare in ſalarijs ſuis. Cuius declarationi omnimodo ſtetur ſine remedio appellationis,nullitatis,in integrum reſtitutionis,etiam ratione minoris ætatis,& cuiuſcunq; alterius iuris.& quę cauſa ſuſpicionis allegata nõ admittatur,niſi in eius allegatione eadem iuris hora recuſans, vel ſuſpicionem allegans libras quinque march. penes notarium ſyndici vere,& effectualiter depoſuerit,communi Ferrariæ applicãdas, vbi ſaltem ſemiplenè ſuſpicionis,& recuſationis cauſas ab eo deductas nõ probauerit,à ſyndico palatij deciſore cauſæ lata per eum ſententia in caſu ſuccumbentiæ recuſantis, ad dictum maſſarium illico tranſmittendas, ſub pœna dupli applicanda vt ſupra:pariterq; & notarius eiuſdem ſyndici infra octo dies à die ſententiæ eidem maſſario ſententiã ipſam in ſcriptis non denuntians, prædictam pœnam librarum decé. incurrat. In cauſis etiam primarum cauſarum appellationum poſsit Iudex recuſari modo,& forma prædictis, ſaluo tamen ſalario ipſius.

In criminalibus autem cauſis quibuſcunque ſi contingat Poteſtatem Ferrariæ, aut Iudicem maleficiorum ſuſpectum allegari, & recuſari; tunc ſufficiat iuramentum principalis, & procuratoris vtſupra diximus, abſque aliqua cauſarum allegatione, & probatione. Et eo caſu non poſsit talis recuſatus ſolus procedere, ſed procedi debeat in cauſa per prædictum recuſatum, & ſyndicum. Terminari autem debeat per totam curiam, & ſyndicum palatij iuris cõmunis Ferrariæ ſimul. Decernentes curiam dicti Poteſtatis etiam cum cauſa vna, vel pluribus nullo modo recuſari poſſe. Volentes, vt tollatur omnis mora, & dubitatio, cuius expenſis prędicta fieri debeant, ꝙ recuſatio Iudicis fieri debeat expenſis vtriuſq; partis reficiendis per eum qui in cauſa ſuccubuerit ei, qui obtinuerit; ſecundum tamen Iudicis declarationem ſuper ipſis expenſis, quam teneatur facere ſpecialiter etiam ſi ſit inter locutoria. Inſuper ſtatuimus ꝙ Iudice allegato ſuſpecto, & loco eius aliquo ſubrogato ſecundum modum, & formam prædictam, licet Iudex ipſe allegatus ſuſpectus remotus fuerit ab officio, aut ex quacunque cauſa eius officium expirauerit, tamen ſubrogatus loco eius, poſt quàm acceptauerit, poſsit, & debeat in cauſa procedere cum eadem iuriſdictione, & poteſtate, in qua prius erat; nec vllo pacto intelligatur reuerti, aut reuerſa eſſe cognitio, definitio, aut iuriſdictio ad eum, qui fuerit electus, vel deputatus ad illud officium, à quo fuiſſet remotus Iudex allegatus ſuſpectus, vel eius officium dici poſſet expiraſſe: & prædicta locum non habeant in delegatis à Principe, quia tales nolumus aliquo modo remoueri poſſe, nec vt ſuſpectos allegari, niſi per reſcriptum Principis, qui eos Iudices fecit.

De conſilij ſapientis petitione. XL.

CONGRVVM nobis videtur, vt cum aliquis Iudex iureconſultus eſt, & veriſimilirer per ſe ſapiens, conſilium ſapientis ei adiungi non debeat; & ideo diſponimus ꝙ conſilium ſapientis peti non poſsit, niſi tantum coram Iudicibus non iuriſconſultis, quales quales ſint, ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue Principis commiſſarij, & coram eis peti poſsit in quacunq; cauſa, & in quacunq; parte iudicij, etiam poſt ſententiam, & in illius executione: & quãdocunq; electus fuerit, in tota cauſa perduret, etiam quò ad executionem ſententiæ. Mandantes, vt ſi pars petens cauſam committi conſilio ſapientis, poſtea deſtiterit ab eius proſecutione inuita altera parte, incidat in pœnã librarũ quinq;

marcheſan. maſſariæ communis applicandarum: & nihilominus altera parte inſtante procedatur vt infra dicetur. Publicato ergo proceſſu, vbi conſilium prius petitum non ſit, & elapſo termino reprobatorio; volumus Iudicem vtriq; parti ſtatuere terminum octo dierum continuorum, intra quos petere poſſint ꝙ cauſa cõſilio ſapientis committatur. Sufficiatq; alteram partium tantũ id petere, vt Iudex committere teneatur expenſis ambarum. Quo petito pars petens teneatur eadem die, vel proxime ſequenti citari, vel moneri facere alteram partem pro ſecũda iuris hora ex die citationis, vel monitionis ad dandum decem confidentes ex doctoribus collegij vrbis Ferrariæ præſentibus, & quorum copia facile haberi poſſit. Qua hora ſimiliter ipſe teneatur dare confidentes ſuos eiuſdem numeri, & qualitatis: aliàs petitioni conſilij renunciauiſſe intelligatur, quamuis aduerſarius eadem hora ſuos non dederit; & vlterius conſilium petere non poſſit. Si vero aduerſarius ea hora confidentes ſuos non dederit, vt ſupra, tunc vnus eligatur ex decem per petentem datis. Sed ſi decem hincinde datis in vnum, aut plures non conuenerint, tunc moneātur per Iudicẽ partes, vel vna citetur ad inſtantiam alterius pro ſecunda iuris hora ad dandos alios decem confidentes: & idem hac ſecunda vice per omnia ſeruetur, quod in prima dictum fuit. Quòd ſi ſecunda vice ſimiliter non concordauerint, cõfidentes omnes vtriuſq; partis Iudex accipiat tam primo q̃ ſecundo datos: Et recuſatione admiſſa vſq; ad duas partes ex tribus ipſorum confidentium, & non vltra, vnum ex reliquis ſorte extrahat, qui conſultor ſit. ſi vero prima, aut ſecunda vice in vnum concordauerint, is ſit conſultor; ſi vero in plures, Iudex arbitrio ſuo vnum eligat ex illis, quem velit, qui teneatur iurare an in illa cauſa aduocatus fuerit, vel alicui partium conſuluerit, aut cum aliqua earum conuenerit, aut earum aliquam ſanguinis vinculo contingat: & ſi horum aliquid ſe feciſſe vel ſibi ineſſe dixerit, vel cauſam acceptare noluerit, de alio prouideatur ordine, quo ſupra. Ne autem litigatores ſumptibus vexentur, decernimus vt omnes cauſæ conſilio vnius tantum, & non plurium in poſterum committantur, niſi partes aliter conuenerint. Et vt memoratus conſultor, poſtquam cauſam acceptauerit, iuret in manibus Iudicis, vel notarij ad ſancta Dei euangelia tactis ſcripturis, tempore quo acta ei præſentabuntur, ꝙ cauſam pro vtraq; parte diligenter examinabit, & ſine fraude, aut dolo, & omnibus accuratè expenſis in cauſa conſulet quemadmodũ iuri cõuenire putauerit, Deũ præ oculis habendo, tremendumq; eius iudicium expectando: de cuius

ſacramenti ſuſceptione, volumus notarium in actis ſub breuitate facere mentionem. Et quoniam cōſultor laboris ſui mercede fraudandus non eſt, diſponimus idem ſalarium illi deberi, quod pro alijs Iudicibus in noſtris conſtitutionibus raxauimus. Volentes ꝙ vltra ipſum nihil poſſit petere, & ꝙ ambæ partes opportunis iuris remedijs cogantur id deponere apud notarium cauſæ præſtandum per ipſum conſultori congruo tempore: cui á partibus, vel altera earū ſcripturæ, & acta cauſæ præſententur, & ipſe requiſitus conſilium ſuum exhibere teneatur intra tempora Iudicibus in alijs noſtris conſtitutionibus præfinita ad prædicta facienda, ſub pœnis de quibus ibi, & notarius de exhibitione conſilij ſimiliter ſcripturā facere teneatur. Iudex autem poſt præſentationem conſilij à memorato conſultore factam, aut etiam à conſultore ordinario, id aperiat, & publicet intra quinq; dies vtiles, & iuxta eius tenorem, & formam pronuntiet, & non aliter, nec alio modo. Et ſi ipſe ab aliquo litigatorum requiſitus negligens fuerit, incurrat in pœnam librarum quinquaginta march. communi Ferrariæ applicandarum, & adhuc publicationem conſilij, & pronuntiationem facere teneatur. Volumus etiam ꝙ à ſententia lata ſecundum formā cōſilij, vt ſupra, præſtiti non poſſit appellari, ſupplicari, & de nullitate dici, nec Iudicis officium implorari, nec reſtitutio in integrum peti etiam ex capite minoris ætatis, niſi in caſibus, in quibus licet appellare, & alia facere, de quibus ſupra, à ſententijs ſine conſilio prolatis.

De recuſatione notarij cauſæ, & eius ſuſpicione. X L I.

QVONIAM multoties accidit ꝙ nonnulli notarij cauſarum allegā tur ſuſpecti per partes, & ſic recuſantur, vt tollatur omnis occaſio calumniandi, & ſubinde conſulatur partibus in omni caſu ipſius ſuſpicionis, ſtatuimus, & ordinamus ꝙ ſi quis ex litigatoribus dixerit habere ſuſpectum notarium cauſæ ante litem conteſtatam ex iuſtis, veris, & legitimis cauſis, & dictæ cauſæ ſuſpicionis vna, vel plures eſſent manifeſtæ, aut notoriæ, aut ipſe allegans vellet probare ipſas, & probauerit infra duos dies à die allegationis ſuſpicionis computandos, vel iurauerit ipſum habere ſuſpectum ex iuſtis, veris, & legitimis cauſis, tunc notarius ipſe remoueatur in totum, & loco eius ſubrogetur alius notarius idoneus, in quem conuenerint partes eadem iuris hora: & ſi non potuerint, aut ceſſauerint eſſe concordes, ꝙ tunc per Iudicem cauſæ extrahatur ad breuia vnus ex electis, & imbuſſolatis

per

per Iudicem duodecim ſapientum exiſtentibus penes maſſarium collegij notariorum in vno buſſolo, volentes tamen ꝙ recuſans eadem iuris hora, vel ſequenti parte præſente, vel legitime ad hoc citata teneatur extrahi facere de dicto buſſolo vnum breue pro notario eligẽdo loco recuſati, aliàs recuſatio non teneat ipſo iure, & procedatur in cauſa. Statuentes, & deliberantes electionem, & imbuſſolationem, de qua ſupra, fieri debere per ipſum Iudicem duodecim ſapientum de notarijs viginti, vel circa ex melioribus, & peritioribus collegij dictis caſibus extrahendis, qua finita ſic ſemper de cætero, & in perpetuum reficiatur. Et vbi ex ipſa electione oriatur aliqua contentio, vel contradictio, tunc prædictus Iudex duodecim ſapientum de ea cognoſcat ſummatim, & illam ſtatim, & ſine mora definiat. Si vero poſt litem conteſtatam allegetur notarius ſuſpectus, prout ſupra, tunc aſſocietur ipſi notario alius notarius idoneus, in quem partes ipſæ conueniant, aut ſi concordes non fuerint, Iudex eligere debeat modo, & forma prędictis, expenſis tñ allegãtis ſuſpectũ, & ſine præiudicio mercedis primi notarij: de quibus expẽſis ẽt ratio habeatur in cõdemnatione expẽſarũ. Quibus ambobus notarijs Iudex teneatur ſacramẽtũ deferre, & ipſi iurare teneãtur ad ſancta Dei euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ non reuelanda non reuelabunt, nec dolo ſe à iudicio ſubtrahent, omniaq; acta fideliter conſcribent, nec maiorem vni parti, quam alteri præſtabunt fauorem: & qui ambo notarij ſimul teneantur cõcorditer ſtatim omnia acta, geſta cõſcribere anteq̃ diſcedãt de palatio iuris communis Ferrariæ, vel de aliquo loco iudicij. Et ſi fuerint diſcordes ad Iudicem eodem die recurrere teneãtur, & ſcribere ſecundũ ꝙ Iudex declarauerit ipſa acta eſſe per eos ſcribenda, etiam extraiudicialiter, ac partibus ipſis abſentibus. Si vero contigerit tempore peremptorij ꝙ aliquis ex dictis notarijs fuerit abſens à palatio iuris communis, vel loco iudicij, vt ſupra, poſſit, & debeat parte inſtante loco abſentis aſſumi per Iudicem alius notarius in actu, vel actibus tunc gerendis: Qui aſſumptus notificare teneatur actũ, ſeu acta prædicta ſic geſta prædicto notario abſenti quamprimum fieri poterit: & alius notarius, qui fuerit abſens, facta ſibi dicta notificatione teneatur ſub vinculo iuramenti ſtatim trãſcribere in ſuo proceſſu ipſam relationem factam ſibi per dictum loco ſui aſſumptum: & idem obſeruetur ſi ambo notarij eſſent abſentes, vt aſſumptus loco ipſorum referat ambobus, vt ſupra in vno ſtatutum eſt. Si autem pars, quæ intendit facere actum, vel acta vellet in abſentia notarij per eum electi ad ali-

quem actū in cauſa procedere in actis alterius notarij dictę cauſæ tunc præſentis, poſſit illud facere, & acta valeant. Ita tamen q̃ alteri notario ſtatim notificetur, & alia fiant, de quibus ſupra diximus in aſſumpto loco abſentis: Adijcientes q̃ ſcripturæ, quę producuntur per partes, ſeu alteram earum, ſtare debeant penes alterum dictorum notariorū, quem elegerit producens. Sic tamen q̃ earum copia fiat, & detur alteri notario expenſis aſſociantis, de quibus expenſis etiam ratio habeatur in condemnatione expenſarum. Declarantes maxime legitimas eſſe cauſas ſuſpicionis, videlicet partis principalis, vel eius procuratoris conſanguinitatem, affinitatem, inimicitiā, interceſsionem in cauſa, aut eſſe vel fuiſſe ſollicitatorem, vel improbatos mores notarij, vel aliàs in officio notariæ deliquiſſe, & huiuſmodi cauſas arbitrio Iudicis declarandas. Et prædicta vendicent ſibi locum in quibuſcunq; notarijs ciuitatis Ferrariæ ad acta iudicialia tam ciuilia, q̃ criminalia deputatis, etiam extra palatium iuris communis Ferrariæ officia exercentibus.

De incidentibus, & emergentibus reſeruandis. XLII.

AD diuturnitates litium præcidendas, & ab expenſis partes ſubleuandas, ordinamus q̃ vbi contigerit opponi in aliqua cauſa, ſeu lite ciuili, vel mixta, ordinaria, vel extraordinaria, vel delegata ēt à Principe, vel ſubdelegata aliquas exceptiones dilatorias, perēptorias, vel mixtas, aut emerſerint aliquæ, etiam falſitatis prætextu, ſaluo tamen ſtatuto ſub titulo, de pœna deponentis falſum teſtimonium, vel in principali cauſa, vel appellationis, & in quacunque parte iudicij, Iudex cauſæ debeat eas, vel ea reſeruare in tempus ferendæ ſententię definitiuæ. Et nihilominus hoc eo non faciente, intelligantur ipſo iure virtute præſentis ſtatuti reſeruatæ, vel reſeruata (ſaluis tamē his, quæ diximus circa exceptiones in ſtatuto ſub titulo, de modo procedendi à libris decem vſque ad quinquaginta) dummodo tales exceptiones, vel emergentia ſui natura, vel ex negotij qualitate in tempus prædictum reſeruari poſsint: aliàs eas, vel ea volumus omnino per Iudicem terminari infra ſex dies vtiles immediatè ſequentes earum oppoſitionem, vel eorūm contingentiam, facta probatione neceſſaria ſuper eis intra quattuor primos dies ex ſex memoratis ſummariè ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & extra tribunal Iudicis. Qui ſex dies nullatenus prorogari, vel ſuſpendi valeant etiā

prætextu

prætextu inſtantiæ ad reſpondendum poſitionibus quomòdocunquè productis. Et dictis exceptionibus, aut emergentibus dicto tempore non expeditis ad vlteriora procedatur, illis non attentis. Quòd ſi dubitari contingeret an reſeruari poſsint, volumus ꝙ hoc totum Iudicis arbitrio ſit attributum; idq; declarare debeat intra duos dies vtiles, qui nullo modo prorogari, vel ſuſpendi poſsint. Et hoc eo non faciente de prædictis intelligatur reſeruatio facta: & ab eius declaratione tacita, vel expreſſa ſuper præmiſsis, & eorum quolibet, volumus appellari non poſſe, de nullitate etiam notoria dici, querelari, ſupplicari, officium Iudicis implorari, nec aliqua reſtitutio peti etiam ex capite minoris ętatis. Et vbi de reſeruatis, vtſupra, non fuerit facta mentio in ſententia definitiua, ea reiecta cenſeantur omnino præſentis conſtitutionis auctoritate.

De modo, & forma recuperandi tenutam acceptam, vel pignus per contumaciam. XLIII.

STATVIMVS ꝙ occaſione contumaciæ quando accipitur tenuta, vel pignus, reus comparens ad recuperandam tenutam, vel pignus, teneatur reficere expenſas factas per partem aduerſam occaſione ſupradictæ contumaciæ.

Quæ, & quot dilationes in cauſis ſummarijs aſsignari poſsint. XLIIII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ in cauſis ſummarijs, vel vna tantum dilatio aſsignetur dierum quindecim ad probandum, vel duæ, quę ſimul iunctæ non excedant prædictum terminum quindecim dierũ. Ad reprobandum autem in prædictis cauſis terminus ſit dierum ſex, & non vltra.

De Ferijs. XLV.

DIVINO præcepto ſabbata ſanctifices, & ſanctorũ patrum monitis, & tam iuris ciuilis, q̃ canonici veſtigijs inhærentes: decernimus, & ſtatuimus cum omni veneratione cuſtodiri, ac celebrari in honorem diuinæ Maieſtatis ab omni lite, & ſtrepitu iudiciorũ omnes dies in primis dominicos, diẽ Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, duos

dies

dies præcedentes,& omnes ſequentes vſq; ad diem Epiphaniæ, cũ ſequenti die incluſiuè,quattuordecim dies ante diem reſurrectionis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti,diem dominicum reſurrectionis,cum tota hebdomada ſequenti, diem Aſcenſionis domini,tres dies Pentecoſtes cum ſabbato præcedẽti in totum,diem feſtum corporis Chriſti cum vigilia in ſero tantum,omnes dies feſtos glorioſę Virginis Mariæ,& maximè diem Annuntiationis,& Natiuitatis eiuſdem,cum vigilijs in ſero tantum,& diem viſitationis ſanctæ Heliſabethæ,& diem aſſumptionis eiuſdem Virginis Marię, cũ duobus diebus pcedentibus & duobus ſequẽtibus,dies feſtos oĩm Apoſtolorũ cũ omnibus vigilijs eorũ in ſero tm̃, diem feſtum ſanctorũ Georgij, & Maurelij,cum totis vigilijs huius almæ vrbis Ferrariæ patronorum, omnes dies Quadrageſimę in mane tantũ,exceptis ſabbatis,in quibus mane ius reddatur, & in ſero non,& excepta tota die cinerũ,omnes dies veneris de mẽſe Martij in totum, oẽs dies rogationum mane tm̃,diem ſancti Antonij, in quo fit oblatio ſolennis:diem ſanctorũ Sebaſtiani,&Fabiani,ſanctę Agnetis,cõuerſionis ſancti Pauli,ſancti Blaſij,ſanctę Agathę,Iouis carniſpriuij,& duos dies ante diem prímum Quadrageſimæ,diem ſancti Petri in cathedra,ſancti Thomæ de Aquino,ſancti Gregorij,ſancti Ioſephi,ſancti Petri martyris, ſancti Benedicti,ſancti Barnabæ, ſãcti Vincentij ordinis fratrum prædicatorum, ſancti Marci, inuentionis ſanctę crucis, victoriæ ſancti Michaelis, ſancti Antonij de menſe Iunij, Natiuitatis ſancti Ioãnis Baptiſtæ cũ eius vigilia in ſero tantũ, ſancti Bernardini, ſanctæ Margaritæ,ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ſanctæ Annæ, ſancti Petri in vinculis, ſancti Dominici, ſancti Romani, ſancti Laurentij,ſancti Auguſtini,decollationis ſancti Ioannis Baptiſtæ, ſanctorũ Coſmæ & Damiani, ſancti Michaelis, ſancti Hieronymi,ſancti Franciſci, ſancti Lucæ, commemorationis omnium ſanctorum cum vigilia in ſero tantum, commemorationis mortuorum in mane tantum,ſancti Martini,ſancti Clementis,ſanctæ Catharinæ,ſancti Nicolai,ſancti Nicolæ de Tolentino,ſancti Ambroſij,ſanctæ Luciæ, ſanctę Monicæ,ſancti Alò,ſancti Hominisboni,ſancti Iob,& ſancti Sixti,& omnes dies ſabbati in ſero tãtum ad honorem beatæ Mariæ virginis, & omnes dies feſtos ſanctorum, & ſanctarum, quorum Eccleſiæ ſunt, vel in futurum fient in ciuitate, vel burgis Ferrariæ: quos omnes dies ita volumus altiſsimo dedicatos obſeruari,vt etiam partibus volentibus nihil poſsit geri, aut fieri,quod ad cauſam, vel naturam iudiciorũ quoquo modo pertineat, & ſpectet. Mandántes etiam debere idem obſer-

obſeruari in ferijs repentinis, niſi quatenus de iure communi permiſſum intelligeretur. Reliquos alios dies omnes volumus eſſe vtiles in reuolutione totius anni, præterq̃ ferias mesſium,& vindemiarũ:quas ferias mesſiũ diſponimus eſſe á die quintodecimo Iunij in cauſis comitatinorum vſq; in finem menſis Iulij; & in cauſis aliorum à primo die Iulij vſq; in finem eiuſdem menſis: vindemiarũ vero à die primo ſeptembris vſq; ad & per totam diem vltimam eiuſdem menſis ſeptẽbris, & in prædictis ferijs,tam mẽsſium q̃ vindemiarum ius non reddatur. Volumus tamen ꝙ posſit procedi in cauſis mercedum,& alimentorũ, in quibus pluſquam ſummariè, & non ſedendo ad tribunalia ius reddatur. Et idem obſeruetur in cauſis carceratorum,& pro penſionibus domorum. Statuentes tamen pro vtilitate publica ꝙ prædictæ feriæ mesſium,& vindemiarũ ita obſeruẽtur,vt etiam volentes, & renũtiantes prędictis ferijs non posſint quoquo pacto,modo,& forma,ac colore conueniri,vrgeri,aut moleſtari,niſi pro cõmuni Ferrariæ,aut masſaria ipſius communis, aut pro camera, vel gabellis Illuſtriſs. domini noſtri Ducis:quæ omnia volumus obſeruari per omnes quoſcunq; Iuſdicentes,ad quæcunq; tribunalia deputatos ciuitatis; non derogando propterea ſtatuto ſupra poſito de laboratoribus.

De prouiſione habenda quando termini, vel dilationes incidunt in prædictas ferias. XLVI.

QVIA terminos pręſentium ſtatutorum plerunq; diſpoſuimus eſſe dierum continuorum, & hi quandoq; poſſunt incidere in ferias prolixas,infra quas expedienda non poſſunt iuridicè expediri;ex quo partibus,& alijs,quibus terminus reperiretur asſignatus, generaretur magnũ pręiudicium:Ideo ad hoc euitandũ prouidemus ꝙ ſi terminus, vel dilatio aliqua datus,vel data ab aliqua noſtra prouiſione, vel á Iudice vigore alicuius noſtræ prouiſionis inciderit in aliquas ex ferijs prædictis, videlicet in ferias propter Natiuitatem domini noſtri Ieſu Chriſti,vel propter eius pasſionẽ,& reſurrectionem, vel propter mesſes,& vindemias,vel in aliquas ferias repentinas á domino Duce noſtro tunc indictas,vel à Iudice duodecim ſapientum Ferrariæ,tales termini,& dilationes non currant ipſo iure.Et hoc pro ea rata temporis, pro qua in aliquã ex dictis ferijs inciderit. His autem finitis, reſiduũ dilationis, vel termini ſtatim incipiat currere ei,cui dilatio,vel termi nus erat præfixus,vel aſsignatus. Adijcientes ꝙ ſi vltima dies alicuius

termini

termini, vel dilationis cuiuſcunq; inciderit in aliquam diem quouis modo feriatam, ſequens dies non feriata ſit, & eſſe intelligatur illi, cui talis terminus, vel dilatio eſt ſtatuta, pro termino aſsignata.

De poſitionibus, & earum reſponſionibus, & per quos fieri poßint; & de pœna non reſpondentis, vel indebite negantis. XLVII.

CVm poſitiones plerunque fiant in cauſa, vt ponens releuetur ab onere probandi; prouidemus ꝙ tam actor, quam reus, & cuiuſlibet eorum procuratores poſsint facere poſitiones, quæ tamen debeant eſſe diſtinctæ, certæ, claræ, & explicitę; ita vt reſpondere debens certo, deliberateq; id facere poſsit, & ponens poſsit petere eis reſponderi, & is, contra quem fiunt, valeat per ſe, vel per procuratorem legitimum reſpondere, prout ponenti magis placuerit, niſi dominus principalis vellet per ſe reſpondere. Qui procurator in mandatis habeat, vt poſſit reſpondere poſitionibus, licet de certa ſpeciali reſponſione facienda in mandato non contineatur: aliàs ſi in mandatis non habeat, ꝙ poſitionibus reſpondere poſsit, eum ſufficientem ad cauſam agendā vel defendendam non reputamus, ac ſi mandatum non habuiſſet, & ſi ei opponatur, repelli volumus. quod locum habeat in mandatis factis in ciuitate, & diſtrictu Ferrariæ tantum. Inſuper prouidemus vt ponens, ſiue eius procurator in animam principalis ſui, corporaliter iurare teneatur ad ſancta Dei Euangelia, ꝙ non calumniæ cauſa ponit ſingula, quæ ponit, ſed quia ſingula per eum poſita credit eſſe vera: quo iuramento præſtito, is, contra quem ponitur, ſiue eius procurator, prout ponenti magis placuerit, reſpondere cogatur omnino coram Iudice, vel arbitro: & Iudex, vel arbiter teneatur intereſſe, aliàs reſponſiones nō valeant, exceptis reſponſionibus egregiarum perſonarum, prius tamen eis poſitionum copia data, ſi eam petierint cum termino competenti ad reſpondendum, prout de termino Iudici videbitur. & hoc ſi poſitiones contineant factum alienum, vel etiam proprium de longinquo, vel implicitum, aut intricatum, vel tale, de quo veriſimiliter de præſenti reſpondens non debeat habere notitiam; vel aliàs ſi reſpondens eſſet mulier, minor, vel ruſticus, vel alia perſona ſimplex, fragilis, vel ignara. Teneaturq; ipſe reſpondens prius iurare corporaliter ꝙ ipſe reſpondebit, prout crediderit eſſe veritatis, & vtriuſque iuramentū ſcribatur in actis. Et ſub eo iuramento reſpon-

dere teneatur per verbum credit, vel non credit, purè, & ſimpliciter ſine præſentia procuratoris, vel aduocati, ore proprio, & non in ſcriptis, ſiue data fuerit copia, ſiue non: & eæ reſponſiones, credit in quantum appareat, vel non credit niſi in quantum appareat, vel ſimiles non admittantur, etiam ſi dixerit, & aliter non credit: ſi tamen ſit tale factum, de quo publicus notarius fuerit rogatus, dicatur ſufficiens reſponſio, licet in ea habeatur relatio ad inſtrumentum, ſeu teſtamentum, vel acta, & nihilominus reſpondens teneatur ad exhibitionem. Volentes quòd reſponſiones prædictæ ſcribantur immediatè poſt quamlibet poſitionem per Iudicem, vel per notarium in præſentia Iudicis legentis, & interrogantis, & dictas reſponſiones dictantis ſecundum intentionem reſpondentis: & aliter facta reſponſio non teneat. Poſſint tamen fieri dictæ reſponſiones etiam extra tribunal qualibet hora vtilis diei, & quolibet loco, prius ipſis partibus notificatis: & teneatur dictus Iudex diſtinguere poſitiones, & diſtinctè, & clare reſponderi facere. Et ſi ille, contra quem ponitur, non reſponderit ad mandatum Iudicis ei præſenti comminantis, vt ſtatim, vel intra certum terminum reſpondeat, & quòd ſi non reſponderit, eam, vel eas pro confeſſatis habebit; tunc eo non reſpondente, poſitiones illæ, quibus non reſponderit, ipſo iure pro confeſſatis habeantur, in præiudicium ipſius non reſpondentis abſque alia pronuntiatione. Et iſto caſu contumaciam procuratoris ſic comminati in non reſpondendo, volumus præiudicare domino, ſi modo fuerit ipſi domino notificata: qua notificatione facta poſſit dominus infra duos dies à die notificationis proximè ſequentes reſpondere, & dictam contumaciam purgare. Quo termino elapſo non audiatur ipſe dominus ad reſpondendum, & ſufficiat vna comminatio præſenti in iudicio facta. Sed vbi caſus euenerit quòd perſona principalis, & eius procurator habens mandatum ad reſpondendum poſitionibus eſſent à iudicio, ſeu tribunali abſentes, & ſemel citati ad reſpondendum non compaterent; tunc parte inſtante teneatur Iudex alterum eorum, quem elegerit ponens, citare iterum ad reſpondendum cum comminatione, quòd niſi ad terminum in citatione præfixum reſponderit, poſitiones habebuntur pro confeſſatis, ſemel quidem citando ſi perſonaliter haberi poſſit, vel bis ad domum eius ſolitæ habitationis per interuallum vnius diei inter vnam citationem, & aliam, cum vna tantum copiæ capitulorum tranſmiſsione pro qualibet citatione. Et eo citato in termino ſibi præfixo non ve-

L niente,

niente, vel veniente, & non reſpondente, poſitiones pro confeſſatis habeantur. Et iſtud obſeruetur etiam in poſitionibus, ſeu capitulis factum proprium concernentibus. Hoc tamen addito quòd in concernentibus factum proprium, ex quo copia poſitionum in citatione inſeri non debet, citari debeat bis reſpondere debens, cum comminatione, vltra primam citationem ſimpliciter emanatam, etiam quòd perſonaliter inueniatur. Et huic ſtatuto volumus etiam ſubijci minores, ruſticos, & mulieres: eo excepto quòd in citationibus faciendis iſtis perſonis modo, & forma, de quibus ſupra, inſeri debeat copia omnium capitulorum, vel poſitionum etiam concernentium factum proprium. Mandamus tamen quòd ſi intra tres dies continuos poſt poſitiones pro confeſsis habitas, comparuerint mulieres ipſæ, minores, ſeu ruſtici, & reſtitutionem petierint, audiri debeant, & reſtitui. Et virtute præſentis ſtatuti reſtituti eſſe intelligantur abſque aliqua pronunciatione, & ipſo iure: dummodo ſtatim quòd comparuerint reſponſiones cum effectu fecerint, vel dederint: elapſis vero dictis tribus diebus vlterius non detur aliqua reſtitutio, etiam ex capite minoris ætatis. Poſsit tamen ponens, ſi maluerit, petere reſpondere debentem arctari pignoribus captis, multa indicta, & alijs iuris remedijs ad reſpondendum poſitionibus, vt ſupra diximus, & illud Iudex facere teneatur. Si vero principalis perſona fuerit abſens à territorio Ferrariæ, ſufficiat reſponderi per procuratorem abſentis, ne iudicium differatur in petendo per principalem reſponderi; ſed ſi dictus principalis abſens in aliquo loco noto ſit, & ipſe ponens maluerit principalem ipſum reſpondere poſitionibus, ſtatuta ei vna tantum dilatione competenti arbitrio Iudicis, expenſis ipſius petentis, niſi ſe abſentauerit pendente iudicio, quo caſu expenſis ipſius ſe abſentantis mittantur poſitiones, reficiendis vtroque caſu in euentum victoriæ. Et præſtito prius ſibi petenti iuramento, quòd non animo dilatandi hoc petit, mittantur poſitiones ad ordinarium illius loci, coram quo teneatur reſpondere: & ſi ordinarium ſuperiorem non habuerit in loco illo, ſeu non reperiatur, teneatur reſpondere, & poſsit compelli per ordinarium proximioris loci ſub eodem præſidatu, vel per aliquem alium magiſtratum loci vbi reperitur, ſub comminatione, ac modo, & forma, quibus ſupra diximus in citato contumace poſitionibus non reſpondente: Et interim quo ad omnia prædicta illud tempus, quo ſuper his inſtatur in termino parti aſsignato computari non volumus. Sic tamen quòd

ponens

ponens ſingulis horis congruis inſtet,& inſtare debeat ad actus ſucceſ ſiuos circa prædicta:& hoc ſeruari volumus in quibuſcūq; cauſis ſummarijs,etiam in quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur, & corā quocunq; tribunali. Quod ſi non fecerit, ſed interualla interpoſuerit totum illud tempus,quo ſuperſederit, in terminis prędictis computari volumus.Et in his caſibus procurator cōtumax ad intereſſe ſui principalis teneatur. Ne tamen per productionē poſitionū termini in infinitum ſuſpēdatur, declaramus ꝙ in quacunq; cauſa, & inſtantia bina tantum productione capitulorum pro qualibet parte termini probatorij ſuſpendātur,vt ſupra,vlterioribus vero minime conquieſcant,ſiue vnus terminus fuerit aſsignatus,ſiue plures,etiā ſi ex reſcripto Principis contigerit aſsignari. Reprobatorij autem termini nulla capitulorum productione in aliqua cauſa ſuſpendantur, ſiue principali, ſiue appellationis. Item ꝙ poſt publicationem proceſſus nō admittantur poſitiones,vel capitula etiam ad effectū vt eis pars reſpōdere cogatur, vel vt ſuper eis teſtes etiā in termino iurati examinari poſſint. Et ne capitulorum reſponſiones differantur,prouidemus ꝙ ſi exceptio poſitionum impertinentium, & non admittendarum opponatur,illa non obſtante, reſeruata tamen vt infra, nihilominus reſpondere cogatur. Poſſit tamē Iudex ex officio poſitionem, quam viderit manifeſte impertinentem,& non admittendam,reijcere. Statuentes ꝙ ſi conſultor aſſumptus in cauſa,vel Iudex ipſe,vbi conſultor non ſit aſſumptus,tēpore examinationis cauſæ cognouerit poſitionem ,contra quam dicta exceptio oppoſita fuerit, impertinentē,vel non admittendā fuiſſe, tunc ex reſpōſione eidē poſitioni facta nullū prędiciū generetur,nec generatū eſſe, vel fuiſſe intelligatur reſpōdenti,nec ſuo principali. Et vbi cōtigeret mittere domū alicuius perſonę ex aliqua cauſa legitima ꝓ reſpōſione poſitionū habenda,expēſis vtriuſq; partis mittendū fore cenſemus. Inſuper prouidemus ꝙ ſi pars,contra quā ponitur, vel pro ea intercedens negauerit poſitionē de facto proprio domini vel alieno,quod veriſimiliter tunc ſcire potuerit,quę poſtea ꝑ ponentē probetur ꝑ idoneos teſtes,vel inſtrumēta, ſeu acta publica, intelligatur pars negans ipſo iure,& facto condemnata in decem libris march. pro qualibet poſitione negata,aut eius parte diſtincta,vltra alias pœnas iuris: quatum medietas applicetur communi Ferrariæ,& alia medietas parti oneratæ in probando. Et procurator, vel pro alio intercedens ſub pœna librarum decem marcheſanorum de ſuo ſoluendarum, vt ſupra applicandarum, teneatur facere inſtantiam, quòd pœna præſtetur.

Et teneatur Iudex cauſę in definitiua ſententia de poſitionibus negatis facere mentionem,condemnando,vel abſoluendo negantem,pro ut iuris eſſe ſibi viſum fuerit; cuius Iudicis in hoc conſcientiam oneramus, ſub pœna ſi condemnare omiſerit pro qualibet vice ſcutorum quinquaginta,pro dimidia maſſariæ communis Ferrariæ, pro alia vero dimidia parti,cuius intererit,applicanda: & condemnationem factam per Iudicem teneatur notarius cauſæ,ſiue vnus,ſiue plures intra biduum à die latæ ſententiæ denuntiare maſſario communis: qui infra quindecim dies proximè ſequentes exigere teneatur dictam condemnationem realiter,& perſonaliter. Et ſi Iudex,notarius,vel maſſarius defecerint in ſibi impoſitis,teneantur ipſi, vel alter eorum, qui defecerit, de ſuo proprio ſoluere omne id, quod negans vigore præſentis ſtatuti ſoluere teneretur,applicandum vtſupra;& nihilominus qui indebitè negauerit non cenſeatur liberatus: poſſit tamen Iudex cauſæ præuenire maſſarium in exigendo condemnationem prædictam,& tunc lucretur quintam partem prædictæ condemnationis. & huiuſmodi prouiſionem ad vnguem volumus obſeruari per quoſcunque magiſtratus,arbitros, & arbitratores, quacunque conſuetudine, vel deſuetudine hactenus in contrarium exiſtente non attenta. Et facta,vel non facta quocunque caſu denuntiatione prędicta, poſſit pars, quæ onerata fuerit ex tali negatione, inſtare coram maſſario communis Ferrarię,vt exactio prædicta fiat. Declarantes ꝙ ex negatione procuratoris ipſum principalē intelligimus dictā pœnā incurriſſe, ſi procurator habuerit ſpeciale mandatum ad ſic reſpondēdum. Vbi tñ procurator motus fuerit ad negandum ex iuſta cauſa, quæ per inſtrumentum publicū,vel ſcripturam partis aduerſæ probetur, tunc, & eo caſu non volumus ſuum principalē in prædictam pœnā incurrere. Sed ſi procurator malitiosè negaſſet,quia ſciuiſſet rem aliter ſe habere,procurator ipſe tunc intelligatur in prædictam pœnam incidiſſe;adeo ꝙ ſi eius principalis illam iam ſoluiſſet, eam permittimus eo caſu à procuratore repetere poſſe, in euentū tñ quo principalis in reſpondendo poſitionibus aduerſarij confiteretur id,cuius cōtrariū per procuratorē ſuū cū iuramēto poſitū eſſet,nō poſſit aliqua ipſe pœna ob hoc puniri. Prouidentes ēt ꝙ ſi poſitiones reperiantur eſſe productę per actorē primo,& per reum ſecundo,vel è contra ſimul in eodem tempore, prius reſpondendum ſit poſitionibus actoris,& poſtea poſitionibus rei,ēt ſi poſitiones vtriuſq; ſint inuicem directo contrariæ. Et omnia,quæ ſupra diximus de poſitionibus,vendicent ſibi locū in capitulis productis.

Et

Et quæ etiam ſupra in procuratore diximus, obſeruentur in tutore, curatore, actore, & quolibet alio legitimo adminiſtratore, & interceſſore, prout melius, & congruentius adaptari poterunt, & in quacunque cauſa principali, appellationis, relationis ciuilis, & criminalis, & cuiuſcunq; alterius generis, & naturæ.

De examinatoribus teſtium eligendis, modo, & forma examinandi, & eorum mercede. XLVIII.

VT multa, immo plura, & varia ſcandala, & inconuenientia, ac moræ in iudicijs tollantur, quæ hactenus ex rerum experientia in eligendis teſtium examinatoribus, ac teſtibus examinandis contigiſſe cognouimus: ſtatuimus, & ordinamus ꝙ Iudex duodecim ſapientum, Prior collegij aduocatorum, Prior collegij procuratorum, & collegij notariorum Proconſul, qui pro tempore eligitur pro ipſo collegio poſſint, & debeant ſingulo anno in kalendis Ianuarij eligere decẽ bonos viros idoneos, expertos, & doctos de quolibet dictorum collegio, vel de altero ipſorum, prout eis videbitur: qui ſoli ſic electi poſſint, & debeant eligi in examinatores per modum infraſcriptum, & teſtes examinare in cauſis tam ciuilibus, q̃ criminalibus pecuniarijs, quarum cauſarum criminalium pœna ſummam non excedat librarũ vigintiquinque march. Ita ꝙ nullus alius prꝫter iſtos eligi poſſit in examinatorem, & examinare teſtes in cauſis prꝫdictis; & aliter electio examinatoris, & examinatio facta non valeat, nec teneat, niſi in cauſis arbitrarijs, in quibus arbitri, ſiue arbitratores teſtes examinare poſſint, ſi de partium conſenſu proceſſerit. Qui decem ſic electi teneantur iurare in manibus dictorum eligentium, vel alterius eorum in actis notarij collegij notariorum ſtatim poſtq̃ acceptauerint, ad ſancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ teſtes productos in cauſis bene, & diligenter examinabunt, & interrogabunt, eorumq; dicta, & teſtimonia fideliter recipient, & ſcribi facient pro vtraque parte bona fide, & ſine fraude, omni dolo ceſſante eruẽdo ab ipſis teſtibus veritatem eius, quod ſciuerint de negocijs, ſuper quibus deducti, & producti fuerint, cum interrogationibus debitis, & non ſuperfluis, nec cauilloſis, & non deuiando vllo modo à tramite veritatis, & iuſtitiæ; & ꝙ ſeruabunt ſtatuta ſuper prædictis edita; & ꝙ nõ propalabunt, nec manifeſtabunt directè, vel indirectè, verbo, nutu, ſcriptura, vel oſtenſione dicta teſtiũ alicui partiũ, vel alteri perſonꝫ, ſed ea renebunt

bunt ſecreta donec publicata fuerint, ſub pœna viginti librar. march. applicanda pro dimidia cõmuni Ferrariæ, & pro altera dimidia parti cui nõ fuerit facta reuelatio, vltra alias pœnas à iure limitatas. Volẽtes ꝙ aliàs nõ præſtito dicto iuramento dicti electi examinare nõ poſſint: & ſi examinauerint, examinatio non teneat, nec valeat, teneanturq; ad intereſſe partis. Examinatores autem teſtium eligi volumus hoc modo videlicet: ꝙ in quacunq; cauſa vnus tantũ examinator pro vtraq; parte eligatur, in quẽ ſi partes conuenire non poſſent illa hora, quà citatio, vel monitio facta fuerit ad eligendum examinatorẽ, vel ſi ea hora vna tantum pars comparuerit, extrahatur per Iudicem cauſæ vnus ex prædictis decem. Poſſit tamen quælibet pars vnum extractum recuſare, & nõ vltra eadẽ hora iuris, vel ſequenti à die relationis intimationis ipſius monitionis, & non vltra. Et idẽ ſeruetur in electione facta parte præſente, ita vt habeat primã iuris horam iuridicam tm̃ ad recuſandum: qui examinatores debeant ſeparatim examinare ſuper vno quoq; capitulo cum interrogatorijs ad ipſum pertinentibus, & non expectare in fine examinis: & in quo examine non extendãtur capitula, aut interrogatoria, ſed ſufficiat dicere poſt interrogatoriũ dicens, vel ſubiungens interrogatus, & per ſimilia verba. & vbi teſtes nihil ſciant de cõtentis in capitulo, vel interrogatorio, nõ ſcribatur; ſed ſufficiat dicere ſuper tali capitulo dixit ſe nihil ſcire, nõ obſtante conſuetudine in contrarium: aliàs priuentur mercede ipſis pro eo examine taxata, toties quoties contrafecerint. Poſſint tamen partes ipſæ, vel altera earum conſentire in ordinarium, vel notarium cauſæ, vt examinent teſtes in ſummarijs, & extraordinarijs. Et ipſe examinator ante relaxationẽ teſtis, & anteq̃ de loco examinationis diſcedat, debeat eius dictũ totum, & extenſe ſcripſiſſe, & ei teſti legiſſe ſub pœna proxime infraſcripta; nec poſtea poſſit, audeat, vel præſumat extendere, addere, vel minuere, ſub pœna librarum decem march. applicanda maſſariæ communis vltra pœnas à iure limitatas. Et ſi quid additum, vel factum fuerit, pro non addito, vel non facto habeatur. Declarantes ꝙ non ſufficiat ſcribere in extenſione atteſtationum teſtis, ſcilicet dixit vera eſſe, quæ continentur in capitulo, aut dixit, vt alius teſtis teſtificatus eſt: ſed apponãtur verba atteſtationis eius extenſa aliter, q̃ per prædicta verba, vera eſſe, vel ſimilia. Et teneatur dictus examinator ſic electus, ſi requiſitus fuerit ab aliqua partium extraiudicialiter, ſub vinculo dicti iuramenti ſe præſentare, & ſtare ſingulis diebus, congruis horis (exceptis diebus feſtiuitatũ, quæ celebrantur ex præcepto

eccle-

eccleſiæ vniuerſali, & patronotum huius ciuitatis) in palatio iuris cõmunis Ferrariæ: Et ſi ipſe non ſe præſentauerit ad diem, & horam deputatam, ac congruam, ne retardetur examinatio teſtium, tunc iuſdicens poſſit ſubrogare vnum alium ex prædictis decem loco nõ ſe præſentantis pro illa hora, vel die tantum, etiam parte non citata, & etiã extraiudicialiter. Et ne ipſi notarij, & ſcribæ fraudentur ſua mercede, prouidemus ꝙ examinator in cauſa habeat, & percipere debeat ſolidos ſex march. pro quolibet teſte bene, & diligenter examinato, ſcilicet tres à qualibet parte pro ſingulo teſte, & non vltra aliquid accipere poſſit: notarius autem, qui atteſtationes ſcripſerit, habere debeat pro ſingulo teſte à parte producente ſolidos tres march. quantum eſt pro primo originali: pro copijs autem habeat ſolidos tres march. pro qualibet charta papyri, ſi in quolibet latere dictę chartę ſint ſcriptę trigintaduę lineæ, quatum quælibet contineat ad minus quadraginta litteras, aliàs ſi plus, vel minus contineat pro rata taxatione facta ei ſoluatur. Cui notario non liceat dare copias ſine licentia examinatoris, aliàs teneatur ad ſolutionem eius mercedis: ad quam ſoluendam compelli debeat per Syndicum palatij executiue, & abſq; alia aliqua declaratione, nec debeat ipſe examinator vacare niſi vnico examini pro vice: Ita vt in diuerſis cauſis ſimul, ac eodem cõtextu nullo modo examinare debeat, nec ei liceat ſe diuertere ad aliud examẽ, niſi completo teſte incepto examinari. Notarius autem cauſæ poſſit vnum ſcribam partibus non ſuſpectum loco ſui ad ſcibendum atteſtationes ponere, in quem partes, vel procuratores conuenerint; & vbi concordes eſſe non poſſent, Iudex eligat vnum, prout ſupra in notario cauſæ dictum eſt. Diſponentes ꝙ ſi teſtes aliqui examinabũtur extra palatium iuris communis Ferrariæ, ſed in confinibus plateæ communis, examinator pro vtroq; eorũ habere, & percipere debeat pro viatico ſolidos tres march. à producente. Si autem extra confines plateæ, tunc examinator habere, & percipere debeat pro viatico à producente in ciuitate ſolidos ſex mar. in burgis octo, in comitatu vero qualibet die ſolidos viginti march. extra comitatũ autem triginta, & expenſas neceſſarias. Et notarius, qui atteſtationes ſcripſerit, habeat, & percipiat in quolibet prædictorum caſuum duas partes ex tribus eius, quod in ipſo examinatore diſpoſuimus pro viatico, & expenſas neceſſarias. Adijcientes ꝙ ſi contingat in aliqua cauſa teſtes examinari extra territoriũ, & diſtrictum Ferrariæ, & pars producens teſtes voluerit per ordinariũ loci examinari debere, tũc ſi pars aduerſa illuc mittere voluerit

examina-

examinatorem,id ſuis expéſis facere teneatur, ſi ſibi magis hoc libuerit;aliàs liceat ordinario in eo loco examinare,vel examinatorem eligere,& niſi aliter ambæ partes concorditer couenirent. Et vt examinationes teſtium ſub ſecreto traſeant,& ne in publico fiant,vt hactenus obſeruatū eſt,deliberamus,eligimus,& deputamus officium collegij notariorum ſitum in palatio iuris communis, & totū ipſum palatium vbi ius redditur,eſſe de cætero, & eſſe debere locum examinatorum aptum,& idoneum, vbi debeāt teſtes examinari ſecretè, & ſeorſum,& ſeparatim vnus ab alio in dictis locis, vel altero eorum; ita q teſtes non intelligantur ab alijs examinatoribus ibi exiſtentibus, vel alijs quibuſcunq; etiam intereſſe in cauſa, vel cauſis non habentibus. Poſſint tamen officiales quorumcunq; tribunalium in eorum officijs ſub ſecreto examinare teſtes in caſibus ſibi à ſtatuto permiſſis:pro ſingulo quorum teſtium non poſſint accipere pro examine, & ſcriptura vltra ſolidos quinq; march. in totum. quos pars producens teſtes ſoluere teneatur, iuxta morem hactenus obſeruatum. Et prædicta omnia,& ſingula ſuperius circa examen teſtium ſtatura, & ordinata inuiolabiliter obſeruari, & fieri in futurum debeant ſub pœna ſolidorū viginti march. pro quolibet,& qualibet vice,qua fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum contrafactum, maſſariæ communis applicāda. Committentes Syndico palatij prædicti, vt hæc omnia obſeruari faciat ſub vinculo iuraméti. Et nullus notarius de cætero audeat, vel præſumat in ſcripturā redigere aliquam atteſtationem alicuius teſtis, niſi id proceſſerit de commiſſione alicuius Iudicis ordinarij,vel delegati,aut arbitri,ſeu arbitratoris,coram quibus cauſa penderet,aut pēdere ſperaretur: nec talem atteſtationem redigere in publicum documentum: ſimiliter nec aliquis examinator aliquā huiuſmodi examinationē facere,niſi ſibi fuerit,aut ſit commiſſum per aliquem Iuſdicentem, pœna librarum vigintiquinq; march. ſi cauſa fuerit ciuilis, & librarum quinquaginta march. ſi cauſa fuerit criminalis,tam notario,q̄ examinatori cōtrafacientibus. Et nihilominus tali atteſtationi nulla adhibeatur fides, nec relationi, quæ eidem fieret, vbi teſtis examinatus apud competētem Iudicē ad eam ſe referret: nec poſſit teſtis examinandus ſe referre ad examen aliàs factū in dicto,& in quocunq; alio caſu, vbi fuiſſet examinatus in aliquo caſuum non permiſſo à iure communi,ſed cogatur præciſe ſuper facto ſerioſe deponere, niſi teſtis ſe referret ad teſtificatum rite, & de commiſſione alicuius Iudicis factum,& non aliter,nec alio modo. Intelligendo ipſos notarium, & examina-

examinatorem, & ſeu alterum eorum contrafacere, ſeu contrafeciſſe, vbi & quando non eſſent, & ſeu nõ fuiſſent iudicialiter electi per partes litigantes, & per Iudicem confirmati. Quo caſu poſsit notarius ſine alia commiſsione Iudicis atteſtationes huiuſmodi teſtium in ſcripturam redigere: & ſimiliter examinator teſtes examinare abſque eo ꝙ in aliquam pœnam incurrat.

De compulſione teſtium, & de pœna imponenda. XLIX.

PROVIDEMVS inſuper ꝙ in omni cauſa omnes, & ſinguli teſtes producendi per aliquam partium cogantur indilatè per iudicem litis, vel cauſæ realiter, & perſonaliter, ac omnibus iuris remedijs ad iurandum, & veritatis teſtimonium perhibendum in cauſa; ſub pœna cuilibet teſti inobedienti, quam Iudex, coram quo cauſa vertitur, imponere voluerit inſpecta qualitate facti, & cõditione perſonarum: cuius quidem pœnæ medietas applicetur communi, & alia medietas parti ipſum teſtem producere volenti. Et ſi iuſdicens in compulſione teſtium, ſeu aliquo prædictorum negligens fuerit, incurrat in pœnam librarum quinque march. applicandam, vt ſupra. Et caſu quo cauſa penderet coram aliquibus iuriſdictione carentibus ex conſenſu partium, teſtes tunc compellantur ad iurandum per Iudicem ordinarium ſub pœnis ſupraſcriptis.

De probanda morte, & natiuitate. L.

STATVIMVS quòd de morte alicuius, & tempore eius ſtari debeat, quo ad plenam probationem in quibuſcunque cauſis, libris Eccleſiæ, vel pij loci, in qua, vel quo ille ſepultus in eis libris aſſeratur: poſſit tamen contrarium probari. Et ſimiliter de ætate cuiuſcunque ſtari debeat libris illius Eccleſiæ, in qua ille baptizatus in ipſis libris aſſeratur. Et ſufficiat probare mortes per exploratores in quacunque parte iudicij; Et habeat locum tam de morte de longinquo loco, quam de propinquo.

Quòd teſtes ruſtici, vel habitantes extra ciuitatem Ferrariæ iurare poſſint die feriato. LI.

PROPTER commoditatem, & abbreuiationem litium, ſeu quæſtionum ſtatuimus, & ordinamus ꝙ teſtes ruſtici, vel habitantes extra

ciuitatem

ciuitatem Ferrariæ,iurare poſsint quocunque die feriato etiam in honorem Dei,qui occurrerit infra terminum ſtatutum ad probandum, citata tamen aduerſa parte, vel monita: quæ ciratio imponi, & fieri poſsit etiam eadem die,& hora, niſi diebus dominicis, & feſtiuitatibus Apoſtolorum,& Virginis glorioſæ,& ſanctorum Georgij, & Maurelij huius almæ ciuitatis patronorum,& die Natiuitatis domini cum duobus ſequẽtibus,& etiam ſingulis tribus Paſchalibus reſurrectionis & Pentecoſtes,& prima die Epiphaniæ.

Quòd teſtes poſsint iurare abſente Iudice. LII.

ADhęc ſtatuimus, & ordinamus ꝙ teſtes producti tam in ciuilibus q̃ in criminalibus cauſis non capitalibus,vel corporis afflictiuis, vel vbi ex officio procederetur,poſsint coram notarijs cauſarum hora iuridica in palatio communis Ferrariæ iuramenta ſuſcipere, & dicta ſua deponere adhibito examinatore in caſibus, in quibus permiſſum eſt per præſentia ſtatuta,& non aliter ſi hoc eis placuerit; Iudicis, ſeu Iudicum abſentia non obſtante, dummodo iurẽt præſentibus partibus,vel abſentibus,citatis tamen vel monitis ad videndum iurare teſtes. Et eorum iuramenta illum vigorem habere volumus, ac ſi coram Iudicibus eſſent facta.

Si teſtes, vel inſtrumenta ſint extra territorium Iudicis, quid ipſe, & pars facere debeat. LIII.

ITem prouidemus ꝙ ſi aliqua partium voluerit producere in cauſa principali,vel appellationis aliquos teſtes, vel inſtrumẽta, qui, vel quæ eſſent extra territorium iuſdicentis,& ob hoc dilationem ad producendum,vel examinationem committi ad partes, vbi ſibi neceſſarium eſſe putauerit,& alterum ex ijs à Iudice petierit, ante tamen publicationem proceſſus,poſtea autem peti nõ poſsit,teneatur pars hoc petens iurare ad ſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis,ꝙ hoc non facit,nec fieri petit dolo,nec calumnia,nec animo protelãdi litẽ,ſed putans ipſis teſtibus,& inſtrumentis indigere ad probationẽ iuris ſui. Et tũc,& eo caſu aſsignetur, ſiue prorogetur ſibi per Iudicẽ terminus cõpetens ſemel rñ,ſecundũ locorũ diſtantiã, & negotij qualitatẽ, infra quẽ dicti teſtes recipi,& examinari poſsint ſecũdũ debitã iuris formã, eorũq; dicta Iudici litis ſolẽniter p̃ſentari,& ipſa inſtrumẽta produci.

Et in

Et in eo termino aſsignando, vt ſupra, poſsit etiam altera pars oſtendere, & probare de ſuo iure etiam in territorio iuſdicentis. Quo termino pendente nō currant termini præſentium conſtitutionum, ſeu prouiſionum, niſi ij, qui ſtatuti ſunt ad probandum, quando teſtes, & aliæ probationes eſſent in territorio iuſdicentis: & hoc quo ad probationes, quæ fieri poſſunt, & debent in territorio iuſdicentis. Adijcientes ꝙ ad occurrendum calumnijs pro examinandis teſtibus, vel producendis ſcripruris extra territorium exiſtentibus, nulla petenti ſtatuatur, ſeu prorogetur dilatio abſq; pręſtatione cautionis idoneę; nec ſufficiat iuratoria cautio de ſoluendis expenſis, quas fieri contingeret occaſione prædicta, & libris quinque march. ipſo iure, & facto maſſariæ communis Ferrariæ applicandis, teſtium & ſcripturarum productione in termino deficiente: niſi iuſta, & probabili cauſa, vel impedimento petitionem dictæ dilationis à calumnia alienam fuiſſe legitimè conſtiterit. & aliter dilatio ſtatuta, ſeu prorogata non valeat.

Cui, & quando ſacramentum debeat deferri in ſupplementum ſemiplenæ probationis. LIIII.

QVIA contingit quandoq; ſemiplenè eſſe probatum in cauſa, & dubitatur ſuper quo, & cui ſacramentum ſit per Iudicem deferendum; & ſecundum varias opiniones, quas Iudices ſequuntur, contingit ꝙ aliquando vnus defert actori, & alius defert reo; nolentes hāc varietatem deinceps admitti: prouidemus ꝙ in omnibus cauſis, in quibus ſit deferendum iuramentum de iure communi, ſi id, ſuper quo debet ſacramentum deferri, cadit in notitiam vnius partis tantum, ideſt actoris, vel rei, tunc ſacramentum deferatur ei ſoli, in cuius notitiam cadit veritas rei, ſuper qua defertur: & vbi veritas rei, ſuper qua ſacramentum debet deferri, cadat in ſcientiam, & notitiam vtriusque partis, tunc ſi actor ſemiplenè probauerit intentionem ſuam, & reus nullam exceptionem oppoſuerit, vel oppoſitam nullo modo probauerit, tunc actori ſacramentum deferatur. Vbi autem actor ſemiplenè probauerit intentionem ſuam, & reus ſemiplenè exceptionem ſuam, & exceptio ſit directo contraria, vel contradictoria intētioni actoris, & ſic intentio actoris, & exceptio rei non ſint inuicem compaſsibiles: tunc abſque iuramento reus abſoluatur, quia probationes inuicem conquaſſantur, & perinde eſt, ac ſi nihil probatum fuiſſet ex parte actoris. & idem dicimus, & multo fortius, ſi reus dictam exceptionem

plenariè

plenariè probaſſet. Vbi autem actor plenè probauerit intentionem ſuam, & reus ſemiplenè exceptionem ſuam; tunc, ſiquidem exceptio ſit directo contraria intentioni actoris, & per conſequens non ſit ei compaſsibilis, abſque ſacramento reus condemnetur actori, & perinde ſit, ac ſi reus nihil probaſſet. Si autem exceptio per eum oppoſita ſe compatitur cum intentione actoris, vt eſt videre in exceptione pacti de non petendo, iuris iurandi, ſolutionis, & ſimilibus; tunc licet actor probauerit plene intentionem ſuam, ipſi reo, qui ſemiplenè probauit exceptionem huiuſmodi, ſacramentum ſuper huiuſmodi exceptione deferatur: quo in ſui fauorem ab eo præſtito ipſe reus definitiuè ab intentione actoris abſoluatur. Vbi autem illud, ſuper quo ſacramentum debet deferri, non cadit in notitiam alicuius partis; tunc locus non eſt delationi iuramenti; ideo Iudex abſoluat, vel condemnet ſecundum, & prout de iure tenetur, & ita deinceps obſeruari inuiolabiliter diſponimus, & mandamus.

Quod iura produci poßint vſque ad ſententiam. LV.

ITEM ſtatuimus ꝙ non poſsit per aliquem Iudicem ſtatui dilatio ad producendum inſtrumenta, & iura. Et ſi ſtatuta fuerit etiam perēptoria, nihilominus produci poſsint vſque ad ſententiam ea non obſtante.

Quòd reſtitutio minori ſemel tantum concedatur. LVI.

DISPONIMVS ꝙ vbi in caſibus à iure permiſsis reſtitutio in integrū petitur per minorem, non admittatur ea petitio niſi ſemel tantū: adeo vt ſemel conceſſa reſtitutio minori amplius ad id concedi non debeat beneficio minoris ætatis.

Quòd acta incepta per vnum notarium alius notarius proſequi non poßit. LVII.

STATVIMVS ꝙ ſi aliquis notarius inceperit acta in aliqua cauſa, vel iudicio, alius notarius non poſsit facere, aut proſequi in actis alterius notarij; & conuentio, & reconuentio fiant in actis eiuſdem notarij, niſi abſentia, infirmitas, aut alia iuſta cauſa impedimento eſſet: quibus caſibus, vel altero eorum volumus accedente Iudicis auctoritate facere, & proſequi poſſe alium notarium publicum deſcriptum in

matricula

matricula notariorum ciuitatis, numerarium partibus non ſuſpectū. Et hoc ſi aliquis alius notarius non fuerit per ipſum notarium cauſæ loco ſui ſubrogatus, & poſitus per eum, vel per ſubrogatum ab eo notario cauſę in actis eiuſdem. Et ſi ſecus fiat, acta non valeant ipſo iure, auctoritate præſentis ſtatuti.

Quòd libri debitorum, notariorum, officialium, remaneant ſucceſſoribus. *LVIII.*

NE debitores duplici onere expenſarum grauentur, & in longum protrahantur, ſtatuimus quòd quotieſcunque contingeret mutari notarium in quolibet officio, teneatur, & debeat notarius remotus, ſiue aliter commutatus, relaxare, & dimittere notario ſucceſſori librum debitorum, vt poſsit ſine multiplicatis citationibus cōtinuare, & procedere ad vlteriora, ſub pœna librarum decem march. toties committenda quoties contrafactum fuerit: & nihilominus cōpelli poſsit per ſuperiores ad relaxandum, & dimittendum dictum librum, vt ſupra, reſeruato ipſi notario mutato, omni iure ſuo vſque ad diem finiti officij ſui, exigendum per ipſum per manus, & in actis notarij noui.

De ſcripturis originarijs per notarios non dandis. *LIX.*

AD euitanda pericula perdendi originalia, & fraudibus obuiare volentes, ſtatuimus quòd nullus notarius ſub vinculo iuramenti, & fide tabellionatus, & pœna infraſcripra audeat, vel præſumat dare, vel concedere originalia ſua, aut matrices, ſcripturas, libellos, exceptiones, petitiones, poſitiones, vel capitula, & alias ſimiles ſcripturas etiam productas à partibus alicui volenti illa portare, vel tenere ad locum, vel in loco, in quo non ſit prę́ſens, & ea continuè videat notarius, qui de illis fuerit rogatus. Et ſi contrafactum fuerit cadat notarius, & recipiens, qui non accuſauerit, vel denuntiauerit, & quilibet eorum in pœnam librarum decem march. applicandam pro dimidia accuſatori, ſeu denuntiatori, & pro alia dimidia communi Ferrariæ: quam pœnam teneatur exigere ſyndicus palatij ſub vinculo iuramenti, & pœna ſoluendi de ſuo.

Quòd tempore interloquutoriæ pars non poſſit condemnari in expenſis. LX.

STATVIMVS ꝙ Iudices, qui deputati ſunt ad ius reddendum in ciuitate Ferrariæ, non poſsint condemnare partem aliquam in expenſis tempore quo feruntur ſententiæ interloquutoriæ: ſed condemnatio expenſarum differatur in tempus definitiuæ ſententię, niſi fuerint expenſæ factæ occaſione contumaciæ alicuius, ſiue in principio cauſæ, ſiue in proceſſu: quas quidem reficere compellatur condemnatus, ſeu contumax anteq̃ audiatur, & purgauerit contumaciam ſuam, & & niſi ſit talis ſententia, quæ habeat vim diffinitiuæ, vel mereatur exequutionem. Et niſi talis interloquutoria feratur ſuper exceptione competentiæ, vel incompetentiæ Iudicis, & ſuper legitimatione perſonarum, & alijs exceptionibus impedientibus litis ingreſſum, de quibus ſupra in ſtatuto, de modo procedēdi in cauſis à libris decem mar. vſque ad libras quinquaginta: ſuper quibus fuerit diſceptatum, diſcuſſum, & iudicatum. Quibus caſibus Iudex poſsit victum victori in expenſis condemnare, prout de iure ſibi videbitur. & prædicta vendicent ſibi locum in cauſa principali. Vbi vero à tali interloquutoria foret appellatum, Iudex appellationum teneatur ſuper expenſis talis interloquutoriæ abſoluere, vel condemnare, prout ſibi de iure videbitur.

Quòd pendente lite in reali actione, vel mixta non liceat rem in iudicium deductam in alium transferre. LXI.

VT malitijs hominum obuietur, & lites ad effectum celerius deducantur, & litigantium improbitas reprimatur; ſtatuimus, & ordinamus quòd porrecta petitione, & parti notificata ſuper iure, ſiue actione reali, vel mixta, & ſpecialiter ſuper hypothecaria, & quocunque modo agatur etiam actione perſonali ad rem, tam coram Iudice ordinario, & delegato, quam coram arbitro, ſeu arbitratore, non liceat reo rem petitam, ſiue dominium, vel poſſeſsionem ipſius rei in alterum aliquo titulo, vel modo transferre, donec quæſtio fuerit terminata cum effectu: quod ſi contigerit ipſum facere non valeat ipſo iure alienatio, vel translatio, nec ex ea translatum ſit aliquod dominium, vel poſſeſsio. Quo caſu ſententia lata contra reum

conuen-

conuentum mittatur executioni in ipſa re, non obſtante dicta alienatione, & translatione in alium facta, etiam ſine citatione, vel aliquo nouo proceſſu contra eum, & in quem res ipſa alienata, vel tranſlata fuerit.

Ne quis turbet poſſeſſorem ſuper aliqua re pendente lite. LXII.

STATVIMVS quòd ſi aliqua perſona pendente aliqua quæſtione ſuper aliqua re mobili, vel immobili turbauerit poſſeſſorem, qui conuentus erat in poſſeſsione ipſius rei: videlicet faciendo metere, vel exportare frumentum, vel alios fructus, aut reditus, vel vindemiam, vel ligna, vel quaſcunque alias res, vel aliud nouum in ea faciendo, vel occupando rem mobilem, & aliò exportando abſque licentia Iudicis competentis, & non citato poſſeſſore ipſius rei conuento, condemnetur indilatè, omni appellatione, & nullitatis dictione prorſus remota ad reſtitutionem ipſarum rerum, vel æſtimationem ipſarum duplicatam, & in expenſis, & amiſsione iurium ſuorum, ſi quę haberet in re deducta in iudicium, & vlterius ſuper meritis cauſæ non audiatur.

De temporibus cauſarum ciuilium. LXIII.

STATVIMVS, quòd lapſo termino probatorio, ac reprobatorio, teſtibusq́; intra tempora legitima examinatis in quibuſcunque cauſis, ac etiam lapſis quinque diebus, intra quos conſilium ſapientis eſt petendum in cauſis, in quibus eius petitio conceditur; Iudex aſsignet terminum vtrique parti quindecim dierum continuorum ad petendum, & ad habendum copiam totius proceſſus, quam copiam notarius cauſę teneatur parti petenti tradere, ſeu offerre, ſub pœna librarum decem marcheſ. maſſariæ communis Ferrariæ applicandarum: poſsit tamen Iudex pendente dicto termino quindecim dierum illum prorogare ex cauſa ſemel tantum, & debeant etiam notarij prędicti memoriam facere de die, quo prædictam copiam partibus tradant, vel offerant. quo termino elapſo, & habita, vel oblata copia proceſſus quælibet pars poſsit quandocunque intra terminum trium menſium proximè ſequentium omnes ſcripturas, & totum proceſſum cum inſtructione procuratoris: quam facere teneatur in ſcriptis Iudici, ſeu Conſultori ordinario, vel electo in caſibus, quibus ex for-

ma conſtitutionum conſultores eligi permittitur, præſentare ad finem ferendæ ſententiæ, & de qua præſentatione ſcripturarum fiat, & fieri debeat rogitus per notarium, & notificatio alteri parti, vt ſuas præſentet intra terminum quindecim dierum; & ſi dicta præſentatio dictarum ſcripturarum facta non fuerit per actorem intra dictum tempus, inſtantia cauſæ actori pereat, & periјſſe omnino intelligatur. Ipſis vero ſcripturis præſentatis intra dictum tempus, etiam ab altera parte tantum, & elapſis quindecim diebus, de quibus ſupra, Iudex, vel Conſultor actis diligenter, & maturè inſpectis, & examinatis, & partium, & aduocatorum allegationibus auditis in qualibet cauſa tam ordinaria, quàm extraordinaria, ſummaria, & executiua, & etiam delegata à Principe, vel ad referendum commiſſa, habeat ad ferendam ſententiam diffinitiuam claram, certam, & apertam, & non inconfuſo, neque per relationem ad acta, nec prout in cedula, pro inſtantia terminum quadraginta dierum vtilium, quos eſſe declaramus omnes dies, quibus ius reddetur in mane, vel ſero. Et intelligatur mandatum partibus, & aduocatis, & procuratoribus, etiam peremptoriè, vt debeant allegauiſſe in ſcriptis, vel ſine quicquid voluerint pro victoria cauſæ ſuæ, ideo eos per præſentes monemus, vt ſint diligentes, & ſolliciti. Et ſi intra dictos quadraginta dies ſententia lata non fuerit modo prædicto per dictum Iudicem, vel conſilium per Conſultorem non fuerit exhibitum altera partium ter inſtante, & deponente ſalarium in cauſis, quibus debetur inſtantia pereat, & dicatur perempta culpa Iudicis, vel Conſultoris. Qui teneantur ſatisfacere de damnis, intereſſe, & expenſis parti læſæ, aliàs non factis dictis inſtantijs, vel non depoſitato ſalario inſtantia ipſo iure pereat, & perempta eſſe intelligatur actori. Declarantes quòd vbi prædicta inſtantia quomodocunque, ſiue facto partis, ſiue Iudicis, vel Cóſultoris perempta fuerit, actor poſsit denuo iudicium inchoare, vel id proſequi omnibus actis firmis manentibus, modo expenſas factas per reum in dicta cauſa ante omnia perſoluerit: aliàs non audiatur, nec ſufficiat deponere, nec ſatisdare etiam ante taxationem. Quæ quidem acta poſsint produci ſimul, & diuiſim nouo iudicio inchoato, in quo tamen non poſsint examinari alij teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel de directo contrarijs, ſuper quibus examinati fuerint teſtes, & publicati, & didicita teſtificata, ne fraus committi poſsit in teſtibus patiendo labi ipſam inſtantiam.

Statuentes

Statuentes ꝙ termini,& quadraginta dies,de quibus ſupra,nõ poſſint quoquo modo, ratione,vel cauſa per partes ipſas, vel earũ procuratores prorogari,vel aliter ſuſpendi,etiam ex facto Iudicis, ſeu Conſultoris,vel partis,vel notarij quo minus currant,& cucurriſſe intelligãtur: nec aduerſus curſum temporum,de quibus ſupra,poſſit peti, vel concedi reſtitutio aliqua quocunq; modo, etiam ex capite minoris ætatis in cauſis principalibus tantum. Et quia contingere poſſet Iudicẽ,vel Conſultorem cauſæ,vel arbitrum,vel arbitratorem fore, & eſſe abſentem,vel infirmum,vel aliter impeditum tempore præſentationis ſcripturarum ſibi faciẽdę, vel in ipſis quadraginta diebus vtilibus ſibi præfixis vt ſupra; ſtatuimus ꝙ in prædictis caſibus, & eorum quolibet dicta tempora ſtent in ſuſpenſo,donec Iudex, vel Conſultor, vel arbiter, ſeu arbitrator reuerſus , vel liberatus fuerit,aut impedimentũ ceſſauerit. Si tamen impedimentum, abſentia,vel infirmitas eſſet vltra menſem duratura,tunc eligatur alius Iudex iuxta formam ſtaturi ſub titulo,de recuſatione Iudicis &c. vel cõſultor modo,& forma,quibus diximus in ſtatuto, de conſilij ſapientis petitione; & ſi fuerit arbiter vel arbitrator, iterum fiat compromiſſum iuxta formam prioris,ſiquidẽ prius compromiſſum erat neceſſarium. Si vero contigerit mutari Iudicem,vel Conſultorẽ pendentibus ipſis quadraginta diebus per mortem,vel per expirationem officij,vel per recuſationem factam ex forma noſtrarum conſtitutionum,ſiue per quamlibet aliam cauſam; ſtatuimus nouum Iudicem,vel Cõſultorem habere integrũ tempus prædictorum quadraginta dierum poſt præſentationem ſcripturarum eidem factam,etiam per alteram ex partibus,& notificationem de dicta præſentatione factam alteri parti à die relationis ſubſequutæ. Volentes ꝙ ijdem termini, eademq; inſtantia obſeruetur in cauſis appellationum à ſententia diffinitiua,vel habente vim diffinitiuæ,& etiam in cauſis nullitatum, & reductionũ. in appellationibus vero ab interlocutorijs termini,& inſtantia ſint pro dimidio. Quę omnia procedere volumus,præterq̃ in cauſis,aut caſibus,quibus ſpecialiter eſt prouiſum per noſtras conſtitutiones de alia inſtãtia. Et diſponimus ꝙ perẽptio inſtantiæ,vel deſertio appellationis,& nullitatis dictionis,vel cõpromiſſi, & reductionis poſt latam ſententiã, vel laudum nullatenus poſſit opponi,& opponenti audientia denegetur. Si vero lite pendẽte cõtigerit opponi de lapſu termini probatorij, vel reprobatorij, vel alterius generis, vel de perẽptione inſtantiæ in quacũq; cauſa , ſtetur relationi notarij cauſæ, vel eius ſubſtituti: qui ſuperinde infra duos

 dies

dies vtiles à die oppoſitionis prædictę, & notificationis de ea factę parti numerandos, referre debeat, etiam abſq; alia electione de eo ad hoc ſpecialiter facta, ſub pœna ipſi notario, qui referre diſtulerit, librarum quinque mar. pro dimidia maſſarię cõmunis Ferrariæ, & pro alia parti contra quam id oppoſitum fuerit, applicanda, & relatio per notariũ facta reuideri vlterius non poſsit, ſed ei omnino ſtare debeat, ſaluo iure parti, quæ ſe ex relatione læſam iniuſtè prætenderit, agendi contra notarium ad omne ſuum damnum, & intereſſe. Et ſi contingat duos eſſe notarios cauſæ, & illi in relatione non concordauerint; Iudex cauſæ ex buſſolo notariorum loco ſuſpectorum imbuſſolatorum extrahere vnum debeat eadem hora, qua diſcordes eos eſſe in relatione compererit: & illius extracti relationi omnino abſque alia reuiſione ſtari debeat. Poſsit tamen quælibet pars, cum primum ſciuerit illum extractum, iurare ipſum extractum ſuſpectum. Quo caſu alius incontinenti extrahi debeat per Iudicem cauſæ loco illius primi, qui vlterius ſuſpectus iurari non poſsit, & eius relationi ſtetur, vt ſupra. Si autem ex relatione notariorum oriatur ambiguitas, aut controuerſia aliqua inter partes, volumus ꝙ Iudex cauſæ teneatur declarare, ac decidere eam ambiguitatem, & controuerſiam intra ſex dies vtiles à die notificationis ipſius relationis: cuius declarationi, ac deciſioni ſtetur omni reuiſione, appellatione, nullitatis dictione, & reſtitutione in integrum ſublata.

Si quis citatus fuerit ad audiendam ſententiam pro certa hora, & non fuerit lata; poſsit illam Iudex ferre alia hora proxime ſequenti iuridica. LXIIII.

STATVIMVS, quòd ſi quis citatus fuerit perſonaliter, vel ad domum ſuæ habitationis, vel aliàs legitimè ad audiendam ſententiam, ſiue diffinitiuam, ſiue interloquutoriam pro certa hora iuridica, & illa hora non fuerit ſententia lata; poſsit Iudex ferre ſententiam alia hora proximè ſequenti iuridica abſque alia citatione, & abſque eo quòd Iudex dicat ſe velle differre ad horam ſequentem, niſi inter ipſas horas fuerit dies feriatus intermedius, quo caſu requiratur noua citatio.

De appellationibus interponendis, & qualiter eis interpoſitis procedatur, & coram quo. LXV.

NVnc ad appellationes accedentes prouidemus vt à qualibet ſententia definitiua, vel habente vim definitiuæ in ciuilibus, & per Iudices cauſarum ciuilium lata appellari poſſit, niſi per præſentes cõſtitutiones, vel ſtatuta, & ordinamenta ciuitatis Ferrariæ, vel ius commune ſit prohibitum appellari. Et ſiue quis appellare voluerit, ſiue ſententiam nullam per viam principalis petitionis dicere, ſiue vtrunque ſimul, & ſucceſſiuè facere voluerit, ſiue diuiſim, vt moris eſt (nam quod in vno ex his caſibus diſponimus, in alijs dictum eſſe intelligimus) prouidemus in quolibet caſuum prædictorum, ꝙ intra quinque dies continuos, & non vltra à die latæ ſententiæ, vel illati grauaminis; & ſcientiæ excluſiue prædicta, vel alterum eorum, quod voluerit, debeat feciſſe: aliàs quicquid ex his poſtea fecerit ſit ipſo iure nullum, & prima ſententia firma maneat. Ab interloquutoria autem non volumus poſſe appellari, niſi per ipſam inferatur tale grauamen, quod reparari, vel cui ſuccurri per appellationem interponendam à diffinitiua non poſſit: quo caſu appellationem concedimus, vbi tamen aliàs de iure non eſſet prohibita, niſi lata eſſet de conſilio ſapientis. Appellatio autem ab interloquutoria in caſibus permiſſis in quacunque cauſa tam ordinaria, quam ſummaria intra biduum à die illati grauaminis, & ſcientiæ interponatur, & non vltra; & in ea non requiratur expreſſio cauſarum ſpecialis, ſed ſufficiat in appellatione ipſa dicere ex cauſis, quæ ex actis apparent. Ad appellandum autem in caſibus præmiſſis admitti volumus partem, quæ ſuccubuerit in cauſa etiam ſi fuerit verè contumax, & quemcunq; alium, cui de iure liceat. Et teneatur appellans appellationem ſuam interponere ad Iudicem appellationum ciuitatis Ferrariæ, ſiue ſit ordinaria, ſiue delegata, niſi ſit delegata à Principe: nec teneatur aliquos apoſtolos, nec aliquid pro apoſtolis petere. Qua appellatione, vel nullitatis dictione interpoſita procedatur in ipſa cauſa appellationis, vel nullitatis dictionis, ſeu vtriuſque coram dicto Iudice appellationum hoc ordine, videlicet. Quòd ſi ſententia, à qua fuit appellatum, fuerit interloquutoria in quacunq; cauſa, vt ſupra, mandamus ꝙ ſequenti hora iuridica poſtq̃ interpoſita fuerit, proſequutio eius fiat, & petitio appellantis, vel nullitatem proponentis coram Iudice producatur, quæ qualiſcunq; ſit, dummodo tolerari quoquomodo poſſit, admittatur, & admiſſa intelligatur ipſo iure.

Et

Et teneatur iurare appellans coram Iudice appellationum ſe non dolo,nec calumnia,ſed credens iuſtam fouere cauſam appellaſſe,vel nullam dixiſſe ſententiam, & hoc Iudice ei mandante. Quòd ſi dictam petitionem eadē hora non propoſuerit,appellationi,& nullitatis dictioni renuntiauiſſe intelligatur: & prima ſententia firma maneat,ac ſi appellatum,vel de nullitate propoſitum,ac dictum nō fuiſſet. Cum autem producta fuerit dicta petitio dicto tempore, volumus ꝙ dictus appellans,vel ſententiam nullam dicens,eadem die,vel ſequēti in honorē Dei non feriata,teneatur notificari facere parti aduerſæ,vel eius procuratori, vel ei,qui in cauſa interceſſerit, dictā petitionē, ſeu eius effectum perſonaliter,vel ad domū ſuæ habitationis. Et ſufficiat vnica notificatio,aliàs ſi notificata non fuerit infra dictū tempus,pro deſerta habeatur ipſa appellatio, ſiue nullitatis dictio; & procedi poſſit ad exequutionē ſententiæ,ac ſi appellatum non eſſet,vel de nullitate propoſitum:& alia hora ſequēti iuridica poſt proſequutionem teneatur appellans, & debeat depoſuiſſe ſalarium Iudicis appellationū pro ſententia ferenda ſuper interloquutoria penes notarium appellationum actualiter: aliàs ſi ſalarium depoſitum non ſit dicto tempore,pro deſerta habeatur ipſa appellatio, ſiue nullitatis dictio, etiā ſi per partem aduerſam depoſitio ſalarij petita non fuerit: & procedi poſſit ad vlteriora,ac ſi appellatum non eſſet,vel de nullitate propoſitū. Qua notificatione vt ſupra facta,teneatur appellans citari facere partem aduerſam legitimè ad reſpōdendū dictę petitioni. Quæ ſi cōparuerit, & oppoſuerit, ac ſuper hoc ſpecialiter inſtiterit appellationē non deuoluere,tūc teneatur Iudex ipſe pronuntiaſſe ſuperinde intra ſex dies vtiles proxime ſequutos à die talis oppoſitionis,& notificationis de ea factæ parti aduerſæ,vel eius procuratori, ſeu interceſſori: aliàs ipſo Iudice intra dictos ſex dies nō pronūtiante, appellatio ipſa ſit, & eſſe intelligatur deſerta, & appellans in expenſis condemnatus abſq; alia Iudicis declaratione. Si vero per Iudicē ſteterit,aut eius facto,vel culpa quominus intra dictū tempus pronuntietur,& expediatur vt ſupra, tunc Iudex ipſe teneatur ipſo iure ad intereſſe partis, ad quod etiam pendente officio ſuo cōueniri poſſit,& grauari per Syndicum palatij executiuè abſq; aliqua ſententia ad omnem inſtantiam partis;& nihilominus incidat in pœnam librarum quinq; march. maſſariæ communis applicandarum ex ſuo ſalario compenſandam,& retinendam,ſeu auferendam. A cuius Iudicis ſententia, ſiue pronuntiauerit deuoluere,ſiue non deuoluere,querelari,appellari, reclamari, aut de nullitate

dici

dici,vel reſtitutio in integrũ peti etiam ex capite minoris ætatis, vel aliquod aliud remediũ intentari nullo modo poſsit,ac ſi in rem iudicatam tranſiuiſſet. Nec poſsit ipſe Iudex appellationum huiuſmodi articulo deuolutionis pẽdente quouis modo recuſari, nec ſuſpectus allegari,niſi intra tertiam diem dicti termini ſex dierum. Vbi autem fuerit intra dictum tempus recuſatus, & alius electus loco eius, teneatur recuſans depoſuiſſe ſalarium actualiter penes notarium cauſarum huiuſmodi ſequenti hora iuridica poſt electionem,& eius ſcientiã; aliàs recuſatio intelligatur, & ſit nulla. recuperandum tamen in caſu victoriæ vtroque caſu. facta autem depoſitione ſalarij debito tempore, talis electus per ſe ſolum teneatur dictum articulum ſuper deuolutione,vel non expediuiſſe,& terminauiſſe intra ſex dies vtiles immediatè ſequuturos electionem. In quo termino vtraque pars intelligatur monita pro ſingulis diebus, & horis ad videndum fieri, & produci incumbentia; aliàs eo termino elapſo, ſi articulus non fuerit expeditus intra dictum terminum omnia fiant, & locum ſibi vendicent, prout ſupra dictum eſt de appellante,& Iudice appellationũ non expediẽte. Eo autem appellato citato comparente, & aliquam aliam exceptionem,quàm non deuolutionis impedienrem litis ingreſſum opponente, tunc ipſe Iudex debeat talem exceptionem terminauiſſe intra ſex dies,aliàs teneatur ad intereſſe partis, vt ſupra; & nihilominus eo nõ expediente intra dictum terminum,vel citato nil opponente,aut oppoſitis cum effectu reiectis; Iudex ſtatuat vtrique parti terminum ſex dierum proximè futurorum, & non vltra: qui quidem terminus nec prorogari,nec ſuſpendi poſsit per productionẽ capitulorum, nec per inſtantiam ad reſpondendum ipſis (quibus tamen pars aduerſa iuris remedijs reſpondere cogi poſsit)ad producẽdum,probandum,& probatum habẽdum per omne genus probationum quicquid voluerit in cauſa, & vtraque pars intelligatur monita, vt ſupra. Quo termino elapſo dictus Iudex appellationum dictã cauſam terminauiſſe teneatur intra tempora, de quibus ſub titulo de temporibus cauſarum ciuilium. Et à ſententia lata intra, vel poſt dictum terminum per ipſum Iudicem ſuper interloquutoria lata per Iudicem,à quo ſiue infirmatoria,ſiue confirmatoria fuerit, nullatenus poſsit appellari, nec quouis alio remedio querelari,nec de nullitate proponi, etiam per viam exceptionis,nec reſtitutio in integrum peti, etiã ex capite minoris ætatis, vel alia quacunque cauſa. Et ſi quis repertus fuerit tam in cauſa principali, quã appellationis, qui malitioſè, aut fruſtatoriè ab aliquã

inter-

Interloquutoria, vel grauamine alicuius Iudicis appellaſſet, illico, & ipſo facto condemnatus ſit, & eſſe intelligatur in libris vigintiquinq; march. applicandis pro dimidia parti appellatæ, & alia dimidia maſſariæ cõmunis; & maſſarius ſub pœna librarum decẽ march. ipſi maſſariæ applicandarum, illico exigere eam pro vtraq; parte teneatur: & Iudex de tali appellatione cognoſcẽs teneat̃ ſub ſimili pœna de ſuo ſalario auferenda declarare an fruſtatoriè appellauerit, nec ne, & ſucceſsiue declarare ipſum ſic fruſtatoriè, & malicioſè appellantem incidiſſe in pœnam prædictam. Quod ſi non fecerit intra triduum teneatur maſſarius de bonis proprijs ipſius Iudicis eam exigere, alijs nihilo minus pœnis in ſimilibus ſiue à iure cõmuni, ſiue à ſtatutis impoſitis in ſuo robore duraturis. Si aũt ſententia, à qua extiterit appellatum, vel quę nulla dicta fuerit, diffinitiua fuerit, vel habẽs vim diffinitiuę, tunc intra quinq; dies continuos à die appellationis interpoſitæ excluſiue numerandos, teneatur appellans, vel ſententiam nullam dicens, petitionẽ ſuam corã Iudice producere, quæ qualiſcunq; ſit, dummodo tolerari poſsit, admittatur cum iuramẽto appellãtis ſecundum ꝙ ſupra in appellatione ab interloquutoria diſpoſuimus. Et intra alios quinq; dies continuos immediatè productionem prædictam ſequuturos, qui tamen non ſint feriati in honorem Dei, teneatur dictam petitionem, ſeu eius effectum notificari facere parti aduerſę, vel eius procuratori, vel ei, qui in cauſa interceſſerit perſonaliter, vel ad domũ ſuę habitationis: aliàs petitione intra dictum tẽpus nõ producta, vel producta, & nõ notificata, pro deſerta habeatur ipſa appellatio, ſeu nullitatis dictio, & eidẽ renuntiatum intelligatur, & procedi poſsit ad exequutionẽ ſententiæ, ac ſi appellatum nõ fuiſſet, nec de nullitate propoſitum. Productione vero petitionis, & notificatione, vt ſupra, facta, citataq; ſimul parte aduerſa ad reſpõdendum petitioni, ſi pars appellata oppoſuerit appellationẽ nõ deuoluere, vel aliquid, quod impediat litis ingreſſum, & ſuper hoc ſpecialiter inſtiterit, ſuper eo diſputetur, & terminetur per Iudicẽ intra decem dies, ſub pœna pecuniaria, de qua ſupra. Et caſu quo per dictum Iudicem fuerit pronuntiatum appellationem deuoluere, vel non, & ab ea pronuntia per partem appelletur; tunc ſi oppoſitum fuerit ſecundam appellationem non deuoluere, Iudex ſecundarum appellationum teneatur terminare intra alios decem dies. Et ſi declaratum fuerit deuoluere, Iudex in cauſa huiuſmodi appellationis ſtatuat terminum octo dierum ad probãdum, & probatum habendum per omne genus probationum. Et qui terminus aliquo caſu

non

non poſſit ſuſpendi etiam per productionem capitulorum, & inſtantiam ad reſpondēdum ipſis. Terminari autem debeat intra tempora in alijs ſtatutis noſtris diffinita in appellationibus ab interloquutorijs, aliàs appellatio intelligatur deſerta. Elapſo vero termino parti appellatæ ad comparendum aſsignato, & ea non veniente, vel veniente, & nihil opponente de prædictis, vel reiectis cum effectu oppoſitis; Iudex immediatè ſtatuat vtriq; parti, ſiue cauſa ſit ordinaria, ſiue ſummaria, terminum viginti dierum continuorum ad petendum, opponendum, & excipiendum, producendum, & probandum omnia, & ſingula eis neceſſaria in dicta cauſa, & quicquid facere voluerit, niſi teſtes, vel inſtrumenta ſic producenda eſſent in longinquo, ita vt amplior terminus exigeretur, quo caſu ſeruetur quod ſupra diximus in cauſa principali. Et iſto caſu volumus ꝙ ſi appellans velit euitare pluralitatem citationum, ꝙ ad eius inſtantiam Iudex teneatur parti appellatæ facere ſimilem citationem, notificationem, & admonitionem ei, quam fieri permiſimus in cauſa principali: qua facta alia ſpecialis citatio ad interim incumbentia non ſit neceſſaria, & idem dicimus è contra. Et non teneatur appellans omnia acta cauſæ principalis producere, ſed tantum ea, quæ ſunt ſibi neceſſaria pro victoria ſuæ cauſæ, niſi appellatus fuerit abſens, & nō habuerit procuratorem in cauſa appellationis. Quo caſu appellans teneatur expenſis abſentis appellati producere acta totius proceſſus vtriuſq; inſtantiæ, & teſtes examinatos pro parte appellati abſentis. Similiter pars appellata illa tantum acta teneatur producere, quæ ſunt ſibi neceſſaria pro victoria ſuæ cauſæ & nō alia, niſi appellās fuerit abſens; quo caſu ſeruetur per appellatum quæ ſupra diximus in appellante abſente appellato: quo termino elapſo ſtatim quæcunq; actitata, producta, probata, & oſtenſa fuerint in ipſo termino Iudex ipſe publicet, ita vt de eis fiat copia cuilibet parti ipſam requirenti. Prouidentes etiā ꝙ immediatè elapſo dicto termino probatorio, Iudex ſtatuat vtriq; parti terminum octo dierū ad reprobandum quæcūq; geſta, producta, & probata in ipſo termino probatorio. Et in ipſo termino volumus ea omnia, & ſingula fieri, & obſeruari debere, quæ in cauſa principali fieri, & obſeruari diſpoſuimus. Et ſi aliqua partiū in ipſo termino reprobatorio produxerit articulos, vel capitula tendentia ad reprobandum producta, & probata per alteram partem in primo termino probatorio; quæ capitula & articuli produci debeant per quinq; dies ante finem dicti termini reprobatorij parte præſente, vel ad hoc legitimè citata & de ipſis articulis, ſeu capitulis

copia

copia dari,& dimitti debeat ſi petatur,& vltra dictos quinq; dies produci non poſsint, nec admitti; tunc liceat illi parti,contra quam producta ſunt,& cuilibet alteri,cuius interſit,coadiuuare, & corroborare per legitimas probationes probata, & producta in dicto termino. Quo termino reprobatorio elapſo quælibet actitata,producta,oſtenſa, & probata in dicto termino publicentur, & de eis fiat copia partibus petentibus, vt ſupra. Teneaturq; Iudex cauſam ipſam expedire infra tempora aliàs ſtatuta. Volentes ꝙ ea omnia, & ſingula prouiſa, & ſtatuta circa expeditionem cauſę principalis, & circa petitionem, & exhibitionem ſcripturarum, pœnas, & alia, quæ ibi prouiſa ſunt, & de quibus hic mentio facta non eſt,& quæ adaptari poſſunt,vendicent ſibi locum in cauſis appellationum. Appellans autem prima vice à ſententia delegati,ſeu commiſſarij Illuſtriſs.domini noſtri Ducis diffinitiua, ſeu interloquutoria,à qua ſecundum præſentes conſtitutiones,& ius commune poſsit appellari,& ſiue de nullitate dici,teneatur, & debeat appellationem ſuam, ſeu nullitatis dictionem dirigere, ſeu interponere ad Illuſtriſs.dñm noſtrum:& talis appellatio,ſeu nullitatis dictio nihilominus intelligatur directa,& interpoſita ad eum Iudicem,cui prælibatus dominus noſter Dux cauſam ipſam commiſerit cognoſcẽdam,qui de ipſa cauſa cognoſcere teneatur, & debeat, & in ea procedere,& eam fine debito terminare. Et in eius proceſſu,& terminatione tam ſuper interloquutoria,q̃ diffinitiua ſeruentur omnia, & ſingula,etiam reſpectu pœnarũ, quę ſuperius diſpoſita ſunt in cauſis aliarum appellationum. In reductione vero ad arbitrium boni viri, in compromiſsis voluntariè factis, & non ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum,diſponimus ꝙ ſi quis à quibuſcunq; laudis,ſeu arbitramẽtis quorumcunq; arbitrorum, ſeu arbitratorum reclamandũ, ſeu ad arbitrium boni viri reductionem petendum duxerit, teneatur talis reductionem petens reclamationem, ſeu ad arbitrium boni viri reductionis petitionem ad Poteſtatem ciuitatis Ferrariæ, vel eius Vicarium,qui in his ordinarij iudicentur, intra decem dies continuos à die lati laudi, & ſcientiæ numerandos dirigere, & interponere; eoq; termino elapſo non audiatur amplius ſuper dicta petitione, & reclamatione: immo ipſa ſententia,ſeu laudum executioni mandetur. In cuius reclamationis, ſeu ad arbitrium boni viri reductionis petitionis proceſſu,& terminatione ſeruentur, & ſeruari debeant omnia, & ſingula, etiam reſpectu pœnarum,quæ ſupra in cauſis appellationum ſeruari diximus.

An à

An à ſententia lata in cauſa appellationis, nullitatis dictionis, & reductionis liceat appellare, & de modo procedendi in ea. *LXVI.*

POSTQVAM vero lata fuerit ſententia in dicta cauſa appellationis, vel nullitatis dictionis, vel reductionis ad arbitrium boni viri, aut appellationis cauſarum delegatarum, ſeu commiſſarum per Illuſtriſs. Ducem noſtrũ; volumus ꝙ ſiue in totum ſit confirmatoria primæ, ſiue in parte aliqua quomodocunq;, & qualitercũq;, & in alia parte ſit derogatoria, vel reformatoria, non liceat, quatenus conformes ſint, amplius prouocare, nec appellare à dicta ſententia, nec eam nullã dicere, etiam ex capite cuiuſcunq; notoriæ nullitatis, vel iniquitatis principaliter intentatæ, nec eidem aliqualiter contrariari, aut contra eam officium Iudicis implorari, nec ſupplicari, nec reſtitutionem aliquam petere ex capite minoris ætatis, nec quicq̃ omnino contra eam opponere. ſed ad eius executionem indilatè procedatur cuiuſcunq; nullitatis etiam notoriæ exceptione nõ attenta. Ideq; volumus obſeruari vbi fuerit pronuntiatum, vel declaratum bis deuoluere, vel nõ deuoluere per diuerſos Iudices, quia diſponimus tales pronuntiationes, vel declarationes haberi pro duabus ſententijs in totum cõformibus. Si vero per ſententiã latam in cauſa appellationis, vel nullitatis, vel petitionis reductionis ad arbitrium boni viri fuerit prima ſententia annullata, vel reuocata, vel aliter reformata in toto, vel in parte; vel ſi fuerit interloquutoria lata in dictis cauſis, à qua ſecundum præſentes cõſtitutiones posſit appellari, tunc liceat ei, in cuius præiudicium eſt annullata, reuocata, vel reformata pro partibus annullatis, vel reformatis, vel ſententia interloquutoria lata intra terminũ in præcedẽti ſtatuto diffinitũ: à tali ſententia appellare, vel de nullitate dicere, & talis appellatio interponatur ad cõſilium Iuſtitiæ prælibati Illuſtriſs. dñi noſtri Ducis, & nõ ad Iudicem appellationũ: coram quo conſilio procedatur modo, & forma ſuperius dictis in cauſis primarum appellationum, tam in procedendo, q̃ in terminando, niſi ꝙ terminus probatorius aſsignetur dierũ quindecim, & reprobatorius dierũ quinq;, & non vltra. Et omnia fiant, & ſeruentur tam per partes, q̃ per Iuſdicentes, & cognoſcẽtes de dictis cauſis ſub pœnis, & ſecundum, & prout in omnibus, & per omnia in cauſis primarum appellationum ſuperius ſancitũ, & diſpoſitum eſt. Quæ omnia hic pro expresſis, & repetitis habeantur. Et à tali ſententia in hac cauſa ſecundæ appellationis lata, ſiue ſit diffinitiua, ſiue interloquutoria, ſiue cõfirmatoria ſentẽtię

N primæ

primæ Iudicis appellationum, ſiue infirmatoria, ſiue in aliqua parte reformatoria, ſiue pronuntietur deuoluere, vel non deuoluere, vel qua liſcunque ſit, nullo modo poſsit appellari, de nullitate dici, vel opponi, vel aliqualiter contrairi, ſupplicari, reſtitutio peti etiam prætextu minoris ætatis, vel officium Iudicis implorari, ſed prout lata extiterit modis omnibus executioni mandetur, cuiuſcunq; nullitatis etiam notoriæ exceptione non attenta.

Quæ intelligantur nouæ probationes. LXVII.

DEclaramus ꝙ nouæ probationes intelligantur, quando producerentur aliquæ ſcripturæ legitimè antea in cauſa non productę vel quando teſtes producerentur ſuper nouis capitulis, vel ſuper antiquis, ſuper quibus antea teſtes examinati non fuiſſent; aliàs ſi teſtes nunc producendi, vel prius producti in alia inſtantia ſuper eiſdem capitulis re, vel effectu fuiſſent examinati, publicati, & dicicita teſtificata, tunc nullos recipi, nec de nouo examinari volumus, quia tunc non nouas, ſed antiquas probationes iudicamus, quæ de iure nõ ſunt admittendæ, vt omnis euitetur ſuſpicio falſitatis.

De pœna Iudicis, & notarij non tradentis copiam actorum, & ſententiæ appellanti, vel appellato. LXVIII.

VErum quia non ignoramus nonnulla acta facta coram Iudice principalis cauſæ neceſſe eſſe vt per appellantem, & quandoque per appellatum producantur coram Iudice appellationum ad iuſtificationem ſuæ cauſæ; mandamus ꝙ Iudex principalis cauſæ tradi faciat dicta acta, & ſententiã, ſeu eorum copiam parti petenti, cũ ipſum Iudicem requiſiuerit, ad quæ celeriter petenda pars ſit diligens, ne tẽpus ad producendũ ea currat eidem. Et Iudex negligens in prædictis incurrat pœnam trium librarũ march. applicandam parti, cuius inter eſt. Et notarius, cui hoc mandatũ fuerit factum, ſi intra quattuor dies incluſiuè à die mandati, vel plures arbitrio Iudicis ſtatuendos, inſpecta actorum quantitate, dicta acta, & ſententiã, vel eorum copiã parti petenti, & congruam mercedẽ ei offerenti non tradiderit, in ſimilem pœnam incurrat applicandam vt ſupra. Et nihilominus teneatur ad intereſſe partis reſpectu expenſarum dictæ cauſæ, ac etiam ad aliud intereſſe, ſi Iudici videbitur. Quia tamen notarius non debet fraudari ſua mercede, diſponimus quòd petens acta ſibi tradi, ſtatim cum

petierit,

petierit, deponat, vel ſoluat competentem mercedem arbitrio Iudicis declarandam per prius, ſi petens acta cum notario de mercede nõ fuerit in concordia, & ante dictæ mercedis ſolutionem, ſeu depoſitionem notarius in dictam pœnam non incurrat.

Quæ appellatio præualeat, an facta viua voce, vel poſtea facta in ſcriptis. LXIX.

CVM ab experientia cognouerimus appellantes quandoque lata ſententia viua voce appellare, & poſtea nouam appellationẽ in ſcriptis interponere, & dubitari poteſt à qua appellatione termini præſentium conſtitutionum, quos diſpoſuimus currere à tempore appellationis interpoſitæ, debeant, vel incipiant currere; hanc dubitationem tollentes diſponimus, quòd ſi ſecunda appellatio in ſcriptis infra tempus legitimum fuerit interpoſita, ab eo incipiant currere, etiam ſi tempore primæ appellationis viua voce interpoſitæ, nihil proteſtatus fuerit de alia appellatione interponenda: aliàs ſi ſecunda appellatio in ſcriptis facta intra tempus legitimum, & permiſſum non ſit interpoſita, tunc à tempore primæ intra tempus debitum interpoſitæ incipiant currere.

Quòd ſi procurator non appellauerit, dominus poſſit appellare in caſibus infraſcriptis. LXX.

STATVIMVS, quòd ſi procurator citatus ad ſententiam diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ audiendam non appellauerit liceat domino, etiam ſi procurator fuerit idoneus ad ſoluendum; appellare ſi potius hoc elegerit, quam procuratorem conuenire: quod etiam obtineat ſi negligentia, ſeu culpa, vel dolo, aut quacunque de cauſa procurator omiſerit appellare. Quæ tamen vendicent ſibi locum, ſi dominus intra terminum aliàs præſentibus ſtatutis comprehenſum à die notificationis ſibi dumtaxat legitimè factæ appellauerit, ſi dominus, & procurator fuerint citati ad ſententiam audiendam vt ſupra, & dominus ipſe non fuerit præſens tempore latæ ſententiæ, ipſe dominus poſſit appellare, dummodo appellet intra tẽpora aliàs conſtituta: quæ currere incipiant à die notificationis ſibi factæ per nuntium in ſcriptis perſonaliter ſemel, vel bis ad domũ eius habitationis, licet procurator ipſe non appellauerit. Et præ-

dicta locum habeant etiam tutore, actore, curatore,& alio quocunq; alterius nomine comparente non appellante, & qualibet nullitatis dictione, de qua quomodocunque diceretur. Forenſis vero contra quem lata fuerit ſententia non gaudeat beneficio huius ſtatuti.

De pactis de non appellando, & de non dicendo de nullitate appoſitis in inſtrumento. LXXI.

CVM inoleuerit quòd in omnibus inſtrumentis ponatur pactum de non appellando,& de non dicendo de nullitate quod plerunque bene non intelligitur à partibus, euenitque vt vigore dicti pacti quandoque ſententia iniquè, aut nulliter lata executioni mittatur, vt rerum experientia docuit;ſtatuimus quòd pactum prædictum non valeat niſi expreſſè,& ſpecificè fuerit declaratum per notarium,adeo vt perfecte partes certificatæ intelligant quid importet illud pactũ, quod facere teneatur notarius in publicatione inſtrumenti,ſiue contractus. Volentes quòd vbi fuerit interpoſitum tale pactum, vt ſupra, non poſſit appellari, aut de nullitate dici, niſi ex actis appareat de euidenti iniuſtitia, vel iniquitate, aut nullitate ſententiæ, vel niſi deduceretur in appellatione, vel nullitatis dictione iuſta cauſa: quam exprimere teneatur appellans, vel de nullitate dicens, & quæ ſi probata foret, iuſtificaret intentionem illius, probata tamen cauſa allegata ſummatim ante admiſſionem ipſius appellationis, vel nullitatis dictionis. Quam ſi non probauerit cadat ipſo iure, & facto ſine alia ſententia, vel declaratione in pœnam librarum vigintiquinque marcheſan. applicandam pro dimidia communi Ferrariæ & pro alia dimidia ipſi parti: cuius pœnæ executio fiat vnà cum executione ſententiæ principalis, & omnino condemnetur appellans, vel de nullitate dicens ſuccumbens in expenſis: & procurator non admittatur ad appellandum, vel de nullitate dicendum, ſine ſpeciali, & indiuiduo mandato. Et hæc non vendicent ſibi locum vbi adeſſet iuramentum in inſtrumento, quo caſu nullatenus liceat appellare, aut de nullitate dicere, etiam prætextu euidentis iniquitatis, aut notoriæ nullitatis.

De ſen-

De ſententiæ executione, & coram quo peti poſſit, & quando, & quomodo, & qualiter ea petita procedatur. LXXII.

AD modum executionis ſententiæ accedentes, declaramus primo dubium, quod oriri poſſet, videlicet quia plerunque per Iudicem appellationum confirmatur prima ſententia, & dubitatur an prima ſententia lata in cauſa principali, vel ſecunda eius confirmatoria in cauſa appellationis lata, ſit illa, cuius executio peti debeat; ſuper hoc prouidentes diſponimus ꝙ ſententia lata in cauſa appellationis, ſiue in toto ſit confirmatoria primæ, ſiue in parte aliqua quomodocunq;, & qualitercunque, & in alia parte ſit derogatoria, vel reformatoria, illa debeat peti executioni mandari, & mandetur quatenus ſit conformis primæ, ſi tamen in rem iudicatam tranſiuit, & non aliter. Et quia etiam conſueuit dubitari coram quo Iudice executio ſententiæ peti debeat, & maxime eius, quæ eſt lata per Iudicem appellationum, vel Iudices delegatos, vel per arbitros compromiſſarios; ſuper hoc prouidentes etiam diſponimus ꝙ ſententia Iudicis cauſarum appellationũ coram eo, & ab eo peti debeat executioni mandari: ſententia vero lata in inſtantia cauſæ principalis, in qua appellatio, vel nullitatis dictio propoſita non ſit coram Iudice, qui eam tulit, vel eius in officio ſucceſſore. ſententia vero arbitralis, vel arbitramentalis in compromiſſis neceſſarijs ſecundum formam ſtatuti de compromiſſis, vel Iudicis delegati, vel commiſſarij coram eis peti poſſit, & debeat. In cõpromiſſo vero voluntario quoquo modo, ac forma facto coram quocunque ordinario peti poſſit. Tempus autem, poſt quod ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſit executioni mandari, diſponimus eſſe decem dierum à die prolationis ipſius ſententiæ, & ſcientiæ, vel intimationis, quę tranſiuerit in rem iudicatam; quo lapſo is contra quem executio petitur, citetur legitimè ad contradicendũ quicquid vult, ne executio petita fiat. Et ſi tunc non venerit, vel veniens non contradixerit, vel ſi contradicendo oppoſuerit, tunc niſi oppoſuerit exceptionem nullitatis notoriæ, vel falſitatis, vel aliam, quæ ſuperuenerit ei poſt ſententiam, vel aliquam aliam compaſſibilem cum ſententia, quæ de iure opponi poſſit, vbi de eis in cauſa non fuerit cognitum, & non fuerint tacitè, vel expreſſè reiectæ, non admittatur eius contradictio, ſed indilatè executio committatur in quolibet caſuum prædictorum. Et vbi exceptionem aliquam de prædictis exceptuatis, vt ſupra, oppoſuerit, tũc Iudex immediatè ſtatuat vtriq; parti terminũ

decem dierum cõtinuorum ad probandum, & probatum habendum, & excipiendum per omne genus probationum, & ad producẽdum in cauſa quicquid velit. Quo termino elapſo ipſe Iudex ſtatuat alium terminum quattuor dierum ad opponendum, & reprobandum quicquid velit; & teneatur terminare cauſam intra decẽ dies vtiles, aliàs inſtantia intelligatur perempta excipienti, & opponenti. Volumus tamen ꝙ ſi prius de aliqua nullitate ſententiæ fuiſſet quæſitũ, vlterius non quæratur, ſed exceptio ipſa reijciatur, ſi prius reiecta fuerat tacitè, vel expreſſè. Et idem ſi ex forma præſentium conſtitutionum de nullitate quæri non poſſit vllo modo, etiã per viam exceptionis; ꝙ ſi cõdemnatus ſe opponẽs executioni oppoſita nõ probauerit ſaltẽ ſemiplenè, incidat ipſo iure in pœnam librarum decem march. applicandam pro dimidia parti aduerſæ, & pro alia dimidia maſſariæ communis Ferrariæ propter fruſtrationem Iudicis, quam ipſe fecit, & in expẽſis. Et à ſententia, qua pronuntiatur ſententiam exequendam eſſe, volumus non poſſe appellari, ſupplicari, nec de nullitate etiam notoria dici, nec officium Iudicis implorari per condemnatum, etiam per viam exceptionis, vel reſtitutionis in integrum etiam ex capite minoris ætatis; nec executionem actualem retardari, etiamſi per viam denuntiationis Euangelicæ, vel vſurariæ prauitatis cõtigerit nouum iudicium coram alio Iudice inchoari, & ſuperinde inhiberi: quo non obſtante, & non attento tamq̃ id, quod auctoritate præſentis ſtatuti tunc intentatum, & impetratum haberi, & cenſeri volumus per malitiam, & calumniam, ſeu ad dictam executionem eludendam, & protelandam, ipſe Iudex nihilominus dictam ſententiã exequatur. Qua executione integrè facta, & non ante, ſi pars victa, quæ ſententiam, & executionẽ paſſa ſit, putauerit per dictam viam indemnitati ſuæ poſſe conſulere, tunc illa vtatur, & experiatur ſicuti iuri proſpiciet conuenire. Et ſicut talem denuntiationem, & exceptionem poſt latam ſententiam ad executionem impediendam, vel retardandam nõ admittimus, ita nec volumus cuiq̃ debitori, aut aliàs alicui obligato licere ad dictam denuntiationem confugere, ſeu aliud Iudicis Eccleſiaſtici officium implorare ſuper annullatione alicuius conttactus, niſi prius vel perfectè ſoluat debitum, aut contractũ adimpleat, & poſtea ad dicta remedia conuolet, aut expectet ſe condemnari volente creditore, & illud poſtea exequatur. Et vbi à dicta pronuntia ſententiam exequendam eſſe, appellari contigerit, allegando modum fore exceſſum, & per Iudicem ad quem fuerit pronuntiatũ, appellationem nõ deuoluere,

uere,à tali ſententia nullo modo poſſit appellari,vel de nullitate dici, vel aliter quoquo modo contraueniri;& omni caſu appellans ab executione, & ſuccũbens incidat in pœnã librarũ vigintiquinq; march. maſſariæ communis ipſo iure applicandam, & cõdemnetur in expẽſis. Si vero per iuſdicentem pronũtiatum fuerit ſententiam non exequendam, ab ipſa ſententia, ſeu pronũtia poſſit tantum ſemel appellari,vel de nullitate dici,& procedi debeat modo,& forma,quibus ſupra diſpoſuimus ſub titulo de appellationibus. Et à ſententia lata in ipſa cauſa,ſiue ſit confirmatoria,ſiue infirmatoria, appellari, de nullitate dici,ſupplicari,officium Iudicis, vel aliud quoduis remedium implorari,etiam ratione minoris ætatis, nullo modo poſſit. Commiſſa autem executione creditori electionẽ damus, velit ne petere executionem actualem fieri in bonis debitoris,an ei fieri præceptum de ſoluendo:& vna via electa ipſi creditori non præiudicetur in altera. Et ſi petat executionem prædictam fieri in bonis condemnati, mandamus eam indilatè fieri,niſi oppoſuerit exceptionem ſolutionis, tranſactionis,vel quietationis emanatæ poſt executionem cõmiſſam: quibus oppoſitis ſtatuatur terminus quattuor dierum continuorũ ad eas probandum,& probatum habendum per omne genus probationum: qui terminus ſuſpendi non poſſit per productionem capitulorum,aut per inſtantiam ad reſpondendũ ipſis.quo termino elapſo,& non probante eo dictas exceptiones ſaltem ſemiplenè,ipſe idem opponens incurrat ipſo facto in pœnam librarum vigintiquinq; march. applicandam vt ſupra, & ſtatim executio fiat. Vbi autem creditor petat debitori condemnato fieri præceptum de ſoluendo quantitatem, vel ſpeciem mobilem,vel ſe mouentem;tunc fiat ei præſenti,vel abſenti etiã non citato pręceptum de ſoluendo intra decem dies id,in quo cõdemnatus eſt. Quod præceptum volumus ipſi abſenti notificari debere legitimè,nec eidem currant niſi à die notificationis: quibus decẽ diebus tranſactis citetur legitimè ad contradicendum ne præceptum ipſum executioni mandetur.quo citato,& eo nõ veniente,vel veniente, &non opponente aliquam ex proximè connumeratis exceptionibus committatur, & fiat executio dicti præcepti, & capi poſſit ipſe debitor ſecundum, & vt in ſequenti titulo dicemus. eo autem veniente, & aliquam ex prædictis exceptionibus opponente, mandamus obſeruari omnia, quæ ſuperius diximus circa executionem faciendã in bonis condemnati.

De executione præcepti in conuictum, vel confeſſum iudicialiter facti. LXXIII.

CIrca modum, & ordinẽ ſuprascriptum præceptum exequendi, ſtatuimus ꝙ cũ tempus de ſoluendo in præcepto euenerit, Iudex, inſtãte creditore, eius executionem fieri cõmittat, aut in bonis ipſius debitoris, aut in perſona eius, cuius alternatiuè creditori concedimus optionem, primo eo debitore citato ad videndum illam executionẽ committi, & ad contradicendum ſi quid vult ne committatur. Et ſi in perſona creditor executionem elegerit, eo inſtante Iudex committat debitorem capi per vnum, vel plures ex nuntijs. Qui nuntius, vel nuntij ſecum, & penes ſe tempore capturæ licentiam habeant in forma publica, aliàs ipſo iure, & ipſo facto nuntius ipſe, vel nuntij, & quilibet eorum incurrat in pœnam librarum decem march. auferendam à Iudice cauſæ, vel commiſsionis prædictæ: cui quarta pars pœnæ applicetur, reſiduum vero communi Ferrariç, & nihilominus captura valeat, & teneat. Et ducatur captus q̃ honeſtius fieri poterit ad Iudicem commiſsionis, qui inſpecta capti conditione, & quantitate debiti, vel in carceribus ſtatim includi faciat cuſtodiendum ad inſtantiam creditoris, vel conſiderata honeſtate perſonæ ipſius capti, illum in aliqua parte eius officij cuſtodiri faciat vſque ad tempus quod ſibi videbitur, in quo honeſtius, & magis ſecretè in carceres ducetur cuſtodiendus, & interim ſic cuſtoditus cum creditore ſe componendi facultatem habeat. Ad eius tamen relaxationem ſufficiat, ſi captus ipſe deponat penes Iudicem commiſsionis, vel idoneum campſorem ciuitatis Ferrariæ ad mandatum Iudicis quantitatem, rem, aut eius ęſtimationem pro qua captus eſt, & expenſas legitimè factas. Cum autem cuſtodi carcerum ipſe cuſtodiendus traditus fuerit, ita teneatur donec à Iudice, qui eum capi fecerit, bullettinum acceperit de relaxando ipſum. Volentes tamen ꝙ vna via ex his per creditorem electa ei non præiudicetur in altera. Et ꝙ dictæ capturæ fieri poſsint, & valeant omni loco, & omni die etiam ſolenni in præſentibus tamen conſtitutionibus non exceptuatis, de quibus omnibus infra diſponetur. Diſponentes ꝙ vigore alicuius præcepti de ſoluendo facti, vt ſupra, mulieres honeſtæ vitę nullo modo capi poſsint, nec etiam maſculi minores annis quindecim.

De

De executione præcepti contra vniuerſitatem alicuius villæ, vel caſtri iudicialiter facti. LXXIIII.

SI contingat aliquam vniuerſitatem alicuius caſtri, vel villæ ſuppoſitam iuriſdictioni communis Ferrariæ condemnatam eſſe in aliqua quantitate pecuniæ alicui villę, vel priuatæ perſonæ ſuppoſitę iuriſdictioni cõmunis Ferrariæ, vel alicui alij vniuerſitati; & ei ex dicta cauſa factum fuiſſe, & eſſe præceptũ de ſoluendo, vel etiam ſi ex quauis alia cauſa; puta ex confeſsione eius ſyndici, vel procuratoris habentis ſpeciale mandatum, vel non ſpontaneè facta in iudicio, ei factum fuerit præceptum de ſoluendo ad certum terminum, & terminus ſit elapſus, prouidemus vt quicunque, ſeu quilibet, qui ſit de dicta villa, vel vniuerſitate poſsit capi, & in carceribus communis Ferrariæ detineri ad petitionem creditoris dictæ villæ, vel vniuerſitatis per vnũ, ſeu plures ex nuntiis, ſeu præconibus communis ſecundum, & prout latius ſupra diximus in titulo præcedenti donec de debito, & expenſis ſatisfactum fuerit creditori, nec propter capturam vnius alium de dicta villa, vel vniuerſitate capi prohibemus, ſed permittimus, ad votum creditoris, donec ei debito, & expenſis in eorum captura factis fuerit ſatisfactum. Et vniuerſitas, vel villa prædicta illis, qui ob eam cauſam fuerint capti, teneantur reficere omnes ſumptus, & expenſas, & damna, & intereſſe pro eis occaſione prædicta factas. Poſsitque creditor executionem fieri petere in bonis dictæ vniuerſitatis, ſi hoc petere voluerint.

Quòd executio non poſsit fieri in rebus infraſcriptis. LXXV.

STATVIMVS ꝙ nullus præco, uel aliqua alia perſona poſsit, audeat, uel præſumat accipere per ſe, uel alium pro executione alicuius debiti, de mandato alicuius Iudicis, officialis, uel iuſdicentis, oſtium, aut feneſtras, uel aliquod affixum, uel adhęrens domui, uel apothecæ, ſiue alicui alii ędificio, nec aliquod inſtrumentum aptum, & deditum quocunque modo ad agriculturam exercendam, uel faciendam; ut ſunt currus, aratra, & deputata ad ea, zappæ, badilia, palletti, falces, falzoni, ſeghetti, runchettæ, & alia quæcunque utenſilia, & inſtrumenta apta, & neceſſaria ad ipſam agriculturam, exceptis bobus, qui non ueniãt appellatione inſtrumentorum auctoritate præſentis ſtatuti, ſub pœna ſolidorum quadraginta march. maſſariæ communis applicanda,

quam

quam pœnam ſyndicus palatij iuris communis exigi faciat, ſub pœna ſoluendi tantumdem de ſuo; & vltra dictam pœnam quicquid actum fuerit contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ſit ipſo iure nullum: & immediate reſtitui debeant dictæ res nihil ſoluendo occaſione prædicta.

De ruſticis non capiendis die fori publici. LXXVI.

STATVIMVS ꝙ nullus ruſticus, ſiue comitatinus diſtrictus Ferrariæ, pro aliquo debito, vel obligatione etiam fiſcali, poſſit capi, vel detineri in die ſabbati, quo fit forum publicum in plateis cõmunis Ferrariæ, vel alio die, quo contingeret forum publicum fieri, loco diei ſabbati, etiam ſi fuerit iuratus ſuſpectus, & fugitiuus: & quicquid contrafactum fuerit ſit nullum ipſo iure, & officialis contrafaciens, incidat in pœnam librarum quinque march. maſſariæ communis applicandam.

De pignoribus deſignandis Maſſarijs, & Cauarzellanis. LXXVII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ maſſarij contractarum, & cauarzellani villarum teneantur, & debeant accipere in eorum cuſtodia bona mobilia, vel ſe mouentia, quæ fuerint accepta, vel ſequeſtrata ad petitionem alicuius, mandato alicuius officialis communis Ferrariæ, dummodo ipſa bona ipſis cauarzellanis, & maſſarijs, aut alicui eorum data, tradita, & conſignata fuerint. Ita vt bona in ſua poteſtate habeant, & non credatur de hoc relationi præconis, niſi probatum fuerit per vnum teſtem, dummodo ille teſtis non ſit præco, nec de familia illius officialis. Et illi, ad quorum petitionem fuerint dicta bona accepta, vel ſequeſtrata, teneantur ius ſuum proſequi intra tres menſes à die conſignationis prædictæ, ferijs non obſtantibus: & elapſo prædicto tempore, & ante latam ſententiam non teneantur qui acceperint de cuſtodia, nec ad pignorum præſentationem, niſi de nouo eis recommendata fuerint mandato Iudicis. Lata autem ſententia pro creditore intra terminum ſupradictum trium menſium, teneantur maſſarij, & cauarzellani ad inſtantiam creditoris de mandato Iudicis infra terminum ab eo ſtatuendum prædicta bona conſignare, & tradere creditori, refectis tamen prius expenſis, ſi quas contigerit ipſos maſſarios, aut cauarzellanos feciſſe pro dictis rebus, & earũ occaſione.

Ita

Ita tamen ꝙ dicti maſſarij, & cauarzellani prædicta bona conducere non teneātur,ſed ipſe creditor ad locum, vbi ſunt bona ipſa, accedere,aut mittere teneatur ad ipſa bona conducenda. Et prædicta locū habeant in quibuſcunque alijs perſonis recipientibus cuſtodiam alicuius rei ſponte,exceptis mulieribus.

De tacita hypotheca emanata ex præceptis, vel ſententijs. LXXVIII.

VOLENTES obuiare fraudoloſis alienationibus, quę poſt præcepta de ſoluendo,vel poſt ſententias latas fiunt in eorum deluſionem; prouidemus ꝙ à tempore præcepti de ſoluendo facti in conuictum, vel confeſſum,vel quaſi,& tam in cauſa ciuili,q̃ criminali,ſiue ſenten tia ſit declaratoria, ſiue condemnatoria diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ, & ſiue iudicialis, ſiue arbitraria; omnes res,& bona eius, cui dictum præceptum factum fuerit,ſint,& eſſe intelligantur ipſo facto, & ipſo iure tacitè obligata creditori, in cuius fauorem præceptū factum fuerit. & hanc tacitam hypothecam volumus tranſire ad hæredes,& vniuerſales ſucceſſores dicti creditoris,vt ſic tam ipſe, q̃ eius hæredes,& vniuerſales ſucceſſores poſsint hypothecaria actione bona illa poſt ipſum præceptum quouis modo in alterum translata, à quocunque poſſeſſore, qui non habuerit priora iura,auocare. Declarantes quòd tempore ſententię latę in cauſa principali incipiat dicta hypotheca efficax duratura, ſiue illa ſententia abſque reclamatione tranſiuerit in rem iudicatam, ſiue ab ea quouis modo fuerit reclamatum, & reclamatione non obſtante quouis modo fuerit ipſa confirmata. Si vero prima fuerit abſolutoria, & ſecunda reformatoria,vel infirmatoria, incipiat à ſecunda, vel ab alia, quæ tranſiuerit in rem iudicatam.

Quòd ſi quis acceperit tenutam,vel in ſolutum bona alicuius & non inuenerit laboratorem, Iudices compellant cauarzellanos, & vicinos villæ ea laborare. LXXIX.

STATVIMVS ꝙ ſi quis acceperit tenutā, & poſſeſsionem alicuius rei ex primo,vel ſecundo decreto,vel ex pacto,vel ex lege, vel ex quacunque alia cauſa, vel fuerit ſibi in ſolutum adiudicata iudicialiter, vel ius aliquod habuerit in bonis alicuius, & propter eius potentiam,

metum,

metum, vim, vel impedimentum, vel ex alia quacunq; cauſa non inueniret aliquem, qui vellet, & poſſet laborare rem prædictam, cuiuſcunq; ſit conditionis vel qualitatis; teneatur Poteſtas, vel alij Iudices compellere cauarzellanum, & cõmune illius villæ, in cuius fundo ſita eſt dicta poſſeſsio, vel res, ad laborãdum dictam poſſeſsionem, vel poſſeſsiones, aut rem ſuis locis, & tẽporibus congruis, & fructus colligere, & de debita parte ipſorum reſpondere illi, ad cuius poſtulationẽ factũ fuit dictum præceptum. Quæ ſi facere recuſauerit, cõdemnetur cauarzellanus de ſuo proprio in centum ſolidis march. cõmune vero ipſius villæ in vigintiquinq; libris march. ad quam condemnationem non teneãtur pupilli, pauperes, & viduæ, & aliæ miſerabiles perſonæ. Et ſi ille, cuius fuerat dicta põſſeſsio, vel res, ſe oppoſuerit tacitè, vel expreſſè, & dederit, vel dare operam attentauerit contra prædicta, & mentẽ prædictorum, condemnetur in pœnam ſcutorum quinquaginta, & ad emendationem, & reſtitutionem cuiuſlibet damni, quod is, qui poſsidet, vel ius habet in rebus incurrerit: de quibus credatur ſacramento ipſius, primo facta taxatione per Iudicem.

De præcepto faciendo partibus ne accedant ad poſſeſſionem, de qua eſt quæſtio. LXXX.

SI quando erit quæſtio inter partes ſuper poſſeſsione aliquarum rerum immobiliũ, quia vtraq; pars ſe poſsidere contendat, ne aliqua pars poſsit ſibi vſurpare aliquod ius, quia ſuo nomine laboretur, vel pro ipſa, vel ideo quia de ipſa aliquos fructus percipiat, & ne altera poſsit priuari fructibus, ſi de iure pertinere deberent ad eandem; ſtatuimus, & ordinamus ꝙ Iudex competẽs, coram quo talis quæſtio oriretur, allegaretur, ſeu deduceretur per partes, vel aliam, incontinenti præcipere debeat vtriq; parti, ne deinceps accedant ad locum per ſe, vel per alium ſub certa pœna, & bãno. Deinde præcipiat laboratoribus, vel ijs, qui rem ipſam habent ſub mercede, ꝙ nemini eorum pendente cauſa debeant reſpondere, ſed pro ipſo Iudice debeant laborare ad vtilitatẽ illius partis, quæ apparebit melius ius habere in iure poſſeſsionis prædictę rei, & ipſi Iudici debeant denunciare quot, & quales ſint ibi fructus: & per Iudicem tunc diſponi debeat quid de ipſis fructibus faciendũ ſit, & vbi, & apud quem debeant collocari. Poſsit tamen pars quælibet tempore recolligendorũ fructuũ habere nuntium ſuum, & facere deſcribi quantitates fructuum, ne inde poſſet aliquod

damnum

damnum percipere. Vbi vero Iudici recepta ſtatim informatione, ẽt extraiudiciali ſummaria, parte tñ citata, conſtare poſſet alterum eorũ litigantium eſſe tunc, & fuiſſe prius in poſſeſsione per annum proxime præcedentẽ, eo caſu Iudex tueatur etiam absq; alia ſententia, ſeu pronuntia in poſſeſsione melius probantẽ, abſque tñ præiudicio iuriũ partium tam in poſſeſſorio, q̃ in petitorio, & tam intentato, q̃ intentando: quæ partium iura firma permaneant, nec aliquod intelligatur irrogatum pręiudicium ex tali informatione recepta, aut actu Iudicis. Si quis aũt contrafecerit in prædictis condemnetur cõmuni Ferrarię arbitrio Iudicis conſiderata qualitate, & conditione cauſæ, & perſonarum. Et volumus hoc ſtatutum habere locum ẽt in quolibet detentore legitimo.

De poſſeſsione turbata, vel inuaſa. LXXXI.

STATVIMVS, ſi quis poſſeſsionẽ, vel tenutam rei immobilis per aliũ poſſeſſæ ſua propria auctoritate ſine legali iudicio, aut conuentionali pacto intrauerit, vel turbauerit, aut ſi qua res immobilis ab alio poſſeſſa, vel tenta per aliquem propria auctoritate, & ſine legali iudicio, aut pacto conuentionali occupata, turbata, vel inuaſa fuerit, & de poſſeſsione, ſeu ſuper poſſeſsione contendat, vel contendatur, aut ẽt pro iniuria, vel de iniuria cauſa, & occaſione prędictorum agere velit; huius rei cognitionẽ, & determinationẽ volumus ſpectare, & pertinere ad Poteſtatẽ Ferrariæ, vel eius aſſeſſorẽ ad ciuilia deputatos, & non ad officium maleficiorum, optionem tñ concedentes ei, cuius poſſeſſio eſt inuaſa, vel turbata, & per vim cum armis occupata, accuſare turbatorẽ, vel inuaſorẽ, & taliter intrantẽ, & occupantẽ per vim, & cum armis ex forma præſentis ſtatuti, vel contra eum experiri quocunq; remedio ſibi de iure cõpetenti. Et ſi viã præſẽtis ſtatuti elegerit, & ſe poſsidẽte illum inuaſiſſe probauerit, tunc ſi poſſeſsionem ex hoc amiſit, condemnetur inuaſor ad reſtitutionem poſseſsionis, & in libris triginta march. communi Ferrariæ applicandis. Et ſi poſsidens poſſeſsionem non amiſit, condemnetur turbator, & occupator in libris quindecim march. cõmuni applicandis. & vtroq; caſu condemnetur ad reſtitutionem omnium eorum, quę percepiſſet accuſatus de poſſeſſione, de qua fuit accuſatus, & ad omne damnum, & intereſſe accuſantis, & in expenſis cauſæ. Si vero per conſtitutionẽ legis, ſi quis in tantam, vel alio quouis remedio ſibi competenti velit experiri, tunc corã prædictis procedatur iure ordinario, & condemnetur reus ſecundum

legis prædictæ,& alterius iuris formã. Si vero talis ingrediens,de poſſeſsione,& de eius iure contentionẽ non fecerit,vt quia laborator eſt, vel mercenarius,vel alius ſimilis,qui ad rem per alterum poſſeſsã pro alio acceſſerit,ignarus,& neſciens per alium rem eſſe poſſeſsã, ſed credens illum poſsidere,cuius nomine illuc acceſſerit,vel quia non perſiſtit in lite vſq; ad litis conteſtationẽ,ſed potius ipſum facti pœnitet,& à lite ante litẽ conteſtatã deſiſtit; tunc ex facto taliter ingredientis in poſſesſionem,ſeu in ea aliquod laborerium facientis,ipſi primo poſsidenti nullum generetur præiudicium, neq; hoc caſu ex tali facto ius aliquod alteri acquiratur: & his caſibus ſuper dicta accuſatione procedi prohibemus ad aliquam condemnationem, quicquid contrafactũ fuerit irritantes.

Quòd poſſeſsio defuncti cõtinuetur in hæredem. LXXXII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ poſſesſio defuncti cenſeatur trãſlata, & continuata in hæredẽ vnum, vel plures ipſius defuncti à morte ipſius, ět ante aditionem hæreditatis, ſeu apprehenſionẽ factam per hæredem ipſius hæreditatis,& ět ſi alius prius occupaſſet eam,vel eius partẽ aliquam. et ꝙ ex eã poſſeſsione ſicut ſupra tranſlata tribuantur, ſeu competant quęlibet interdicta,& remedia poſſeſſoria ět recuperãdæ. Determinantes ꝙ vbi quis reperiatur ſcienter indebitè aliqua bona hæreditatis,vel in hæreditate alicuius,ſeu fructus aliquos percepiſſe, vel occupaſſe,condemnatus ſit & eſſe intelligatur in pœna librarũ vigintiquinque march.maſſariæ cõmunis applicandarum,vltra alias pœnas iuris,& ſtatutorum noſtrorum, & ět ad reſtitutionem ablatorum,& emendationem cuiuſlibet damni,& intereſſe. Volentes,& ſtatuentes ꝙ in huiuſmodi cauſis in præſenti ſtatuto contentis procedi valeat vſque ad ſententiam,& eius executionem incluſiuè,ſine figura iudicij,& ferijs quibuſcunque meſsium, & vindemiarum, & repentinis non obſtantibus. Mandantes poſtremò ꝙ ſtatutum iſtud locum habeat, & procedat in quacunque poſſeſsione, vel quaſi poſſeſsione, quam habuiſſet defunctus, etiam ſi poſſediſſet bona vti feudalia, ſeu in quibus habuiſſet tantum vſumfructum, vel detentionem ſimplicẽ, ſi tamen quæſtio eſſet inter priuatos,ſecus ſi interueniret camera Ducalis, vel fiſcus, quia tali caſu ſeruari volumus quod hactenus obſeruatum fuit.

De ſa-

De ſalarijs Iudicum, Conſultorum, & aliorum, quibus permiſſum eſt recipere ſportulas in omnibus tribunalibus. LXXXIII.

DIGNVM arbitramur modũ rebus imponere, & labores meritorios irremuneratos nõ dimittere. Ideo de ſalarijs iuriſperitorũ, qui aſſumuntur ad conſulendũ in cauſis Iudicũ delegatorũ, arbitrorũ, & arbitratorũ, ac aliorũ, quibus permiſſum eſt recipere ſportulas in omnibus tribunalibus, ſic prouidemus; vt ſi vnus conſultor, delegatus, arbiter, & arbitrator, & alius, cui permiſſũ eſt recipere ſportulas, aſſumptus fuerit ad conſulendũ, iudicandũ, arbitrandũ, vel laudandũ in cauſa, ſi quidẽ fuerit aſſumptus ſuper aliqua interloquutoria cauſæ principalis, et habente vim diffinitiuæ, quantæcunq; ſit æſtimationis, ſalariũ ſit ſolidorũ xxx. march. pro parte. Si aũt aſſumptus fuerit ſuper tota cauſa diffinitiuẽ terminanda, aut in pronuntia præceptũ quindecim, vel viginti dierũ exequendum, vel non exequendũ, tunc ſecundum taxationẽ infraſcriptã ſalarium percipere poſsit, & debeat, & nõ vltra. Intelligendo tñ ſi, & quatenus fuerit negatum per reũ conuẽtum, vel quatenus reus contumax fuerit, nam pro ijs, quæ cõfeſſus fuerit, nolumus deberi aliquod ſalarium, niſi præceptum in cõfeſſum iudicialiter fieri oportuerit pro ſumma cõfeſſata, ſiue cõfeſsio fuerit facta de toto eo, quod petebatur, ſiue de parte, quo caſũ volumus Iudicem pro dicto præcepto recipere ſalarium ſententiæ interloquutoriæ.

Si igitur æſtimatio eius quod petitur, & negatur vtſupra, vere, vel veriſimiliter ſit librarum viginti march. habeat ſolidos decem marc. pro parte.

Sin autem à libris viginti march. ſupra vſque ad triginta, habeat ſolidos quindecim march. pro parte cuiuſcunq; ſit quantitatis ſumma. Et ſic de ſingulis ſequentibus intelligimus.

A libris vero triginta vſque ad quinquaginta habeat ſolidos viginti march. pro parte.

A libris quinquaginta vſque ad octuaginta habeat ſolidos triginta march. pro parte.

A libris octuaginta vſque ad centum habeat ſolidos trigintaquinque march. pro parte.

A libris centum vſque ad centum quinquaginta habeat ſolidos quadraginta march. pro parte.

A libris centumquinquaginta vſque ad ducentas habeat ſolidos quinquaginta pro parte.

A libris ducẽtis vſque ad ducentasquinquaginta habeat ſolidos quinquagintaquinque pro parte.

A libris ducentis quinquaginta vſque ad trecentas habeat libras tres march. pro parte.

A libris trecentis vſque ad quadringentas habeat libras tres, & ſolidos quinque pro parte.

A libris quadringentis vſque ad quadringentas quinquaginta habeat libras tres,& ſolidos decem pro parte.

A libris quadringentis quinquaginta vſque ad quingentas habeat libras tres,& ſolidos quindecim pro parte.

A libris quingentis vſque ad quingentas quinquaginta habeat libras quattuor pro parte.

A libris quingentis quinquaginta vſque ad libras ſexcentas habeat libras quattuor,& ſolidos quinque pro parte.

A libris ſexcentis vſque ad libras ſeptingentas habeat libras quattuor & ſolidos decem pro parte.

A libris ſeptingentis vſque ad libras ſeptingentasquinquaginta habeat libras quattuor, & ſolidos quindecim pro parte.

A libris ſeptingentis quinquaginta vſq; ad octingentas habeat libras quinque pro parte.

A libris octingentis vſque ad noningentas habeat libras quinque, & ſolidos quinque march.pro parte.

A libris noningentis march. vſque ad mille habeat libras quinque, & ſolidos decem pro parte.

A libris mille vſque ad libras millecentum march. habeat libras quinque,& ſolidos quindecim march. pro parte.

A libris mille cẽtum vſque ad milleducentas march.habeat libras ſex pro parte.

A libris mille ducentis vſque ad libras triamilia habeat pro parte ſolidos quinquaginta march. pro quolibet milliario: & ad rationem milliarij librarum march.vltra ſupradictam taxam pro dictis libris milleducentis.

A libris tribusmillibus vſque ad libras decem millia habeat pro parte ſolidos quadraginta pro quolibet milliario march.& ad rationem milliarij vltra prædictam taxam pro libris tribus millibus.

A libris vero decem millibus vſque ad libras viginti millia march.habeat pro parte ſolidos vigintiquinque march.pro quolibet milliario,& ad rationem milliarij, vltra etiam ſupradictam taxam.

Abinde

Abinde vero ſupra quantæcunq; ſit quantitatis percipere non poſsit vltra ſolidos viginti march. pro parte de quolibet milliario librarum march. & ad rationem milliarij, ſimiliter vltra ſupradictam taxam.

Pro cauſis autem poſſeſſorijs habeat dimidiũ illius, quod ſuperius taxatum eſt in hoc ſtatuto.

Pro cauſa vero, in qua petitur aliquem teneri reddere rationem administrationis, & per alterum id negatur, & de hoc tantum contenditur, Iudex pro hoc articulo recipiat pro ſalario quantum eſt taxatũ pro interloquutoria mera.

Pro cauſa vero redditionis rationis adminiſtrationis cuiuſcunque, in qua reliqua petantur certa quantitate non expreſſa, ſalarium ſit dimidium eius, quod pro tota adminiſtratione deberetur.

Pro pronuntijs autem continentibus appellationem, vel nullitatis dictionem, vel vtrunq;, aut reductionem non deuoluere, ſi à diffinitiua ſententia interpoſita fuerit appellatió, vel nullitatis dictio, vel petita reductio à laudo totum negocium diffiniente, declaramus quartam partem tãtum ſalarij ordinarij cauſæ deberi, ceſſante his caſibus ſtatuto in titulo; Quo tempore Iudicum ſalaria debeantur, quatenus de quarta, & dimidia loquitur.

Pro ſententijs continenribus appellationem deſertam, ſi eas proferri contigerit ante proceſſus publicationem, ſimiliter quartam partem ſalarij ordinarij cauſæ Iudici ſolui mandamus; ſi uero poſt, dimidiam, ceſſante & hoc caſu prædicto ſtatuto, quo tempore Iudicũ ſalaria debeantur, vt ſupra.

Pro pronuntijs autem factis in cauſa principali continentibus inſtantiam peremptam, Iudex habeat ſolidos triginta pro parte.

Pro cauſis autem corporalibus vbi tractatur de pœna mortis, habeat, & percipere poſsit vſque ad quantitatem ducatorum decem auri. Abinde infra ducatos quinque; & pro bonis, quæ ob tale delictum venirent confiſcanda, habeat tertiam partem eius, quod ſupra in cauſis ciuilibus per præſentem deliberationem taxatum eſt.

Et ſi contingeret ꝙ duo eſſent in cauſa Iudices, tunc medietas ſalarij vni ſoli taxati addatur, & totum inter eos ex æquo diuidatur. Si uero tres, aut plures quot quot fuerint, duplicetur ſalarium primi taxatum, & ex æquo vt ſupra diuidatur. Si vero eſſent duo arbitri, vel arbitratores, tunc ſolum percipiant tantum quantum taxatũ eſt vni conſultori. Si vero tertius aſſumatur, tunc medietas ſalarij

vni ſoli taxati addatur,& totum inter eos ex æquo diuidatur. Statuentes ꝙ Iudices ordinarij ad quæcunque tribunalia deputati, delegati, arbitri, vel arbitratores nullum poſsint percipere ſalarium pro interloquutorijs,etiam habentibus vim definitiuæ,latis, vel ferendis ante,vel poſt ſententiam,etiam in executione ipſius ſententiæ in cauſa,in qua ſalarium debeatur,ſed contenti ſint ſalario conſtituto in ipſa cauſa. & contrafaciens reſtituat indebitè receptū, & duplum parti læſæ. Declarantes etiam ꝙ pro ſententijs ferendis ſuper liquidatione in executione ſententiæ, ſi & quatenus Iudex ex actis ante diffinitiuam ſententiam factis potuiſſet liquidauiſſe in diffinitiua ſententia, nullum conſequatur ſalarium ;aliàs pro quantitate, & ſumma liquidata ſalarium percipiat iuxta formam noſtrarum conſtitutionum. Præſumimus autem non potuiſſe in diffinitiua ſententia Iudicem liquidauiſſe illa, ſuper quibus in proceſſu liquidationis per partem petentem liquidationē poſtea probationes aliquæ factæ fuerint.

In concedendo vero ſequeſtra, vel in reuocatione ipſorum; nullum Iudicibus debeatur ſalarium, niſi in reuocatione ſequeſtri præcedat cauſæ cognitio,contradictio partis,examinatio, & deciſio per ſententiam: quo caſu à decem libris ſupra vſque ad viginti poſsint Iudices recipere pro ſalario ſolidos decem in totum. Abinde ſupra vſque ad centum libras ſolidos viginti march. Et abinde ſupra ſolidos quadraginta march. Similiter obſeruari mandamus in committendo,vel reuocando capturam perſonæ,aut in pronunciando ſuper ea.

Pro cauſis autem ſeruitutum rerum incorporalium, & quorumcunq; iurium, ſalarium Iudicis non poſsit excedere ſummam librarum quattuor march. pro parte. minus autem ei taxari poſsit pro qualitate rei,& perſonæ;quod relinquimus in ſyndici generalis palatij arbitrio,eius conſcientiam onerantes.

Superiores vero bullettarum à centum libris ſupra habeant pro eorū ſalario id, quod alijs Iudicibus per ſtatuta taxatum eſt. Abinde vero infra percipere poſsint ſolidum vnum pro libra,& non vltra.

Quo tempore Iudicum ſalaria debeantur. LXXXIIII.

STATVIMVS ꝙ Iudices tam ordinarij,quam delegati, ſeu commiſſarij,& arbitri,& arbitratores,quibus per noſtra ſtatuta debentur ſalaria,ſeu ſportulæ, habere debeant totum ſalarium ſibi taxatum terminata

minata cauſa per ſententiam diffinitiuam. & ſi inſtantia pereat eorũ defectu nil percipiant, & nil debeatur eis pro ipſo ſalario. & ſi per ipſos non ſtaret quo minus ſententia, vel laudum proferretur, puta quia partes tranſigerent, vel communi conſenſu à lite, & iudicio diſcederent, vel defectu ipſarum partium perempta eſſet inſtantia, ſiquidem lis ſit conteſtata, vel habita pro conteſtata, & nondum ceperint de cauſa cognoſcere, habeant dumtaxat quartam partem totius ipſius ſalarij; & ſi publicato proceſſu de meritis cauſæ ceperint cognoſcere, habeant ſolum dimidium totius dicti ſalarij.

De ſalario Iudicis appellationis. *LXXXV.*

AD taxationem ſalarij Iudicis primarum cauſarum appellationũ accedentes, diſponimus q Iudex deputatus, vel deputandus officio cauſarum appellationum, habeat, & percipere poſsit id, quod conſultori, & alijs Iudicibus vt ſupra taxatum eſt, & dimidium plus, & non vltra.

De patrocinijs Aduocatorum. *LXXXVI.*

ADvocati autem, quorum glorioſæ vocis munimine res, bona, & interdum hominis vita defenduntur, dignum eſſe arbitramur vt debito ſalario non fraudentur. Verum quia contingit quandoq; vnum aduocatum totam ducere cauſam, quandoque plures ſimul, & quandoq; non totam, ſed partem; intendentes omnino de ſuo condigno patrocinio, quàm melius poſsimus prouidere: ideo ſtatuimus q ſi vnus erit aduocatus ſolus in tota cauſa percipiat, & taxatum eſſe intelligatur ſecundum modum, & formam, & ad eandem rationem, quibus taxata ſunt ſalaria Procuratorum, vt tantum percipiat pro tota cauſa à clientulo ſuo, quantum percipit Procurator à ſua parte, cũ quarto pluri, ſi & quatenus obtinuerit victoriam in cauſa, quod quartum ſuccedat loco palmarij: non dubitantes quòd cupiditate palmarij ardentius, & cum maiori ſtudio, & diligentia inſudabunt, atque laborabunt ad victoriam obtinendam in cauſis. Quod profecto arbitramur accedere ad vtilitatem ſuorum clientulorum. Si vero in vna cauſa plures fuerint aduocati etiam à principio, qui primo aduocatus fuerit, & continuè perſeuerauerit per ſe, vel alium eius nomine, vel non perſeuerauerit, quia forte iuſto impedimento fuerit

impe-

impeditus,intelligatur principalis;& illi debeatur patrocinium ſecũdum taxam prædictam. Alij,vel alijs, vel qui à principio non fuerint, taxetur patrocinium arbitrio Iudicis, qui teneatur ipſe per ſe, & non per alium taxare patrocinium ipſius aduocati,aliàs taxatio nõ valeat: & cuius cõſcientiam oneramus pro qualitate, & quantitate cauſæ, & laborum,numero allegationum, & ſecundum ſcientiam, & facundiã patroni,ſeu patronorum. Palmarium autem, quod ſupra in caſu victoriæ diſpoſuimus eo caſu, quando plures ſunt, volumus diuidi pro virili portione. In cauſa vero criminali,& criminaliter intentata ad officium maleficiorũ, ſi fuerit pœna pecunaria ſupra libras quinquaginta march. ad rationem prædictam ſalarium, ſiue patrocinium taxamus. Abinde infra taxamus libras tres march. Si ſanguinis,corporalis,aut corporis afflictiua citra capitalem, taxamus ducatorũ quattuor,& pro palmario vnum ducatũ in totum. Si capitalis,pro defendendo ducatos decem. Et ſi obtinuerit victoriam,duos pro palmario. Sed ei pro accuſatore intercedenti ducatos quinq; in totũ. Inſuper volumus,& mandamus ꝙ omnibus, & ſingulis ſex menſibus eligatur per Iudicem duodecim ſapiẽtum de collegio aduocatorũ vnus aduocatus pauperum iurantium ꝙ non habent vnde ſoluere poſſint, niſi aduocatus probauerit contrarium; qui teneatur gratis, & ſine aliquo ſalario conſulere,& patrocinium præſtare in omnibus cauſis ipſorum pauperum, ſub pœna librarum decem march. pro qualibet vice, qua patrocinium ſuum eis non præſtiterit.

De ſalarijs notariorum deputatorum ad ciuilia, & ad appellationes. LXXXVII.

NOTARIIS autẽ deputatis ad ciuilia,& ad appellationes, ac ad omnia, & quæcunq; tribunalia etiam extra palatium cõmunis Ferrariæ,vt bullettarum,gabellarum,& aliorum quoruncũq; officiorum ciuitatis, & diſtrictus Ferrariæ, quacunq; conſuetudine in contrariũ non attenta,ſtatuẽtes taxamus vt infra,videlicet;pro qualibet cedula citationis,notificationis,aut præcepti denarios ſex.Pro ſingulis quinque actis diuerſis, & non duplicatis ſolidũ vnum march. ponẽdo omnem,& quamlibet ſcripturam,libellum, & ſupplicationẽ in proceſſu, extenſam & extenſum pro quinq; actis. De appellatione releuata in publicã formam ſolidos decem march. & aliter nõ. Pro libello appellatorio ſolidos quinq; march. De qualibet interloquutoria habente

vim

vim diffinitiuæ,tertiam partem eius quod taxatum eſt vni conſultori in cauſa principali & pro releuãdo eam in publicam formã, tertiam partem prædictæ tertiæ; quam tertiam tertiæ habere non poſſit,niſi parte volente eam ſibi releuari, & non ante.& non ſufficiat notificatio ſententiæ,etiam cum totis eius verbis,pro releuatione. Declarantes ꝙ omnis alia interloquutoria,& vox Iudicis habeatur pro vno actu,etiam ſi fuerit pronuntiatum præceptum eſſe exequendum,vel nõ exequẽdum, vel huic ſimile. Pro ſententia autem diffinitiua tertiam partem eius, quod taxatum eſt vni conſultori in cauſa principali; & pro releuando eam ſentẽtiam diffinitiuã in publicam formã tertiam partem prædictæ tertiæ, parte inſtante eam releuari vt ſupra, & non ante. Idem circa omnia ſalaria notariorum ad maleficia deputatorũ ſeruetur. Pro exigendis autẽ debitoribus,& ipſis grauandis per notarios, notarius percipiat pro qualibet citatione, & pignoratione ſimplici quatrenos quatuor:& ipſe notarius ſoluere teneatur præconi facienti dictam citationem,vel pigneratione m, & hoc in ciuitate Ferrariæ.in burgis autem,& comitatu percipiat notarius quatrenos tres, nõ ſoluendo aliquid præconi. Pro licẽtia autem qualibet de capiendo perſonã,vel pignora,tam in ciuitate,q̃ in burgis, & comitatu, habeat notarius ſolidum vnum march. Statuentes etiam ꝙ de accuſis, denuntijs,ſiue querelis,quæ fiunt,vt quia aliquis vetuit pignora vel quia ſaltuarius habet beſtias vltra numerum debitũ, vel ꝙ laborauit ad operam,aut ꝙ quis leuauit frumentum,ſeu vindemiauit abſq; licentia patroni,& alia huiuſmodi ſimilia notarij quicunq;, excepto officio maleficiorum, ad quæcunque tribunalia exiſtant, aliquid pro ſimilibus accuſis,denuntijs,vel querelis,aut defenſis ab eiſdem accipere nõ poſſint,niſi pro actis tantum ſecundum formam ſupradictam.

De officio,iuramento, & ſalario æſtimatorum bonorum mobilium, vel immobilium in ciuitate, & diſtrictu Ferrariæ, & peritorũ,ac calculatorum. LXXXVIII.

STATVIMVS ꝙ ſi quo tempore,& aliquo caſu eligi cõtigerit per partes, vel per aliquem officialem cõmunis Ferrariæ aliquos æſtimatores,vnum,vel plures in iudicio,vel extra ad æſtimandũ aliqua bona mobilia,vel immobilia in ciuitate,vel diſtrictu facta ipſorum electione,& poſtq̃ acceptauerint eam,teneantur iurare manu tactis ſcripturis in manibus notarij rogandi de contractu, vel in manibus notarij, officialis,cuius mandato fuerint electi, ſe bene, diligenter, bona fide,

&

&ſine fraude,remoto odio,amore,timore,prece,precio,lucro,& damno ſuo,vel alieno,& omni alia humana gr̃a æſtimare;& q̃ ipſi æſtimabunt res ęſtimandas vero,& iuſto pretio, prout eis ſecundũ veram, & rectam conſcientiam videbitur:teneãturq; ſub vinculoiuramenti ire ad videndum res ipſas æſtimandas,& diligenter ſe informare de qualitate ipſarum rerum , niſi aliter de partium voluntate proceſſerit : & habita ipſa informatione teneãtur ipſi æſtimatores ſuam æſtimationem in ſcriptis referre , præmiſſo per eos iuramento de æſtimatione per eos bene,diligenter, & vt ſupra facta in manibus dictorum notariorum. Habeantq; ipſi æſtimatores pro ſua mercede,& ſalario, ſi res ipſæ æſtimandæ fuerint in ciuitate Ferrariæ pro qualibet æſtimatione vſq; ad libras vigintiquinq; march. in totum ſolidos decẽ march. à libris vigintiquinque vſq; ad centum ſolidos viginti march.à libris centum vſq; ad trecentum ſolidos triginta march . in totum. à libris trecentis vſq; ad libras quingentas march.libras duas march. in totũ: à quingentis libris vſq; ad libras mille march . libras tres tantum in totum:à libris mille vſque ad duo millia,libras quattuor march.in totum :à duobus millibus librarum vſque ad tria millia,libras ſex marc. in totum: à libris tribus millibus vſq; ad decem millia, ſolidos decem pro quolibet milliario, vltra taxam ſupradictam. abinde vero ſupra quantæcunq; fuerint quantitatis, habeant, & percipiant ipſi æſtimatores libras duodecim march . in totum ; intelligendo q̃ dicta ſalaria percipiant dicti æſtimatores à partibus , videlicet, dimidiã à qualibet earum,etiam ſi menſuratio bonorum per eos facta fuerit. Si vero res ipſæ æſtimandę fuerint in burgis ciuitatis percipiant vltra prædicta ſolidos decem marc.pro viatico ſuo,& expenſas cibi,& potus, & equi, vel nauis,ſi in naui acceſſerint. Si autem res ipſę fuerint in villis diſtrictus Ferrariæ, tunc ipſi æſtimatores percipiant pro qualibet die,& pro quolibet eorum,qua ſteterint abſentes à ciuitate Ferrariæ dicta de cauſa, vltra ſuperius dicta,ſolidos viginti march . & expenſas cibi, & potus,& equi,vel nauis,ſi in naui acceſſerint,vt ſupra dictum eſt. Declarãtes q̃ ſi caſus cõtingeret aliquã rem æſtimari,quę eſſet condititia q̃ quo ad ſolutiones faciẽdas ipſis æſtimatoribus, habeatur reſpectus ad æſtimationẽ,& valorẽ vtilis dominij, vel iuris ipſius debitoris, ẽt ſi ipſi ęſtimatores retulerint æſtimationẽ iure proprio. Periti ẽt,& calculatores ſeu ratiocinatores in iudicio,vel extra electi teneãtur iurare, vt ſupra;& habeãt ſalariũ iuxta p̃dictã taxã, & nihil vltra percipere poſſint,ſed interdũ minus arbitrio ſyndici ꝓ qualitate negotij,& laboris.

A quo

A quo debeant fieri taxæ prædictorum ſalariorum. LXXXIX.

QVIA plerunq; ſolent oriri controuerſiæ ſuper quantitate,& taxatione ſalariorum, de quibus in præcedentibus mentionem fecimus,vt tollamus quo magis poſſumus occaſionem litium, & controuerſiarum; ſtatuimus quòd Syndicus palatij communis ea taxare debeat per notarium officij ſui ad petitionem cuiuſlibet partis iuxtà taxas ſuperius per nos factas,non obſtantibus pactis,& conuentionibus quibuſcunque,quas, quæuè nullius momenti eſſe declaramus. Ordinantes ipſum notarium poſſe recipere pro mercede ſolidos quattuor march. pro qualibet taxa in omni, & quacunque cauſa, & non vltra, & ipſum Syndicū debere cognoſcere, ac iudicare de quæſtionibus ſuperinde naſcentibus.

De indemnitatibus mulierum, & earum contractibus. XC.

INDEMNITATIBVS mulierum,quarum ſexus eſt fragilis,quibus prouideri publica ſuadet vtilitas,& æqua ratio, quę etiā faciliſſime blanditijs hominum alliciuntur propter earum verecundum ſexum, timoremque reuerentialem,quem eis ſexus,& natura induxit,hac ſalubri lege,prout poſſumus,prouidentes ſtatuimusq; nulla mulier cuiuſcunque ætatis ſit, nupta, vel non nupta poſſit aliquem contractum, vel quaſi cōtractum,vel diſtractum,obligationem,confeſsionem, alicuius quantitatis receptionem,rènuntiationem,fideiuſsionem,dationem,dotis promiſsionem,venditionem,alienationem,vel aliū quemuis contractum inire, vel hæreditatis aditionem, vel immixtionem; per quem,vel quam quoquo modo appareat obligata,vel aliquod qualecunque præiudicium ſibi generetur,ſine præſentia, & conſenſu patris, ſi ſupereſt,vel vnius ſaltem ex filijs,maioris tamē vigintiquinque annis,ſi pater non ſupereſt, ſeu duorum fratrum, ſi ipſos habuerit, vel vnius tantum, duobus non extantibus; quibus deficientibus interuenire debeat præſentia,& conſenſus duorū proximorū conſanguineorū maiorum annis xxv. vnius ex parte patris, qui tamen ſit de eadem agnatione, alterius ex parte matris,vel duorum ex altera linea tantū, ſi in alia deficit,ſi extant,& ſi duo nō extant,cum conſenſu vnius tantum: & intelligatur quòd perſonæ ſint bonæ diſcretionis, & famæ, ac opinionis,& ab omni ſuſpicione remotæ, & q; in dicto contractu nullum habeant intereſſe,& in ipſo cōtractu, vel inſtrumēto nullo modo eidem,

eidem,cui ſe obligat mulier,obligentur. Et ꝙ conſanguinei,qui interuenire habent pro auctoritate, & conſenſu præſtando mulieribus ex forma præſentis ſtatuti,ſiue fuerint mulieres minores,ſiue maiores vigintiquinque annis,iurare debeant ſe eſſe proximiores,prout eſt diſpoſitum in ſtatuto ſequenti.& ſi tales conſanguinei iurauerint ſe proximiores,prout in dicto ſtatuto diſponitur, vel mulieres ipſę iurauerint conſanguineos ipſos eſſe proximiores, prout in dicto ſtatuto diſponitur,tunc non poſsit probari contrarium directè, nec indirectè, nec quouis quæſito colore:& volens probare non audiatur,& contractus ipſe ſit penitus irreuocabilis, & infrangibilis. Similiq; modo ſi mulier iurauerit carere conſanguineis vnius lateris,aut lineæ, aut vtriuſque,poſtea contractus reſcindi non poſsit, licet conſtet quòd tunc aliquem de prædictis habuerit. Et aliter factus contractus,obligatio, confeſsio,vel renuntiatio, fideiuſsio, donatio, dotis conſtitutio,venditio,alienatio,vel hæreditatis aditio, immixtio,vel alius cõtractus, vel quaſi, non valeat & non teneat ipſo iure. Item quòd nulla perſona,etiam ꝙ ſit pater,mater, filius, vel frater, vel quilibet alius poſsit contrahere,vel quaſi,vel aliquod agere aliquo ex prædictis modis cum aliqua muliere ſine ſolennitate præſentis ſtatuti, etiam ſi in prædictis,vel aliquo prædictorum interceſſerit iuramentum:quod nolumus,& prohibemus in aliquo ex prædictis interponi. Et ſi interpoſitum eſſet, ex nunc auctoritate præſentis ſtatuti intelligatur metu, dolo,& per vim extortum,& in fraudem ſexus muliebris. Inhibentes notarijs,qui rogati erunt de aliquo inſtrumento de prædictis, vt non deferant iuramentum mulieribus, nec rogati ſint de delatione dicti iuramenti ipſis mulieribus, niſi ſeruata ſolennitate prædicta, ſub pœna vigintiquinque librarum applicanda collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ:quam maſsarius dicti collegij exigere teneatur,ſub pœna ſoluendi tantumdem de ſuo, applicanda prædicto collegio. De quo quidem contractu,vel aliquo ex ſupradictis volumus ꝙ aliquis nõ audiatur coram aliquo Iudice, vel officiali ciuitatis Ferrariæ, vel etiã coram conſilio Iuſtitiæ domini:immo petens,& agens, vel excipiens vigore talis contractus, vel alicuius ex prædictis, auctoritate præſentis ſtatuti intelligatur cadere à iure ſuo,& in pœnam ſoluendi de ſuo mulieri,aut eius hæredibus tantumdem ꝙ in contractu,vel obligatione continetur,& omne damnum,intereſſe,& expenſas omni circumſcriptione,ſi qua per interpoſitam perſonam, vel quocunq; modo fuerit excogitata,ceſſante. Hoc addito ꝙ ſi qua perſonarum prædictarũ,

cuius

cuius præſentia, & conſenſus requiratur, fuerit abſens à ciuitate Ferrariæ,& eius comitatu,illius præſentia adhibeatur,cuius neceſſaria eſſet,ſi ille non eſſet in rerum natura:quòd ſi talis conſanguineus,cuius præſentia requiritur, requiſitus fuerit à dicta muliere, vel ab alio eius nomine in præſentia teſtium, vel de commiſsione Iudicis per nuntium, ſeu præconem communis Ferrariæ,aut veniat ad conſentiendũ alicui prædictorum,& declaretur ei locus, & tempus contractus,& actus celebrandi,& ille venire neglexerit, tunc debeat alium proximiorem requirere, ac ſi ille non eſſet in rerum natura; ita vt amplius non ſit neceſſaria eius requiſitio, ſponte tamen veniens admittatur. Quibus omnibus negligentibus,vel non extantibus in rerum natura, vel non repertis, vel recuſantibus conſenſum ſuum præſtare ex aliqua cauſa, poſsint ipſum contractum, & prædicta omnia facere eorum abſentia non obſtante, cum licentia tamen Iudicis duodecim ſapientum; de qua appareat in actis notarij rogandi de contractu, & cum auctoritate Iudicis communis Ferrariæ. Qui teneatur tunc perſcrutari diligenter à vicinis,& ab alijs, qui veriſimiliter notitiam habeant rerum gerendarum, cauſas contractus, vel actus celebrandi per mulierem, & cauſas recuſationis propinquorum: qui ſi viderit tendere ad vtilitatem eius, interponere debeat auctoritatem, & conſenſum ſuum, aliàs non: in quo conſcientiam eius oneramus. Item ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi aliqua mulier aliquam obligationem, fideiuſsionem, vel promiſsionem fecerit pro eius marito, in caſu quo loquitur Authen. ſi qua mulier.C.ad velleia. vel cum ipſo marito, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim cum eo ſe obliget, eodem, vel diuerſis temporibus non valeat, nec teneat, etiam ſi in dicta obligatione, fideiuſsione, vel promiſsione fuerit iuramentum interpoſitum: quod auctoritate præſentis ſtatuti intelligatur & metu, & propter minas, & terrores eidem illatos extortum, etiam ſi aliquo tempore talis actus fuerit per mulierem ratificatus; nec poſsit probatio in contrarium admitti, nec vigore talis obligationis, fideiuſsionis, vel promiſsionis poſſit quis agere, vel experiri in iudicio,nec à quocunque Iudice quomodolibet audiatur. Et agens incidat in pœnas, de quibus ſupra. Et ſimiliter non valeat renuntiatio facta per mulierẽ in vltimis bonis viri pro iure eidem competenti pro ſua dote, ét ſi iuramentum interuenerit:quod ſimiliter præſumatur metu,dolo,propter minas,& terrores ei illatos extortum,ét ſi ratificata fuerit, vt ſupra. Inhibentes notarijs ne de prædictis rogentur, vt ſupra diximus in alio caſu præſentis ſtatuti,

P niſi

niſi in aliqua ex cauſis proximè dictis fuerit diſpenſatũ per conſilium Iuſtitiæ Illuſtriſs. dñi noſtri, cum præſentia, & conſenſu duorũ proximiorum conſanguineorum ipſius mulieris, vel patris, vel filij, vel fratris, vel aliorum, ut ſupra. Quod conſiliũ diſpenſare poſsit in caſibus ſupra proximè dictis demum iuſta, neceſſaria, & legitima cauſa ſubſiſtente; de qua in inſtrumento fiat mentio ſpecialis. & prædicta non intelligantur in conſtitutionibus procuratorum ad cauſas, nec in tenutis, nec actibus, ſiue negotijs iudicialibus, nec in receptionibus pecuniarum infra lib. decem mar. ſemel tñ pro unico debito, nec in confeſsionibus uſque ad dictam quantitatem, nec ſi receperit aliquid extra pecuniam pro neceſsitate uictus, & ueſtitus, nec in locationibus domorum, poſſeſsionum, uel rerum immobilium uſq;, & infra tẽpus quinq; annorum, nec in annuis præſtationibus ex quacunq; cauſa dũ modo uno anno pro pluribus mercedẽ, aut aliã ſummã non recipiat. Et idem in conductionibus domorum ad modicum tẽpus, & in cõductionibus laboratorum, uel famulorũ. Teneantur tñ mulieres ex contractibus, & diſtractibus ſuis ſine ſolennitatibus prædictis celebratis eatenus, quatenus factæ ſint locupletiores. Addentes ꝙ per mulieres, durante vna locatione, non poſsit alia fieri, niſi in ultimo anno prædictæ locationis, & aliter facta ſit ipſo iure nulla.

De contractibus minorum. XCI.

NE bona minorum facilè diſsipentur, ac ne ipſi à doloſis cum preci pitio eorũ defraudentur, ſtatuimus ꝙ nullus minor poſsit aliquẽ contractum, vel quaſi contractum, uel diſtractum, obligationem, confeſsionem, abſolutionem, remiſsionem alicuius quantitatis, renuntiationem, fideiuſsionem, donationem, uenditionem, alienationem, dotis conſtitutionem, uel receptionem, uel alium quemuis contractum inire, uel hæreditatis aditionem, ſeu immixtionem, per quem, uel quam quoquo modo appareat obligatus, uel aliquod qualecunq; præiudicium ſibi generetur, ſine ſolennitatibus à iure communi requiſitis. Et ultra eas etiam ſine præſentia, & conſenſu patris, uel aui, ſi ſupereſt, uel fratris, ſeu duorum fratrum, ſi ipſum, uel ipſos habuerit, maiorẽ, uel maiores uigintiquinque annis; quibus deficiẽtibus cũ præſentia, & conſenſu duorũ proximiorũ conſanguineorũ qui tñ ſint de eadem agnatione, maiorum annis uigintiquinque, unius ex parte patris, alterius ex parte matris, uel duorum ex altera linea

tantum,

tantum,ſi in alia deficit,ſi extant,& ſi non extant duo,cum conſenſu vnius tantum, iurantium, ſeu iurantis ſe eſſe proximiores, & qui ſint in ciuitate,& diſtrictu Ferrariæ: quo caſu minor non audiatur volens probare contrarium directè, nec indirectè, nec quouis quæſito colore: & contractus ſit ipſo iure irreuocabilis, & infrangibilis; & ſimiliter ſi pubes iurauerit carere conſanguineis vnius lateris, aut lineæ, aut vtriuſque, poſtea contractus reſcindi non poſsit, liceat conſtet quòd tunc aliquem de prædictis habuerit. Et intelligatur quòd tales perſonæ ſint bonæ diſcretionis, & famæ, ac opinionis,& ab omni ſuſpicione remotæ, & quòd in dicto contractu nullum habeant intereſſe,& in ipſo contractu,vel inſtrumento nullo modo eidem,cui ſe obligat minor,obligentur:& aliter factus contractus obligatio,cõfeſſio,vel renũtiatio,fideiuſsio,donatio,venditio,alienatio,dotis inſtrumentũ,vel receptio expreſſa,vel tacita,vel hæreditatis aditio,immixtio,vel alius contractus,vel quaſi,vel diſtractus non valeat,& non teneat ipſo iure. Item ꝙ nulla perſona poſsit contrahere, vel quaſi, vel aliquid agere aliquo ex prædictis modis cum aliquo minore ſine ſolẽnitate præſentis ſtatuti, etiam ſi in prædictis,vel aliquo prædictorum interceſſerit iuramentum:quod nolumus,& prohibemus in aliquo ex prædictis interponi,& ſi interpoſitũ eſſet ex nunc auctoritate pręſentis ſtatuti intelligatur metu,dolo,& per vim extortum,& in fraudem ipſius minoris. Inhibentes notarijs,qui rogati erunt de aliquo inſtrumento de prędictis,vt non deferant iuramentum,nec ſponte ſuſceptũ deſcribant,minoribus ẽt iurantibus ſe maiores:quod iuramentum ſi delatum fuerit, vel ſponte ſuſceptum,dolo, & metu extortum cenſeatur, & fingatur: nec rogati ſint de delatione dicti iuramenti ipſis minoribus, niſi ſeruata ſolennitate prædicta, ſub pœna vigintiquinque librarum march. applicanda collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ, quam maſſarius dicti collegij exigere teneatur, ſub pœna ſoluendi tantumdem de ſuo, applicanda prædicto collegio. De quo quidem contractu, vel aliquo ex ſupradictis volumus ꝙ aliquis non audiatur coram aliquo Iudice, vel officiale ciuitatis Ferrariæ ſeculari, vel eccleſiaſtico, vel etiam coram conſilio Iuſtitiæ domini: immo petens, & agens,vel excipiens vigore talis contractus, vel alicuius ex prædictis auctoritate præſentis ſtatuti intelligatur cadere à iure ſuo, omni circumſcriptione (ſi qua per interpoſitam perſonam, vel quocunque modo fuerit excogitata) ceſſante. Hoc addito ꝙ ſi qua perſonarum prędictarũ,cuius præſentia,& cõſenſus requiritur,fuerit abſens à

P ij ciuitate

ciuitate Ferrarię, & eius comitatu, illius pręſentiá adhibeatur, cuius neceſſaria eſset, ſi ille non eſset in rerum natura. Quòd ſi talis conſanguineus, cuius præſentia requiritur, fuerit requiſitus à dicto minore, vel ab alio eius nomine in præſentia teſtium, vel de commisſione Iudicis per nuntium, ſeu præconem communis Ferrariæ, vt veniat ad conſentiendum alicui prædictorum, & declaretur ei locus, & tēpus cōtractus, & actus celebrandi; & ille venire neglexerit, tunc debeat aliū proximiorem requirere, ac ſi ille non eſset in rerum natura. Quibus omnibus negligentibus, vel non extantibus in rerum natura, vel non repertis, poſsit ipſum contractum, & prædicta omnia facere eorū abſentia non obſtante, cum licentia tamen Iudicis duodecim ſapientum; de qua appareat in actis notarij rogandi de contractu, & cū auctoritate Iudicis communis Ferrariæ: qui Iudex communis Ferrariæ teneatur tunc perſcrutari diligenter cauſas contractuū, vel actus celebrandi per minorem, & etiam cauſas recuſationis propinquorum, & à vicinis, & ab alijs, qui veriſimiliter notitiam habeant rerum gerendarū; & ſi viderit tendere ad vtilitatem eius, interponere debeat auctoritatem, & conſenſum ſuum, aliàs non, in quo conſcientiam eius oneramus. Et prædicta non intelligantur in cōſtitutionibus procuratorū, ſeu curatorum à Iudice datorum ad cauſas, nec in renuntiis, nec in actibus, ſiue negocijs iudicialibus, nec in receptionibus pecuniarum infra decem libras march. ſemel tantum pro vnico debito, nec in confeſsionibus ſemel tantum pro aliquo debito vſque ad dictam quantitatem; nec ſi receperit aliquid extra pecuniam pro neceſsitate victus, & veſtitus vſque ad dictam quantitatem, & ſemel tantum cum eadem perſona, nec in locationibus domorum, poſſeſsionum, vel rerum immobilium; quæ tamen res, domus, & poſſeſsiones non excedant precium librarum quingentarum march. vſque ad, & intra tempus quinque annorum, nec in annuis præſtationibus ex quacunque cauſa, dummodo vno anno pro pluribus mercedem, aut aliam ſummam non recipiat; nec in exactionibus introituum ſuorum à colonis, mezadris, laboratoribus, caſtaldis, vel factoribus, nec ſi eſſet publicus mercator, aut artifex de ſpectantibus ad mercationem, & eorum artificium. Teneantur tamen ipſi minores ex contractibus, & diſtractibus ſuis ſine ſolēnitatibus prædictis celebratis eatenus, quatenus facti ſint locupletiores. Volentes pro commoditate ipſorum minorum contractus eorum fieri poſſe cum omnibus prædictis ſolennitatibus in ferijs meſſium, & vindemiarum, & quibuſcunque alijs ferijs, etiam repentinis,

tinis, exceptis ferijs in honorem Dei; & quòd etiam poſsit eodem tempore dari tutor, vel curator,& contractus celebrari ſecundum tamen formam, de qua ſupra.

Quòd alteri per alterum acquiri poßit. XCII.

STATVIMVS quod alter, etiam priuatus, alteri etiam extraneo,& cuius poteſtati ſubditus non ſit, poſsit ſtipulari, & acquirere actionem, & omne aliud ius, etiam poſſeſsionis, nomine cuius facta erit talis ſtipulatio,& acquiſitio,abſque alia ceſsione, & ratificatione.

Quòd contractus, & contrahendi promißiones præcisè obſeruentur. XCIII.

CVM nimis indignum ſit proprijs conuentionibus obuiam ire, ſtatuimus quod ſi quis rem aliquam mobilem, aut immobilem vnam, vel plures iure permittente alicui vendiderit,vel vendere, aut reuendere promiſerit certo precio;& emptor,vel is,cui promiſsio facta eſt de vendendo,vel reuendendo precium in venditione, vel promiſsione conſtitutum venditori,vel ei,qui promiſit ſoluerit, & conuenta ſeruauerit;vel venditore,aut eo,qui vendere,vel reuendere promiſit,recuſante precium conuentum recipere, emptor, vel is, cui promiſsio facta fuit de mandato Iudicis apud idoneam perſonam precium conuentum depoſuerit, & conuenta inter ſe apud acta (Iudice hoc approbante) ſe obſeruaturum obtulerit,poſsit emptor, vel is, cui promiſsio facta eſt,propria auctoritate ſine alia Iudicis licentia capere tenutã, & corporalem poſseſsionem rerum immobilium vnius, vel plurium emptarum, vel quæ uendi, uel reuendi promiſsæ ſunt,& ſibi pro precio conuento retinere,eosq; iuſtos emptores haberi uolumus,ac ſi traditio facta interueniſset, tueriq;, ac conſeruari in ea poſseſsione per Iudicem:& auctoritate præſentis ſtatuti eo caſu bona omnia uenditoris,uel promiſsoris tam præſentia, quam futura intelligantur, & ſint expreſsè hypothecata pro euictione rei. Si tamen tempore ſolutionis, uel depoſitionis precij uẽditor,uel is,qui promiſit poſsidebat, nec audiatur is,qui uendidit,uel promiſit,ſi uelit præſtare intereſse. Sed ſi mobilis res fuerit,& tempore ſolutionis, uel depoſitionis poſsederit uenditor,uel promiſsor,non liberetur præſtando intereſse,ſed omnino compellatur ad traditionem. Quòd ſi tempore uenditionis,uel

promiſsionis poſſederit,licet tempore ſolutionis,vel depoſitionis nõ poſsideat,vel dolo poſsidere deſierit;quolibet dictorum caſuum idem iuris ſeruari diſponimus. at vbi neutro tempore poſsidebat, nec dolo poſsidere deſierit,ius cõmune ſeruetur: quæ ẽt quatenus adaptari poſſint,volumus obſeruari in quocunq; iure incorporali, & vbi quis aliũ quocunq; iure inueſtiuerit,aut inueſtire promiſerit,vel alicui conceſſerit,vel concedere promiſerit,ſiue ad longum, ſiue ad breue tempus, vel emerit,vel emere promiſerit,vel quemcunq; alium contractum fecerit,vel facere promiſerit. Quæ oĩa locum habeant etiam in venditionibus,vel promiſsionibus de vendendo,precio in alterius arbitriũ collato,& per æſtimatorem vnum,pluresúe declarato:ad cuius declarationẽ volumus prædictos electos ad inſtantiam cuiuſq; partis à quocunq; Iudice ad id requiſito cogi quibuſcunq; remedijs executiuis.

De vendente, locante, vel concedente rem duobus diuerſis temporibus. XCIIII.

STATVIMVS ꝙ nulla perſona audeat rem immobilem,vel incorporalem,q̃ alicui vendiderit certo precio, vel precio per alterum certificando,vel ad vſum,vel alio iure ad longum, vel breue tempus conceſſerit,alteri perſonæ vendere, vel alio iure concedere, vel aliquem contractum cum aliqua perſona de dicta re inire:& contrafaciens cõdemnetur in libr. quinquaginta march.& nihilominus contractus in præiudicium primi acquiſitoris nõ valeat ipſo iure, nec ex eo cõpetat actio,vel exceptio,aut defenſio,ẽtſi ipſi primo acquiſitori prius tradita nõ fuiſſet,ſed ſecundo,aut poſteriori. Idem ſeruandum eſt ſi res mobilis fuerit vendita, ſed eo caſu venditor cõdemnetur in libris x. mar. Si vero rem immobilẽ alicui locatã, infra tempus locationis locator alicui locauerit,valeat prima conductio,& non ſecunda;niſi ipſa ſecũda eſſet ad longum tẽpus.& nihilominus condemnetur locator in lib. vigintiquinq; march. & ad omne damnũ,& intereſſe,& expenſas ipſi conductori,quæ ipſe ea occaſione fuerit paſſus. quæ quidem pœnæ applicentur pro dimidio cõmuni Ferrariæ,& pro alio dimidio primo acquirenti,ſeu conducenti. Et idem obſeruetur in promittente vendere, ſi de promiſsione certo precio,vel per alterum certificando facta, appareat per publicum inſtrumentum,vel probatio per quinq; teſtes.

De cambio,

De cambio, ſiue permutatione facienda. XCV.

AD commoda vicinorum aſpicientes, ſtatuimus quòd ſi quis habuerit in comitatu Ferrariæ aliquam petiam rerræ aratoriæ, vſq; ad ſex ſtaria incluſiuè tantum, vel vineam vſque ad tria ſtaria tantum, vel pratum vſq; ad ſtaria decem tantum, vel terram boſchiuam, valliuam, aut paſculiuam vſque ad viginri ſtaria tantum: quæ res qualitatum, & quantiratum ſupradictarum non ſint coniunctæ aliquibus alijs rebus etiam diuerſæ conditionis eiuſdem domini, intelligendo coniunctas, etiam ſi intermedius ſit agger communis Ferrariæ, vel via publica, & ſint conuicinæ alicui confinanti à tribus lateribus, vel duobus, & via, ſeu aggere communis, etiam quòd ab altero latere viæ, ſeu aggeris communis adſint bona perſonæ penitus diuerſæ: prædictas res, & quamlibet earum teneatur dare in cambium, & permutare cum ſic confinante, offerente aliam rem æque commodam, & æquiualenrem poſitam in eadem villa: vel ſi talis confinans non habeat rem conditionis proximè dictæ permutandam, teneatur prædictas, & quãlibet earum vendere eidem pro iuſto pretio ſibi per emere volentem integraliter tempore huiuſmodi contractus perſoluendo. Et tali caſu teneatur etiam emere volens ad totam gabellam, quæ pro vtraque parte ex cauſa dicti contractus debita eſſet. Et vlterius etiam teneatur ad dimidium alterius gabellæ, quæ debeatur quandocunque pretium illud in alia re immobili inueſtietur tempore dictæ inueſtitionis & non ante, nec aliter perſoluendum: ad quam tunc omnibus iuris remedijs compelli poſſit. Et ſi in prædictis partes non poſſenr eſſe cõcordes, ſtetur arbitrio duorum, qui per partes eligantur: & in caſu diſcordiæ earum aſſumatur tertius de numero confidentium: in quem ſi partes conuenire non poſſent, ſtetur arbitrio Iudicis aggerum dictæ villæ. Er prædicta non vendicent ſibi locum in caſalibus, & cortilibus, hortis, aut ſeraleis pro bobus, niſi quatenus idem videatur Iudici duodecim ſapientum ex aliqua cauſa; qui in prædictis omnibus, & ſingulis adiri ſolus debeat, & ſuper eis ipſe omnibus iuris, & ſtatutorum ſolẽnitatibus, ac iudiciorum ordinibus circumſcriptis, quocunque tempore etiam feriato, cognoſcere, & terminare habeat prout ſibi iuſtum ac conueniens fore videbitur, omni, & quacunque appellatione, nullitaris dictione, & quocunque alio refugio prorſus remotis. Inſuper quia reipublicæ intereſt vrbem ædificijs exornari, prouidemus quòd quandocunque aliquis ædificare voluerit aliquod pulchrũ ædificium,

&

& indigeat aliqua domo ſibi contigua immediatè pro ædificio illo, adeo ꝙ abſque illa domo, vel ceſſet ab ædificando, vel minus perfectũ ædificium faciat; de quibus ſtari debeat arbitrio, & declarationi Illuſt. Ducis noſtri, teneatur dominus talis domus, illi eam vẽdere iuſto precio, per duos peritos per partes eligendos æſtimando, & in caſu diſcordiæ per tertium: in quem ſi partes conuenire nõ poſsint eligatur per Iudicem duodecim ſapientum. Et hoc caſu ſimiliter teneatur emere volens ſoluere gabellam debitam pro vtraque parte, & dimidium alterius gabellæ, quæ debita erit quandocunque dictum precium inueſtietur in aliqua re immobili, vt ſupra dictum eſt, perſoluendum. prçterea etiam prçſtare cautionem arbitrio Iudicis duodecim ſapientum de dicto ædificio conſtruendo intra tempus annorum duorum. Adijcientes ꝙ quæ ſuperius diximus de domo contigua, per omnia obſeruentur in area, horto, & quolibet alio loco non ædificato, dummodo ædificare volens ſit paratus totam aream, hortum, vel locum non ædificatum emere; & area, hortus, vel locus non ædificatus non inſeruiat domui eiuſdem domini. Et in prædictis omnibus, & ſingulis ſubſequuta declaratione prædicta adeatur etiam Iudex duodecim ſapientum, qui cognoſcere, & terminare debeat, vt ſupra per omnia dictum fuit.

Ne apothecæ locari, vel vendi poſsint non requiſitis conductoribus. XCVI.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ conducentes apothecas, vel fonticos, ſiue artifices, ſiue mercatores ſint, teneantur, & debeant debitas pẽſiones ſoluere locatoribus intra terminum inter eos conuentum: vel ſi cõuentum de eo non fuerit, in principio cuiuslibet ſemeſtris. quod ſi requiſiti à locatoribus facere negligentes fuerint, & intra duos mẽſes ſequentes proximè non ſoluerint, aut ſatisfecerint, liceat locatori apothecam, vel fonticum ſuum alteri locare, vel de apotheca, vel fontico conductorem expellere, ſoluente tamen conductore penſionem pro rata temporis. Poſsit tamen locator in omni caſu, ſi non receperit penſionem, conuenire conductorem ad penſionem debitam. Nec locatores poſsint, nec debeãt apothecas, vel fonticos artifici, vel mercatori locatos alicui alteri locare, vel vẽdere, niſi primo requiſiuerint conductores, an velint vlterius reconducere, vel emere. Et ſi maiorẽ penſionem ab aliis habere poterunt, q̃ à primo conductore, ceſſante omni fraude cũ iuramento ipſius domini locantis, debeãt illud eidẽ

primo

primo ſignificare,& neminem alium præponere primo conducenti, ſi eo maiori precio ab alio oblato reconducere voluerit. quod ſi facere recuſauerit primus conducens,liceat locatori apothecam, vel fonticum ſuum poſt octo dies poſtq̃ denuntiauerit primo conductori,alijs maius precium offerenti locare. & poſsit ſimiliter locator apothecã locatam alteri facta notificatione prædicta vendere, ſi infra menſem primus conductor apothecam, vel fonticum locatum emere noluerit à die denuntiationis prædictæ numerandum. quòd ſi conductor emere voluerit,teneatur,& debeat locator ei apothecam,vel fonticũ vendere potius q̃ alteri eo precio,quod à quocunque alio poterit habere. Et ſi locator apothecam,vel fonticum pro ſe,vel filijs,& deſcendentibus,vel colateralibus in ſecundo gradu vellet, & in ea,vel eo ſe, vel prædictos exercere,teneatur illud conductori ſignificare,& ei licẽtiam dare per quatuor menſes antequam ipſe velit eius apothecam, vel fonticum pro vſu ſuo,vel pro prædictis. Adijcientes ad obuiandum fraudibus ꝙ dominus caſu prædicto, quo voluerit apothecã pro ſe, vel alijs, de quibus ſupra,non poſsit eam alteri locare infra primũ ſemeſtre,ſub pœna librarum vigintiquinque march. applicandarum maſsariæ communis Ferrariæ, abſque voluntate primi conductoris. Nec poſsit conductor domum, apothecam, vel fonticum prædictum alteri locare,ſi locator voluerit ipſam rem in ſe ſuſcipere: de quo teneatur ipſe conductor locatorem interpellare. Intelligatur tamen conductor reconduxiſſe per annum finito tempore locationis, niſi per quattuor mẽſes ante tempus finitum ſignificauerit locatori ꝙ nolit in locatione perſeuerare: & idem ſucceſsiuè ſeruetur etiam finito anno reconductionis. & prædicta omnia locum habeant etiam in capſonis à cimatore,& magazenis,& in quacunque reconductione etiã tacita. Adijcientes ꝙ contenta in præſenti ſtatuto vendicent ſibi locum in domo,& quacunque alia re coniuncta cum apotheca,vel fontico: & inſuper ꝙ dicta in ſtatuto ſub titulo,quòd omni tempore reddatur ius pro penſione domus,obſeruentur in caſibus ſupradictis quatenus adaptari poſsint.

De pœnis contra Vſurarios, vel illicitè contrahentes. *XCVII.*

CHRISTIANAE religionis præcepta,honoremq́; ſectantes,& vſurarũ voraginem,quæ creſcente malitia nouis continuè excogitatis fraudibus

fraudibus pullulat,ac frequentari in dies magis videtur,pro vtilitate, & bono Reipub. quantum nobis eſt poſsibile reſecantes, hac ſalubri lege ſtatuimus,vt nulla perſona terrigena,vel forenſis in ciuitate,vel diſtrictu Ferrariæ,exceptis Iudęis,quibus per priuilegium permiſſum eſt,audeat,vel præſumat alicui dare,vel mutare ad vſuras aliquam pecuniæ,vel alterius rei mutuabilis quantitatem, ſeu aliquam conuentionem, contractum,vel pactum conficere fictitium,ſimulatũ in fraudem vſurarum conceptum,directè,vel indirectè per ſe,vel interpoſitã perſonam in ſcriptis,vel ſine ſcriptis,cum ſcriptura publica,vel priuata,cum teſtibus,aut ſine teſtibus,vel aliter quomodocunq;.Punientes ipſo iure, ac ipſo facto mutuantes, ſiue agentes contra prædicta, vel aliquod prædictorum in amiſsionem ſortis datæ, vel mutuatæ duplicatæ; cuius pœnæ tertia pars applicetur accuſatori,aut denuntiatori,qui teneatur ſecretus ſi voluerit,tertia pars fiſco,reliqua tertia pauperibus Chriſti in hoſpitali ſanctæ Annæ degentibus. Et ſi Iudex ex officio ſuo ſine denuntiatore,vel accuſatore proceſſerit,& condemnauerit,lucretur tertiam partem prædictæ pœnæ. Pœnam autem ſimpli pati volumus meſſettos, uel mediatores ſi ſoluendo fuerint. & ſi non fuerint ſoluendo, ſtent in carceribus per annum,& in primis puniantur quattuor ictibus funis. Notarij uero, uel ſcriprores in eamdem pœnam incurrant, ſi intellexerint, ac cognouerint,adeo q nulla tergiuerſatione excuſari merito poſsint contractum,aut negotium ipſum vſurarium eſſe,aut ſapere vſurariam prauitatem, vel in fraudẽ vſurarum confectum. qui quidem meſſetti intelligantur etiã officio eorum perpetuo priuati. Notarij autem ſimiliter priuati intelligantur,ſi bis in delicto fuerint inuenti. Eadẽ quoq; pœna,ſimiliq; modo puniantur Procuratores,& Aduocati,ſi eorũ conſilio,fauore,aut conſcientia prædicta,aut aliquod prædictorũ factũ fuerit; aut ſi poſtq̃ cognouerint,& intellexerint,adeo etiã q nulla tergiuerſatione excuſari merito poſsint vt ſupra,in iudicio comparuerint ad defendẽdum cõtractum,ſiue agendo,ſiue defendendo.Et ſi meſſettus,mediator,ſcriptor,aut notarius publicauerit,aut denuntiauerit infra menſem,ita q præuentus non fuerit,omnis pœna remiſſa ei intelligatur, & tertiam partem pœnæ lucretur:ſimiliter & recipiens lucretur tertiam partem pœnæ,ſi intra menſem denuntiauerit.Si vero vt teſtis aliquis ipſorum ad probandum fuerit inductus,& veritatem depoſuerit,remittatur ei pœna,ſed nihil lucretur.Adijcientes quòd ſi quis chriſtianus depoſuerit pecuniam, aut mutuam dederit ad vſuram Iudęo, quòd in dubio

præſumi

præſumi volumus, aut quocunque modo cum Iudęo contraxerit dando in fraudem vſurarum, perdat ſortem, & in duplo pluri condemnetur: ſimili quoque pœna puniatur Iudęus recipiens, & in ducatis centum auri. quæ pœnæ applicentur, & diſtribuantur vt ſupra. Declarantes etiam quòd ſi in aliquo inſtrumento, præcepto, vel alia quacunque obligatione contineatur, ꝙ aliqua perſona teneatur ex aliqua cauſa dare, vel ſoluere alicui, qui tempore præcepti, aut obligationis contractæ fuiſſet vſurarius aliquam pecuniæ quantitatem, fingatur, & intelligatur fictione præſentis ſtatuti, contra quam non admittatur probatio in contrarium, quòd vera ſors ſit media pars tantum eius quantitatis, vel ſortis, quam inſtrumentum, vel præceptum continet. Idem obſeruetur ſi inſtrumentum, vel præceptum, aut obligatio ſonaret in perſona matris, vxoris, fratris, filij, aut alterius, qui tunc habitaret in eadem familia cum quouis vſurario. Suſpectum, & improbatũ contractum etiam per omnia intelligi declaramus, ſi aliquis de prædictis perſonis etiam Iudęis, vel aliter ſuſpectis de contractibus illicitis, rem aliquam mobilem, vel immobilem emerit cum conditione, vel pacto quòd liceat venditori ſi voluerit vſq; ad certum tempus rem, quam vendidit, redimere pretio reſtituto emptori, ſi res ipſa tempore emptionis pluris valebat communi æſtimatione, quàm fuiſſet pretiũ conſtitutum vſque ad quartam partem incluſiuè. Nam cum ex prædictis circunſtantijs talis contractus præſumatur pignoratitius à iure; & in fraudem vſurarum confectus; talis emptor teneatur ſemper ad rem reſtituendam cũ fructibus, recepto ſuo pretio, in quo fructus perceptos ſibi debeat computare. Similiter ſuſpectum, & in fraudem vſurarum confectum contractum præſumi volumus, ſi quis de prædictis vendiderit, aut aliquo titulo dederit rem mobilem, ſeu ſe mouentem alicui, dando mutuo, vel in depoſitum, vel aliter quomodocunq;, vel promittendo dare aliquam pecuniæ quantitatem admixtam verè, vel præſumptiuè: & idem ſi ſic confeſſus fuerit debitor, aut emptor, vel ſi quis de prædictis vendiderit rem aliquam mobilem, vel ſe mouentem, & poſtea redemerit per ſe, vel alium intra ſex menſes minori pretio, vel ſi vendiderit alicui ad credẽtiam rem mobilem, aut ſe mouentem attenta conditione rei venditæ, & perſonæ emptoris; quæ veriſimiliter pro vſu ſuo, aut ex cauſa mercationis non emat, nec ſolitus ſit emere, & contra quem laborat fama de malè vtendo ſubſtantia ſua. Et ſi quis in prædictis tribus proximis caſibus contrauenerit perdat rem, & pecunias, & omnia emolumenta, quæ cõſequutus fuerit, vel conſequu

turus

turus foret applicanda, vt ſupra in alijs pœnis diſpoſuimus in præſenti ſtatuto, & etiam vltra teneatur reſtituere debitori, vel emptori omnia extorta damna, & intereſſe: & meſſetti, mediatores, & omnes interponentes ſe ad huiuſmodi contractus conficiendos puniantur ſimili pœna, de qua ſupra in principio diximus. Notarij autem, & ſcriptores, ſi intellexerint, ac cognouerint cõtractũ illicitum, aut negotium adeo quòd nulla tergiuerſatione merito excuſari poſsint, puniantur vt ſupra. Iubẽtes inſuper quibuſcunque officialibus, vt nullo pacto ius reddant alicui ex aliquo contractu vſurario, ſiue vſurarum naturam ſapiẽte, ſiue ſub ſpecie vſus, affictus, liuelli, ſiue ſub ſpecie iugaticæ, vel cuiusuis alterius contractus, aut modi, vel formæ dicatur contractus, vel actus ipſe celebratus, nec ex aliquo contractu illicito, & improbato vt ſupra: ſed immo omnis audientia eis penitus denegetur, ſub eadem pœna eis officialibus ſcienter contrafacientibus imponenda. Volentes quòd in omnibus prędictis caſibus accuſatio, & denuntiatio ſit popularis: & contra prædictos procedi poſsit, & debeat per Poteſtatem, & eius curiam, ac per Vicarium Epiſcopi Ferrariæ ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ac etiam ex eorum mero officio, & omni iudiciario ordine prætermiſſo. Et poſsit etiã deueniri ad torturã contra meſſettos, ſi vrgẽtia indicia extent, ac aliqualis fama laboret. Prohibentes etiã procuratores, & aduocatos poſſe cõparere in iudicio ad defendendum prædictos contractus, vel aliquem ipſorum ſub ſimili pœna, & modo, & caſibus, quibus ſupra in contractibus vſurarijs diximus. Inſuper ſtatuimus, & ordinamus quòd pro reſtituendis vſuris, quas ab aliquibus per ſe, vel alium extorſerit vſurarius vel alius illicitè extorquẽs ex forma præſentis ſtatuti, omnia bona ipſius vſurarij, vel illicitè extorquentis ſic, efficaciter obligata intelligãtur, ac ſint, vt ſi emancipationis nomine, vel alio quouis titulo in filios, aut in alios etiam extraneos ſua bona transtulerint, dicantur ipſa bona cum ſua cauſa, vel onere tranſiuiſſe ad quemlibet poſſeſſorem. In prædictis autem omnibus caſibus, & ſimilibus eum volumus intelligi vſurarium, vel illicitè contrahentem, vt ſupra, contra quem duo teſtes idonei, & fide digni ſub iuramento depoſuerint, eum eſſe, vel fuiſſe tempore contractus, vel quaſi, aut negocij geſti, de quo teſtificantur ante, vel etiam poſt per annum vſurarium, vel illicitè contrahentem reddita ſufficienti ratione, & cauſa ſuæ ſcientiæ; vel contra quem tres teſtes deponerent, ſe accepiſſe ab illo precium, aut ſub vſuris ad rationem menſis, & libræ, aut illicitè contraxiſſe vt ſupra, vel ſe eidem ſolu-

uiſſe

uiſſe aliquid nomine vſurarum per ſe, vel per alium de pecunia, quam ab eo, vel alio eius nomine percepiſſet, vel aliqui d nomine illiciti con tractus, vel negocij ſoluiſſe concurrente quali quali opinione communi, & fama contra ipſum vſurarium, vel illicitè contrahentem vt ſupra, probata ſaltem per alios duos teſtes: aut contra quem quattuor teſtes deponerent de publica voce, & fama, quibus ſupradicto tempore erat, & habebatur vſurarius, vel illicitè contrahens. Quorum teſtimonio in aliquo duorum caſuum proximiorum nolumus obſtare ꝙ ſint in ſuis teſtimonijs ſingulares. Volentes quòd ſolutio vſurarũ, vel remiſsio fieri debeat in præſentia Poteſtatis, aut Vicarij Epiſcopi Ferrariæ, vel alterius, cui alter ipſorum commiſerit: nec de prædictis poſſit probatio fieri, niſi per ſcripturam manu notarij publici Ferrariæ: & alirer facta ſolutio, vel remiſsio, aut de prædictis probatio nullam obtineant roboris fiirmitatem.

Quòd non fiat translatio rerum immobilium in forenſes, vel non ſubiectos communi Ferrariæ, vel non ſuſtinentes onera. XCVIII.

PRo bono ſtatu, & communi vtilitate ciuitatis, ſtatuimus ꝙ aliquis ciuis, vel habitator ipſius ciuitatis, vel diſtrictus, ſeu quæcunq; aliæ perſonæ, collegia, vniuerſitates, & quæcunq; congregationes habẽtes, & tenentes poſſeſsiones, & bona immobilia, vel quæ inter immobilia computentur in ipſa ciuitate, vel diſtrictu, nõ poſsint, nec debeant vendere, vel alio modo alienare in toto, vel in parte bona prædicta alicui forenſi, vel habitatori ciuitatis Ferrariæ, vel alterius ciuitatis, vel loci non ſubiecto ſtatutis, & ordinamentis communis, vel non ſuſtinenti onera realia, & perſonalia in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ. Nec vlla res immobilis, vel quæ inter immobilia computetur ſita in dicta ciuitate vel diſtrictu, vel vſuſfructus, aut poſſeſsio earũ vel quaſi, poſsit, vel debeat modo aliquo, vel colore quæſito vendi, vel alienari, aut transferri in toto, vel in parte aliqua directè, vel per indirectum, aliquo titulo inter viuos, etiam per dotis conſtitutionem, vel in vltima voluntate, etiam per hæredis inſtiturionem, ſubſtitutionem, fideicommiſſ. vel legatum, ſeu aliam vltimam voluntatem, vel etiam ab inteſtato, facto vel non facto teſtamento in aliquem forenſem, collegium, vniuerſitatem, congregationem, vel aliam perſonam non ſubiectam ſtatutis, & prouiſionibus communis Ferrariæ, vel non ſubeuntem onera realia,

& perſonalia in ciuitate, vel diſtrictu. Nec poſsint prædicti, aut aliquis eorum quoquo modo per ſe, aut per alium acquirere aliqua huiuſmodi bona, aut eorum poſſeſsionem, vel quaſi. Et in omnibus prædictis reddimus ipſos omnes totaliter incapaces, etiam reſpectu acquiſitionis poſſeſsionis, vel quaſi, vt ſupra; niſi talis alienatio, venditio, & tranſlatio facta fuerit de licentia Iudicis duodecim ſapientum, & ipſorum ſapientum. Et ſi ſecus factum fuerit, ipſa res in toto, vel in parte alienata, vendita, vel tranſlata ex contractu, contra formam prædictam, ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure, & facto confiſcata, & incorporata communi Ferrariæ: & ipſius rei dominium, vel poſſeſsio, vel quaſi, ſit, & eſſe intelligatur tranſlatum, & tranſlata in dictum cõmune auctoritate præſentis ſtatuti. & nihilominus precium, quod interuenerit in tali alienatione, ipſo iure ſit, & eſſe intelligatur communi applicatum vt ſupra; exceptis rebus recognitis ab aliqua eccleſia, pio loco, vel eccleſiaſticis, vel pijs perſonis. Quæ applicentur eccleſiæ, vel pio loco, vel perſonæ eccleſiaſticæ, vel piæ, à quibus res ipſa recognoſcitur, & non communi; ſic tamẽ quòd eccleſia, pius locus, vel perſona eccleſiaſtica inueſtiant alium ciuem ferrarienſem proximiorem, aut proximiores, ſi plures fuerint in eodem gradu, & eum, vel eos omnino inueſtiant ijſdem modo, & forma, & ſub eadem ſolutione, & ſine ſolutione capſoldi, ne inueſtitura ſit venalis. talis autẽ contractus, conuentio, dotis conſtitutio, hæredis inſtitutio, ſubſtitutio, fideicommiſſum, legatum, diſpoſitio, ab inteſtato ſucceſsio, donatio inter viuos, vel cauſa mortis, in ſolutum datio iudicialis, extraiudicialis ue, & alienatio, non valeant ipſo iure, nec ex eis, vel aliquo eorũ agi poſsit, nec ius reddi per aliquem officialem, etiam pro æſtimatione dictæ rei. Vbi tamen prædicti, vel aliqui prædictorum eſſent in teſtamento vocati, vel ab inteſtato ſuccederent, tunc illis excluſis ſaluum ſit ius alijs ciuibus ſuccedere debentibus. Declarantes ad tollendas omnes ambiguitates, quòd ciues ex priuilegio, & nati extra ciuitatem, & diſtrictum ex ciuibus etiam originarijs, non ſint, nec efficiantur capaces; niſi fecerint ſe allibrari in æſtimo communis Ferrariæ, & in ipſa ciuitate, vel eius diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, & poſtea ſaltem per quinquennium perſeuerauerint habitando, & ſuſtinendo onera realia, & perſonalia: exceptis tamen aſcendentium, & deſcendentium ſucceſsionibus: quarum natos ex ciuibus originarijs capaces eſſe volumus. Declarantes etiam quòd in quacunque diſpoſitione vocante, ſeu admittente deſcendentes,

tes,agnatos, ſeu alios per quoduis generale, ſeu collectiuum nomen, forenſes non comprehendantur,nec vllo modo,vel reſpectu in ea cõprehenſi eſſe intelligantur,& perinde habeantur præſentis ſtatuti au ctoritate, ac ſi in rerum natura non eſſent.

De ſolennitatibus in donationibus. XCIX.

STATVIMVS ꝙ ſi quis in poſterum fecerit donationem,ét iuramento vallatam,de ſuis bonis,vel de ijs, quæ ſua eſſe videntur de parte, vel de re certa, & poſtea cum aliquo contraxerit,in quo contractu bó na ſua obligauerit,& tempore contractus poſſeſsionem, ſeu detentió nem habuerit in ſe,vel videbatur habere, nullum præiudicium creditoribus, vel fideiuſſoribus, vel alijs, quibus ſic obligauit ſua bona per talem donationem in aliquo generetur, niſi eam fecerit coram quinque teſtibus: & de illa duo notarij fuerint rogati, & intra menſem à die, quo fuerit celebrata, publicata fuerit per publicum bannitorem ſuper podiolo palatij hora fori, & diuerſis diebus: & de dictis ſingulis publicationibus facta fuerit relatio per dictum bannitorem in actis dictorum notariorum: & vlterius niſi donans eam fecerit legi, & publicari in maiori, & generali conſilio ciuitatis Ferrariæ, & proteſtatus fuerit, & dixerit ipſe, vel ille in quem facta fuerit in prædicto maiori, & generali conſilio, eam donationem de ſuis bonis, vel de re, de qua agitur, feciſſe, vel ſibi factam fuiſſe oſtendendo, & legi faciendo inſtrumenta de prædictis confecta manu dictorum notariorum in ipſo conſilio præſentibus quinque teſtibus bonæ opinionis, & famæ.

Quòd bona immobilia pro oneribus ſint obligata, & cum ijſdem oneribus ad quoſcunque pertranſeant. C.

QVIA vſu comperimus bona immobilia, vel quæ inter immobilia computantur ciuitatis, & diſtrictus Ferrariæ plerunque tranſire ad perſonas onera non ſuſtinentes: idcirco Reipublicæ commodo, & vtilitati ſtudentes decernimus ꝙ oĩa pdicta bona perpetuo tributaria ſint, & pro quibuſcunq; oneribus,ac muneribus vniuerſitatis nr̄ę ét futuris auctoritate huius nr̄ę cõſtitutionis obligata,&hypothecata. Volentes,vt quocunq; caſu,& quocunq; titulo prædicta bona deuenerint ad quaslibet perſonas,aut ad vniuerſitates,collegia,&ad quæcũ-

que loca pia,& eccleſiaſtica,& quauis dignitatis prærogatiua,aut honore conſpicuas,& conſpicua cum ijſdem oneribus,& obligationibus tranſeant,quibus prius erant ſuppoſita.

De donationibus ante nuptias factis. C I.

STATVIMVS ꝙ donaria ſponſæ data per ſponſum, aut partem eius ante matrimonium contractum reſtituantur ſponſo in eo ſtatu, & conditione, quibus reperientur etiam tempore diſſolutionis ſponſalium,vel precium ſi alienata fuerint. Ita demum ſi per mulierem,patrem,vel attinẽtes eius diſſolutionem prædictam fieri contigerit, aut morte alterius eorum. Et idem obſeruetur ſi matrimonium perfectũ ex quacunq; legitima cauſa diſſoluatur.

De donationibus propter nuptias non exigendis. C I I.

SI caſus contigerit ꝙ mulier præmoriatur viro,hæredes vxoris non poſsint exigere donationem propter nuptias factam à marito, vel ab alio pro marito:quod eodem modo debeat obſeruari viro mortuo, vt vxor, vel eius hæredes ab hæredibus viri donationem propter nuptias petere non poſsint;niſi vir in teſtamento expreſsè ipſam donationem propter nuptias reliquerit.

Quòd fructus bonorum vxoris vltra dotem cedant lucro marito. C I I I.

PRo ſupportandis oneribus matrimonij,quæ ſunt varia,& diuerſa, ſtatuimus,& firmiter volumus obſeruari,quòd ſi contigerit mulierem aliquam habere aliqua bona vltra dotem in magna, vel modica quantitate; fructus, vel reditus quorum peruenerint in domum viri, aut quomodocunq; per eum percipiantur durante coniugio, ad eorũ, vel ipſorum æſtimationem,ſeu reſtitutionem vir,aut hæredes eius ſoluto matrimonio non cogantur,ſed eis lucro cedant inſolidum huius auctoritate ſtatuti: niſi in iudicio,vel extra per acta,vel per publicum inſtrumentum, vel aliter legitimè proteſtata fuerit quòd in dictis fructibus,& reditibus ſibi repetitio ſalua ſit ſuo loco, & tempore,& quòd in eis omne ius ſibi competens,& quod poſſet competere quocunque tempore remaneat ſibi ſaluum, dummodo dicta proteſtatio ſit intimata legitimè viro perſonaliter, vel ad eius notitiã aliter peruẽnerit,

quo

quo caſu iura cōmunia in dictis fructibus volumus obſeruari. Diſponimus tñ quòd maritus non poſſit repetere aliquas impenſas, quas fecit tempore, quo vxor paſſa eſt eum lucrari fructus, in bonis paraphrenalibus, etiam in ædificijs ſuper eis fabricatis. Adijcientes quòd ſi tempore proteſtationis, vel mortis ipſius mariti ipſi fructus, & reditus extarent, in ipſis remaneat ius ſaluum mulieri. Fructus autem dicantur extare vbi corpora extent, vel præſtationes annuæ, vel pretium non ſit exactum, vel depoſitum fuerit aliquo loco, & notoriè conſtet quòd ſit precium redactum ex illis fructibus.

De dationibus inſolutum pro dotibus mulierum. CIIII.

INNVMERABILIBVS licētijs, & dationibus inſolutum, quæ ob nōnullorum malitiam fiunt, & conceduntur mulieribus de bonis mobilibus, & ſe mouentibus virorum ſuorum pro cautione, & aſſicuratione dotium ſuarum; ſimulque & malitiæ, ac prauitati huiuſmodi prouidere, & etiam indemnitati creditorum, & eorumdem querelis occurrere, & obuiare volentes; & ne tales, & ſimiles licentiæ, & inſolutum dationes ita faciliter, & inconſultè pro futuro tempore procedāt ſicuti pro præterito tempore proceſſerunt: prouidemus, ſtatuimus, & declaramus quòd ammodo dictæ licentiæ, & inſolutum dationes fieri non poſſint, neque committi per aliquem Iuſdicentem, niſi per Syndicum generalem palatij iuris communis, & per Vicarium Poteſtatis ciuitatis ſimul, & non diuiſim. Qui Syndicus, & Vicarius teneantur priuſq̃ huiuſmodi licentias, & dationes inſolutum committant, bene aduertere, & conſiderare cauſas, & conditionem, & facultates talium quærentium, & inſtantium habere, & impetrare tales, & ſimiles licentias, & inſolutum dationes, & inhærere ſemper iuri communi, & ſtatuto communis Ferrariæ ſuperinde edito, ſub titulo de dationibus inſolutum, & illud ad vnguem obſeruare abſque aliquo ſalario, & mercede. Et quòd de ſimilibus licentijs, & inſolutū dationibus, quæ per eos fient & concedentur, vnuſquiſque notarius officium notariæ exercens poſſit rogari. Et quòd talis impetrans tales, & huiuſmodi licentias, & dationes inſolutum teneatur infra terminum trium dierum continuorum, & proximè futurorum immediatè à die impetratæ, & obtentæ licentiæ, & dationis inſolutū, ſe notari, & deſcribi feciſſe ſuper tabula, quæ ante officium prædicti ſyndici in palatio iuris ſingulis diebus, & horis iuridicis affigitur, & apponitur. Ita vt omnibus innoteſcat qui

ſint,& quibus nominibus,& pronominibus nuncupentur ſimiles im-petrãtes,& obtinẽtes tales licẽtias & inſolutũ dationes:alioquin nihil ſibi proſint,ac ſi illas non impetraſſent, & non obtinuiſſent. Item cu-pientes fraudibus, & malitijs maritorum prouidere, ſtatuimus, & or-dinamus ꝙ ſimiles,& huiuſmodi dationes inſolutum tam factæ,& cõ ceſſæ,q̃ quæ in poſterum fient, & concedentur mulieribus virtute, & ex cauſa augumenti dotis, non valeant,neque teneant in præiudiciũ creditorum mariti; niſi ipſi ſyndico ſoli conſtiterit legitimè vnde, & ex qua cauſa ipſæ mulieres habuerint dictum augumentum dotis ſe-cundum formam iuris:& quòd dictæ licentiæ ſic impetrandæ,& con-cedendæ bullentur, & ſigillentur ſigillo Poteſtatis Ferrariæ,prout ha ctenus obſeruatum fuit.

Quòd exactio dotis data à fratre, ſiue à matre, vel amita competat ipſi ſorori, ſiue filiæ, vel nepti. *CV.*

STATVIMVS ꝙ ſi dos data fuerit à fratre pro ſorore, ſiue ſoror fuerit vterina, ſiue ex patre tantum, ſiue ex vtroq; parente, ſemper com-petat exactio dotis ipſi ſorori,& hęredibus eius;non obſtante ꝙ frater fuerit ſtipulatus dotem illam ſibi, vel hæredibus ſuis reſtitui: & fictio-ne præſentis ſtatuti præſumatur fratrem dotem donare, vel de bonis ſororis conſtituere tanq̃ ſibi debitis ex hæreditate paterna,ſiue mater na,vel ex quacunque alia cauſa. Idem per omnia intelligatur in ma-tre dotem dante pro filia poſt mortem mariti. Idem iuris ſit in dote data amitæ per filium fratris iam defuncti. Et renunciationem etiam cum iuramẽto factam contra præſentem diſpoſitionem fingimus me-tu,& dolo extortam,& ideo non valere diſponimus.

Quòd exactio dotis data ab extraneo competat mulieri donec vixerit. *CVI.*

STATVIMVS ꝙ ſi dos aliqua data fuerit ab aliquo alio extraneo, q̃ à fratre, vel ab ipſo fratre, viuente patre ipſius mulieris, vel à ma-tre, viuente marito patre eius, cui dos data eſt per eam; ꝙ illa dos,& eius exactio ad mulierem pertineat donec vixerit, non obſtante ali-quia ſtipulatione interpoſita per prædictos de dote ſibi reddenda, vel ſuis hæredibus: ad hoc vt talis mulier ſic dotata, ſi ad caſum, ſeu ſtatũ viduitatis peruenerit,de ipſa dote poſsit de nouo maritari, vel ſi aliũ

ſtatum

ſtatum elegerit, poſsit ſe exinde alimentare, ſaluo omni iure ipſi extraneo, & alijs ſupradictis perſonis, & hæredibus eorum poſt mortẽ mulieris in ipſa dote, ſi quod haberent. Et huic ſtatuto renunciari nõ poſsit, etiam ſi iuramentum interuenerit: quod iuramẽtum fingimus metu, & dolo extortum auctoritate præſentis ſtatuti.

De dote reſtituenda ſoluto matrimonio. CVII.

QVIA multi pro reſtitutione dotium hactenus depauperati ſunt, & multa onera matrimonij occurrunt incogitata: propterea ſtatuto firmamus ꝙ vxore in matrimonio prædecedente communibus liberis non extantibus, vir, & pars eius non teneatur reſtituere hæredi, nec parti mulieris niſi dimidium dotis, ét ſi repetitio dotis de iure, vel iure pacti, vel ſtipulationis pertineret ad quemcunq; ; aliud vero dimidium lucretur maritus, & pars eius: cui ſtatuto renunciari non poſsit, & ſi renunciauerit, ipſa renunciatio non valeat, etiam ſi iuramentum interuenerit. Quod iuramentum auctoritate præſentis ſtatuti fingimus metu, & dolo extortum. Hoc addito ꝙ impenſa funeris mulieris agnoſcatur per virum pro dimidio in caſu prædicto. quę omnia vendicent etiam ſibi locum in dote promiſſa, & nondum tradita, & in dote, quæ ex diſpoſitione legis intelligatur conſtituta. Nec non etiam ſi mulier non ſit traducta ad domum viri modo matrimonium ſit conſummatum per copulam carnalem. & idem volumus obſeruari in dote data, vel promiſſa per mulierem tranſeuntem ad ſecunda, vel vlteriora vota, & etiam nulla in eo matrimonio dote expreſsè conſtituta, etiam ſi mulier illa eſſet minor annis vigintiquinque, dummodo in aliquo priori matrimonio aliqua dos eſſet expreſsè conſtituta. quo caſu non extantibus liberis anterioris matrimonij vir dictum dimidium dotis lucretur, ipſis vero extantibus, tantum ex dote lucretur, quantum ab inteſtato ipſi deberetur, ſi vnus de dictis liberis eſſet qui cum illis ſuccederet. Adijcientes ꝙ in dote profectitia reſtituenda opinio Martiniana obſeruetur, ſiue expreſſa ſtipulatio in dote fuerit, ſiue non, ſiue quæcunque alia verba. Quæ omnia etiam obſeruentur in augumento dotis.

Quòd

Quòd confeſsio de dote recepta teneat. CVIII.

CONFESSIO facta per virum, vel eius procuratorem de dote recepta ab vxore, vel alio eius nomine in pecunia, aut in rebus mobilibus, vel immobilibus æſtimatis, vel inæſtimatis ante matrimonium, vel tempore matrimonij, vel poſt matrimonium contractum cum expreſſa bonorum obligatione in inſtrumento contenta, valeat, & efficax ſit: & pro ipſa dote vxor, & eius ſucceſſor potiores ſint, & præferãtur in bonis mariti, & in bonis cuiuſcunq; pro dote obligati omnibus alijs creditoribus poſterioribus. Eo addito q lex Aſsiduis. C. qui potiores in pig. hab. etiam vendicet ſibi locum in dote confeſſata per virũ in publico inſtrumento, in quo bona confitentis ſint expreſſè hypothecata; ſiue dos ab vxore profecta fuerit, ſiue ab alio pro ea dotem dante; ſiue vir confeſſus fuerit, vel alius cum eo, vel pro eo, ſiue inſtrumentum confeſsionis emanauerit ante matrimonium, ſiue tempore matrimonij, ſiue poſt matrimonium contractum: niſi contra confeſſionem talem poſſet opponi exceptio non numeratæ dotis, vel præſcriptionis, vel renuntiationis mulieris, aut probetur confeſsionem fuiſſe ſimulatam, & in fraudem creditorum emanatam, & ex ea inſtrumentum eſſe confectum. Quibus caſibus talis confeſsio creditoribus non præiudicet. Volentes q in augumento dotis præſumatur confeſsio ſimulata, aut in fraudem creditorum, etiam futurorum emanata, ſi conſtante matrimonio facta fuerit, niſi conſtiterit vnde mulier habuerit augumentum ipſum, vel niſi proceſſerit talis confeſsio vigore promiſsionis tempore contracti matrimonij, aut ante matrimoniũ. Poſsit tamen probari contrarium per legitimas probationes.

Quòd mulieres inſolutum accipere non poſsint pro dotibus ſuis de bonis mobilibus vbi extant bona immobilia. CIX.

VT conſulatur indemnitatibus mulierum, & ne creditores etiam defraudentur, ſtatuimus quòd mulieres cõſtante matrimonio, vel etiam ſoluto, ſi habitauerint, vel etiam non habitauerint cum hæredibus viri, non poſsint accipere inſolutum, nec ſibi conſignari petere pro dotibus ſuis de bonis mobilibus, vel ſe ſe mouentibus, extantibus immobilibus bonis obligatis ad dotem, in quibus effectualiter, aut aliquatenus ſatisfieri poſsit pro dotibus ſuis. Et vbi fuerit facta adiudicatio, vel conſignatio, vt ſupra, de bonis immobilibus, vel etiam

mobi-

mobilibus, quando non extarent immobilia, ad inſtantiam creditorum poſsint, & debeant æſtimari, & pro eo pluri, quo ęſtimata fuerint quam adiudicata, vel conſignata ſint, creditores ipſi ius habeant in prædictis rebus.

Quòd liceat maritis, & hæredibus ſuis recuperare bona data inſolutum pro dotibus ſuis, & augumento dotium. CX.

QVONIAM retroactis temporibus frequentatum eſt quòd mariti, vel aliæ perſonæ, quæ obligatæ ſunt ad reſtitutionem dotis, vel augumenti eas reſtituerunt, vel conſignarunt mulieribus, vel perſonis quibus competit exactio dotis, vel augumenti in caſibus conceſsis à iure voluntariè, vel etiam conuenti, & condemnati ex ea cauſa, quia obligati pro dote, vel augumento vergerent ad inopiam, & male inchoaſſent vti ſubſtantia ſua: & in vtroque caſu vt plurimum habuerint inſolutum ex aliqua illarum cauſarũ bona immobilia longe maioris æſtimationis, vel valoris, quàm fuerit quantitas dotis, vel augumenti pro euitandis oneribus creditorum, vel etiam propter caſus, qui poſſent contingere propter malitiam, vel culpas illorũ, qui ſunt obligati pro dotibus, aut augumento, vt prætextu dotis, vel augumenti res poſsint conſeruari tam contra creditores, quàm contra cõmune Ferrariæ: & prædictæ æſtimationes, vel ſolutiones poſſent inferre maritis, vel alijs, qui ſoluerent graue damnũ, præiudicium, & grauamen. Ideo ſtatuimus quòd liceat marito, vel parti, quę ſoluit, & reſtituit dotem, vel augumentum conſtante matrimonio, vel aliqua ſupradictarum cauſarum, vel quacunq; alia cauſa, & hæredibus mariti, ſoluere mulieri, vel parti illius, cui ſatisfactum eſt de dote illa, vel augumento quantitatem pecuniæ, in qua conſiſtit obligatio dotis, vel augumenti prędicti: & teneatur mulier, vel pars, quę ſolutionem receperit pro ipſa dote, vel augumento reſtituere ei omnes res, quę datæ fuerunt inſolutum nomine dotis, vel augumẽti, vel pro ipſa dote, vel augumento abſque aliqua contradictione, ſeu quęſtione, vel exceptione, abſque tamen aliqua reſtitutione fructuum, ſed ſoluto precio melioramentorum neceſſariorum, ſi quæ facta fuiſſent per ipſam mulierem. Et ſi contumax fuerit, & in cõtradictione perſeuerauerit, & permittat inchoari ſuper his aliquam litem, etiam per ſolam citationem; cõdemnetur ad reſtitutionem ipſarum rerum omnibus contradictionibus reiectis, & in omnibus expenſis, & damnis, quę contigerit facere partem repeten-

petentem res ipſas pro dote, vel augumento dotis, & communi Ferrariæ in libris vigintiquinque marcheſ. & de his cognoſcatur ſummariè, & omni tempore, & ſine oblatione libelli. Adijcientes quòd marito,ſeu hæredibus mariti, aut ſoluentis dotem, vel augumentum, vt ſupra, beneficia præſentis ſtatuti intelligantur conceſſa vſque ad biennium tãtum poſt diſſolutum matrimonium,ſi maritus,vel Iudex conſignauerit, vel inſolutum dederit conſtante matrimonio. Ipſum autem biennium currere volumus minoribus vigintiquinque annis, nec abſentibus à ciuitate, & diſtrictu durante minori ætate, & abſentia,niſi eis fuerit legitimè notificata dicta conſignatio,ſiue datio inſolutum: quo caſu dictum biennium incipiat currere. Et prædicta etiam fieri,& obſeruari debeant nõ ſolum ſi res prædictæ poſsidebantur per prædictos, qui habuerunt in ſolutum,ſed etiam ſi alienatæ ſint, & etiã ſi per plures manus ambulauerint. Et liceat ijs,qui repetunt res, ingredi tenutam, & corporalem poſſeſsionem ipſarum rerum ſua auctoritate propria, ſine requiſitione alicuius Iudicis,& eas retinere, dummodo ſoluerint,vel depoſuerint legitimè quantitatem dotis, aut augumenti,& expenſarum,vt ſupra: & de cætero intelligantur eas habere iuſto titulo,& lucrifaciant fructus.

Quis debeat eſſe Iudex in cauſa feudorum. CXI.

CVM quæſtio vertitur occaſione alicuius rei feudalis, ſiue inter dominum, & vaſſallum, ſiue inter vaſſallos inuicem, ſiue inter vaſſallum,& alium tertium; ſtatuimus quòd huiuſmodi quæſtionum cognitio,& deciſio ſit,& ſpectet ad Poteſtatem,vel eius Aſſeſſorem ad ciuilia deputatum in ciuitate: nec pro determinatione dictarum quæſtionum decurratur ad alios Iudices. Et hæc non habeant locum in feudis recognitis à Ducali Camera, ſeu ab Illuſtriſs. Ducibus noſtris.

Quòd Vaſſalli non teneantur facere curiam dominis ſuis. CXII.

STATVIMVS quòd vaſſalli non teneantur facere curiam dominis ſuis in Paſchate, nec in Natiuitate Domini,nec in aliquo alio tempore.

Quòd præ-

Quòd præſcriptio anni, & diei non currat puberibus ſuper inueſtitura petenda. CXIII.

STATVIMVS ꝙ ſi vaſſallus aliquis moriatur relictis filijs, vel deſcendentibus impuberibus maſculis, vel fœminis, vel alijs hæredibus impuberibus, ad quos feudum peruenire debeat; tales hæredes ipſo iure conſeruentur illæſi in præſcriptione anni, menſis, & diei auctoritate præſentis ſtatuti, ſi intra annum, & menſem, & diem non petierint inueſtituram.

Quòd feuda non publicentur in commune Ferrariæ. CXIIII.

AD ſedandam quæſtionis materiam diutius agitatę, ſtatuimus, & volumus eſſe firmum, quòd ſi aliquis vaſſallus delictum tale commiſerit, propter quod bona ſua ex forma iuris, vel ſtatutorum cõmunis Ferrariæ debeant publicari, & cameræ communis applicari in parte, vel in toto, & delictum tale fuerit commiſſum in dominum, vel in ſuos, intelligendo ſuos ſecundum formam iuris, feudum applicetur ipſi domino, & non publicetur communi: ſi vero delictum fuerit in alium, vel alio quocunque modo commiſſum, deueniat feudum ad comprehenſos in inueſtitura. quibus non extantibus ad proximiores agnatos vaſsalli, ſiue ſit antiquum, ſiue nouum. Si vero nõ extarent comprehenſi in inueſtitura, nec agnati vſque ad ſextum gradum ſecundum ius ciuile, reuertatur feudum ad dominum, & in nullo dictorum caſuum applicetur communi. E contra autem ſi dominus commiſerit delictum, propter quod bona ſua publicanda veniant vt ſupra, ſi delictum tale fuit commiſsum in vaſsallum ius domini in feudo applicetur vaſsallo. Si vero commiſsum fuerit in alium, vel alio quocunque modo, applicetur proximioribus attinentibus ipſius domini, & qui de iure ſuccederent in alijs bonis. & ſi contingat quòd dominus, vel vaſsallus reſtituatur legitimè aduerſus ſententiam, & publicationem bonorum, feudum ad vaſsallum, & ius domini ad dominum reuertatur, & reſtituta intelligantur ipſo facto.

De feudi alienatione. CXV.

PROVIDEMVS quòd ſi vaſſallus alienauerit feudum ſine conſenſu, & licentia domini; feudum ipſum, ſi fuerit auitum, ſeu antiquum applicetur comprehenſis in inueſtitura, aut proximioribus agnatis

ordine

ordine ſucceſsiuo. Si autem feudum fuerit nouum, applicetur comprehenſis in inueſtitura: & ſi non fuerint comprehenſi in inueſtitura reuertatur ad dominum, cum omnibus melioramentis, ſaluo ſemper iure petendæ inueſtituræ ab ipſo domino.

De fidelitate ſeruanda per Vaſſallum. CXVI.

STATVIMVS quòd ſi aliquis Vaſſallus interpellatus fuerit à domino quòd debeat ei fidelitatem facere, teneatur vaſſallus fidelitatem præſtare, ſi fidelitas fieri debeat de illo feudo: & ſi recuſauerit expreſſè, dicens non debeo fidelitatem, vel etiam ſi nihil dixerit, tamen fidelitatem non fecerit intra menſem, & dominus hoc probare poſſit legitimè, perdat feudum vaſſallus, niſi eſſet minor viginti annis: ſaluo quòd ſi petierit vaſſallus terminum volens conſilium recipere ſuper hoc, teneatur reſpondere intra menſem, quid velit facere, vel non facere: alioquin perdat feudum, applicandum tamen in vtroque caſuum prædictorum, cui de iure venit applicandum.

Quòd non liceat dominis inquietare filios & deſcendentes Vaſſallorum, ex eo quia patres eorum non fuerint inueſtiti. CXVII.

STATVIMVS quòd dominus nō poſsit inquietare filios, & deſcēdētes vaſſallorum, dicendo quòd eorum parentes non fuerint inueſtiti, ſi parentibus non fuerit oppoſitum; immo ad eorum filiorum, & deſcendentium voluntatem poſſeſsiones feudorum habeant, & liberè eos iure feudi poſsidere permittat dominus; & teneatur eos etiam inueſtire, niſi cōtigerit parentem refutaſſe feudum per ipſum quęſitum, & hoc appareat per publicum inſtrumentum, vel alias legitimas probationes: nec poſsit dominus intrare poſſeſsionem feudi, nec auferre eam ei vaſſallo abſque cauſæ cognitione. Volentes quòd dominus inuito vaſſallo non poſsit permutare feudum vaſſalli, nec dare illi cambium eo inuito: & ſi contrafecerit teneatur Poteſtas, & commune Ferrariæ vaſſallum in ſuo iure defendere, & ſaluare.

Quòd vaſ-

Quòd Vaſſallus teneatur denuntiare domino ſuo feudum. CXVIII.

STATVIMVS ꝙ vaſſallus quilibet, qui recognouerit aliquid nomine feudi, teneatur ſi fuerit requiſitus à domino ſuo, vel à ſuo nũtio generali, vel ſpeciali deſignare, & in ſcriptis dare ei quid, & quantum ſit feudum quod habet à domino, & in quo loco, cum confinibus intra duos menſes, poſtq̃ à domino, vel à nuntio interpellatus fuerit; ſi dominus iurauerit ſe non habere notitiam de ipſo feudo, nec habere inſtrumentum aliquod: & ſi celauerit vaſſallus feudum, & non deſignauerit, vt ſupra, perdat feudum, exceptis minoribus viginti annis, ſaluo tamen in prædictis caſibus iure prorogandi dictum tempus, quandocunq; ex iuſta cauſa Iudici videatur.

De fructibus feudi diuidendis poſt mortem Vaſſalli. CXIX.

STATVIMVS hęredem vaſſalli, qui deceſſerit poſt Kalendas Martias, quamuis in feudo non ſuccedentem, debere habere fruges, & reditus feudi illius anni. Si uero ante deceſſerit, ſint domini, vel alterius, cui feudum deberet applicari.

Quòd quicunq; iuerit ad ſeruiendum Deo, vel alicui loco religioſo vel fecerit ſe conuerſum, amittat feudum. CXX.

STATVIMVS ꝙ ſi aliquis non habens filios iuerit ad ſeruiendũ Deo, vel alicui eccleſiæ, vel loco religioſo, vel fecerit ſe conuerſum dedicando ſe eccleſiæ, amittat feudum, quod applicetur ei, qui de iure ſuccederet in ipſo feudo eo defuncto, ſaluo omni ſuo iure vaſſallo, aut cui ius ceſſerit, in pecunia data pro acquiſitione feudi, quando feudũ fuerat acquiſitum à domino, & in melioramentis per eũ factis in feudo.

Quòd vir pro feudo vxoris fidelitatem domino facere teneatur requiſitus intra viginti dies. CXXI.

STATVIMVS ꝙ ſi aliquis habuerit feudũ ab aliquo pro filijs maſculis & fœminis vna, vel pluribus, vir illius fœminæ teneatur facere fidelitatem dño pro vxore ſua intra xx. dies, poſtq̃ requiſitus fuerit à dño, vel ab eius hæredibus. & hæc locũ habeãt tã in præteritis, q̃ in futuris.

De vſibus, & rebus ab alio recognitis. CXXII.

STATVIMVS quòd ſi quis recognouerit rem ab alio aliquo iure perpetuo, vel ad longum tempus, etiam cū pacto appropriandi, & non ſoluerit canonem, aut penſionem, vel vſum debitos in termino ſtatuto, & conuento inter partes, vel intra octo dies poſt, cadat ipſo iure in pœnam dupli. Quam pœnam auctoritate præſentis ſtatuti exigi poſſe volumus per dominum proprietarium à recognoſcente, vel à comprehenſis in inueſtitura, & eius ſucceſſoribus computandam in penſionibus, canonibus, ſeu vſibus proximè ſequuturis pro rata. Et ſi ceſſauerit ſoluere per triennium, & vltra, non cadat recognoſcens à iure ſuo, cum prædicta pœna dupli ſufficiat pro pœna recaſuræ. Et hoc locum habeat etiam ſi in dicto inſtrumento conceſsionis ad vſum eſſet interpoſitum iuramentum: quod auctoritate præſentis ſtatuti cenſeatur, & fingatur dolo, ſeu metu extortum. & præmiſſa locum habeant niſi partes aliter expreſſe conuenerint, vel ſi vſuarius non haberet alia bona ſtabilia, & expedita in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ, in quibus dominus directi dominij poſſet conſequi vſus ſibi debitos: quo caſu locus ſit expulſioni, ita tamen quòd teneatur ſoluere omnia melioramenta, ac omnia iura ſua dicto vſuario ſecundum communem æſtimationem, detractis tamen denarijs ſex pro libra march. & iſto caſu ſit in electione domini directi, vel ſibi ſatisfacere modò ſupra dicto, vel conſequi vſus duplicatos, vt ſupra diſponitur. Et ſi dictus recognoſcens velit vendere rem recognitam reſpectu ſui iuris vtilis dominij, teneatur requirere iudicialiter ſine aliquo iuris ordine, & quolibet tempore etiam feriato, dominum proprietarium de emptione notificatò ei pretio, quo alteri vendi poſsit, & etiam pactis conuentis, quæ ipſi domino conuenire poſsint. qui dominus ſi voluerit emere, teneatur recognoſcens vendere ipſi pro denarijs ſex pro libra march. minus, dummodo declaret iudicialiter, vt ſupra, ipſe dominus proprietarius an velit emere, vel non, intra quindecim dies. Qui ſi dixerit ſe velle emere, teneatur poſt alios xv. dies deponere preciū, vel implere contractum, poſtquàm requiſitus fuerit; & emere volens (inſtante ipſo proprietario) iurauerit ſe eſſe paratum emere precio, & pactis in notificatione expreſsis. Et hęc vbi dominus proprietarius non cōceſsiſſet licentiā vſuario de alienādo tacitè, vel expreſsè. Et ſi vſuarius, ſeu recognoſcēs venderet ius ſuū nō facta dicta requiſitione,

ipſa

ipſa venditio ipſo iure non valeat, nec teneat; & teneatur vſuarius, ſeu recognoſcens dictam rem reſpectu vtilis dominij,& iuris ſui vendere dicto proprietario emere volenti pro eodem precio, & vt ſupra dictũ eſt. qui dominus proprietarius ſi noluerit emere,teneatur vſuarius,vel venditor recognoſcens pro pœna nouam recipere inueſtituram, & ſoluere totum capſoldum prædictum ipſi domino proprietario intra dies quindecim, poſtq̃ dominus ipſe declarauerit velle emere:ꝙ ſi non receperit inueſtituram, vel non ſoluerit capſoldum,vt ſupra, cadat ipſe recognoſcens ipſo iure ab omni iure ſuo: & res ipſa recognita pleno iure deuoluatur ad dominum proprietarium. Si vero dominus interpellatus,vt ſupra,noluerit emere, vel non declarauerit an velit emere,vel non impleuerit,aut non depoſuerit,vt ſupra,intra dictum tempus;tunc liceat recognoſcenti vendere ius ſuum cuicunq; voluerit,dummodo non vendat eccleſię,potentiori,pio loco,pijs per ſonis,fiſco,aut alij perſonæ prohibitæ. & ſi recognoſcens vendiderit, vel quoquo alio titulo alienauerit rem recognitam alicui iure proprio ſequuta traditione reali ſciens conditītiā, cadat recognoſcens à iure ſuo, & deuoluatur res ipſa reſpectu iuris dicti recognoſcentis ipſo iure ad dominum proprietarium: cui liceat ipſo iure, & ipſo facto ingredi tenutam dictæ rei, & eam rem auferre ipſi ementi,vel acquirenti. Et eandem rem teneatur Poteſtas,& eius Vicarius remedijs iuris conſeruate dicto domino proprietario,nõ obſtante aliqua contradictione ipſius ementis. Si uero eo iure,quo res ipſa eſt recognita,vendatur per recognoſcentẽ domino proprietario requiſito, & eam emere nolente,vt ſupra;teneatur emptor intra annum immediatè ſequentem poſt emptionem rem prędictam recognoſcere à domino proprietario eiſdem iure, modo,& forma,& ſoluere vigeſimam partem precij,quo empta fuerit,domino proprietario:aliàs cadat emptor in pœnam decem librarum march. applicandam domino proprietario.&ſi emptor etiam per menſem vltra annum requiſitus iudicialiter, & legitimè cum comminatione,ꝙ ſi non acceperit inueſtituram intra mẽſem,cadet à iure ſuo,ceſſauerit inueſtituram ipſam accipere ſine iuſta cauſa;cadat emptor à iure ſuo,& deuoluatur ipſa res reſpectu iuris vtilis dominij ad dominum proprietarium volentem ipſo iure, & ipſo facto. & idem ſeruetur in quolibet alio acquiſitore, ſiue ſucceſſore, qui de iure inueſtituram recipere teneretur; excepta cauſa dotis datæ ab eo, qui dotare tenebatur, etiam ſi res æſtimata in dotem data fuerit: pro qua teneatur quicunq; accipere inueſtituram,ſed non ſoluere lau

demium. Et ſi emptor,vel alius ſucceſſor,vt ſupra,intra dictum tempus petierit inueſtituram,&recognoſcere voluerit ipſam rem à domino proprietario,& ſoluerit, ſiue obtulerit legitimè eidem domino proprietario vigeſimam partem precij prædicti, teneatur ipſe dominus proprietarius inueſtire,&locare,ſeu cōcedere dicto emptori dictam rē eodem modo, & eadem forma, quibus res ipſa recognita eſt. Et è cōtra ſi dominus proprietarius vendere voluerit ius ſuum in dicta re,teneatur requirere iudicialiter, vt ſupra, recognoſcentem ab eo de emptione dictæ rei, & eidem volenti emere,vendere,& eum alijs præferre pro eo precio, quod ab alio repertum fuerit. Qui recognoſcens teneatur declarare an velit emere, vel non intra quindecim dies, & alia facere,quæ diximus in proprietario, poſtq̃ requiſitus fuerit,& declaratum fuerit ſibi precium,quo vendi poſsit,& pacta conuenta,quę ipſi recognoſcenti conuenire poſsint bona fide;& cum iuramento volentis emere inſtantia recognoſcentis. Et ſi contrafactum fuerit venditio ipſo iure non valeat,& teneatur dominus proprietarius vendere recognoſcenti emere volenti pro eodem precio, niſi aliter appareat de licentia,ſeu conſenſu ipſius vſuarij, vt ſupra dictum fuit in proprietario.& ſi recognoſcens emere noluerit,vel non declarauerit intra dictum tempus, liceat domino proprietario vendere ſuum ius cuicunq; voluerit, reſeruato iure recognoſcentis, dummodo non vendat alicui perſonæ prohibitæ,vt ſupra.& vſuarius eo caſu teneatur recognoſcere rem ab emptore directi eo volente per publicum inſtrumentum, ſecū dum formam primæ recognitionis expenſis dicti emptoris. In ſubhaſtationibus vero,& in ſolutum dationibus iudicialiter factis, reſeruamus omne ius ſuum dominis proprietarijs. Quibus nullam præſcriptionem nocere volumus etiam aliàs per præſentes conſtitutiones inductam, niſi annorum triginta cum bona fide præſcribentis. Volentes ꝙ poſt dationem in ſolutum, aut alienationem, vel venditionem factam per Iudicem, vel creditorem in aliquo prædictorum caſuum, liceat dominis proprietarijs intra dies quindecim à die notificationis iudicialiter factæ offerre precium, quo res prædictæ fuerint adiudicatæ; venditæ, vel datæ in ſolutum deducto iure directi dominij. Qua oblatione legitimè facta, præferri debeant ipſi domini proprietarij creditoribus, aut emptoribus; in quos tunc, & eo caſu non intelligatur aliquod ius, vel dominium translatum: & res ipſæ transferantur, conſolidentur, & reſtituantur dominis proprietarijs precio prædicto ſoluto, ſine aliqua ſolutione gabellæ. Si autem præ-

tem prædicti proprietarij non obtulerint, vt ſupra, vel non volue-rint res ipſas ſibi reſtitui pro dicto precio intra dictum tempus, tunc elapſo dicto tempore non amplius audiantur ad offerendum, vt ſupra; ſed creditores, vel ij, quibus datæ fuerint inſolutum, aut emptores teneantur petere, & ſuſcipere inueſtitionem ab ipſis dominis proprietarijs, & ab eis ipſas res ſecundum formam primæ inueſtituræ recognoſcere, cum ſolutione debiti capſoldi modo, & forma, ac pœnis ſupradictis in venditionibus, & alienationibus ſponte factis: ſaluo tamen in quolibet dictorum caſuum, & etiam in omni alio caſu, omni iure competenti offerendi, & recuperandi vſuario, ſeu res ipſas recognoſcenti intra biennium ordinarum, & ſecundum formam aliorum ſtatutorum noſtrorum. Poſsit autem recognoſcens rem cognitam quouis alio titulo, & iure, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate tacita, vel expreſſa, eo iure, quo res eſt, alienare, & in alium tráſferre non prohibitum, & idoneum irrequiſito domino proprietario, etiá in præiudicium eorum, quibus eſſet ius quæſitum ex ſtipulatione, reſeruato tamen omni iure ipſius domini proprietarij. & ille, in qué translata fuerit res, teneatur intra ſupraſcripta tempora recognoſcere dictam rem à domino proprietario modo, & forma prædictis, eidé proprietario ſoluendo vigeſimam partem iuris ipſius recognoſcentis, ſub pœnis, de quibus ſupra: niſi fuerit de comprehenſis in inueſtitura. Declarantes quòd ſi in inueſtitura ſit mentio de hæredibus, non comprehendantur niſi hæredes ex linea aſcendentium, & deſcendentium. Appellatione vero filiorum, vel liberorum comprehendantur ſolum deſcendentes vſq; ad quartum gradum ex linea maſculina ſecundum ius ciuile incluſiuè. & ſi in inueſtitura vſus appoſita fuerint huiuſmodi verba, ſeu clauſula, ſcilicet pro ſe, & filijs, & pro illis perſonis, quæ de iure, & ſecundú formam, & conſuetudinem vſuum ciuitatis Ferrariæ ſuccedunt, & ſuccedere poſſunt in vſibus; hæres vniuerſalis excludat filium, niſi filio ſpecialiter, & expreſsim talis vſus quouis titulo fuerit relictus: quo caſu filius excludat hæredem, & non aliter. Poſsit tamen dominus proprietarius compellere vnú quemq; ſucceſsorem, in qué translata ſit quouis titulo, & iure dicta res recognita cóprehenſum in inueſtitura ſumptibus omnibus, & expenſis ipſius dñi proprietarij recipere nouá inueſtiturá ſecundum modú, & formá primæ inueſtituræ. Adijcientes ꝙ vſuarius teneatur tradere domino directi in omnibus alijs ſupradictis caſibus inſtrumentum inueſtituræ ſuis expenſis releuatum in publicam formam, ſemel tm.

Volentes in omnibus caſibus, in quibus prohibemus venditionem, vel alienationem fieri in perſonam prohibitam, non poſſe fieri ceſſionem, ſeu conſtitutionem procuratoris in rem ſuam. Inſuper adijcientes, & declarantes dominum proprietarium, ſeu directi intelligi debere etiam illum, qui dictam rem ab aliqua eccleſia, ſeu pio loco aliquo titulo recognoſceret, vt videlicet ille ſolus interpellari debeat & in eo vendicet ſibi locum in omnibus, & per omnia diſpoſitio præſentis ſtatuti. ſi tamen contingeret caſus q laicus ab vno laico recognoſcens alterum inueſtiat de re, & ipſe illam in alium aliquo titulo tranferre vellet; tunc illo caſu interpellato primo domino, ſi dixerit ſe nolle dictam rem ſecundum formam huius ſtatuti, debeat tunc interpellari etiam ille ſecundus: & in omnibus etiam in iſto ſecundo ſeruari debeat forma præſentis ſtatuti. Et prædicta locum habeant in recognoſcente ab eccleſia, & laico, vt eccleſia minime ſit interpellanda, & in recognoſcente à duobus laicis, qui ambo ſucceſsiuè interpellandi ſint.

De modo probandi rei recognitæ dominium, & patientiam vtendi, ac fruendi. CXXIII.

CVM ex difficultate probandi dominium, & iura proprietatis, ſæpius domini proprietarij fraudentur, & priuentur indebitè rebus, & iuribus ſuis, vel prædeceſſorum ſuorum: ſtatuimus quòd inueſtitus, ſiue recognoſcens rem aliquam ab alio quocunque iure perpetuo, vel ad longum tempus, etiam cum pacto appropriandi, vel qui ſoluit canonem ſcienter iure recognitionis, & de re certa tribus annis continuis; etiam ſi non apparet de aliqua inueſtitura, non poſsit inueſtienti, vel ei, à quo recognoſcit, vel habenti cauſam legitimam ab illo, refricare quæſtionem dominij: ſed præſumatur eſſe dominus inueſtiens, & is, qui receperit ſolutionem pro dictis tribus annis, ex quo inueſtitus paſſus eſt ſe inueſtiri, aut ſoluit. Idemq; obſeruetur in eo, qui habet cauſam ab inueſtito, vel ſoluente, vt ſupra, mediatam, vel immediatam. Si vero poſſeſſor, aut conuentus cauſam non habuerit ab inueſtito, vel ſoluente, & probetur inueſtitum, vel ſoluentē aliquando rem recognitam poſſediſſe per ſe, vel alium, & canonem vel recognitionē ſoluiſſe ſaltē per annos tres, pręſumatur ēt fuiſſe dñs, qui inueſtiuit, aut à quo res eſt cognita, vel habēs cauſam ab eo: reſeruato tñ in omnibus prędictis caſibus cuilibet prædictorū iure probādi

con-

cõtrariũ. Nolẽtes propterea effectũ prædictæ præſumptioni ſuſpendi, et quo ad ſolutionẽ recognitionis, niſi is incontinenti id probet, vel ſe offerat probare intra quindecim dies; aut propter diſtantiam locorum, & probationum intra tempus ſtatuendum arbitrio Iudicis, delato iuramento quòd non animo calumniæ, ſed quia verè putat ſe probaturum: intra quem terminum probaſſe teneatur, ſaluo ſemper iure præſcriptionis bona fide completæ ei, contra quem dominus proprietarius agere velit. Volentes quòd quando reperitur in libris æſtimorum deſcriptum ad æſtimum alicuius ſoluẽtis vſum, vel aliquam rem ab alio recognoſcentis tam in ciuitate Ferrariæ, quàm eius comitatu & diſtrictu per officiales deputatos ad æqualantias, & æſtimos conficiendos in ciuitate Ferrariæ, ipſum teneri ratione vſus, vel alicuius recognitionis ſingulo anno in aliqua quantitate denariorum, ſeu rerũ; & ſimiliter deſcriptum eſſe ad æſtimum habẽtis vſum, ſeu directũ dominium eiuſdem rei, & quòd dominus vſus, & vſuarius, vel aliter recognoſcens ſuper æſtimis prædictis in præmiſſis deſcripti reperiantur cõcordes in effectu: talis ſcriptura, & liber æſtimorum ſortiatur eandẽ fidem, & robur, ac ſi eſſet publicum inſtrumentum, & pleniſſimam fidem faciat contra vſuarium, aut alium ab alio recognoſcentẽ. Nec poſſit talis vſuarius, vel alius rem ab alio recognoſcens, denegare illum eſſe dominum directi dominij, nec ei aliquo modo contradicere circa ius vſus, vel alterius recognitionis: ſi tamen prædicta ſcriptura æſtimi fuerit confecta per triennium continuum. Quinimmo deſcriptio ad æſtimum rei vſualis, vel quocunque iure, & modo recognitæ, & facta per recognoſcẽtem, vel eius hæredem plenè probet contra eum, & eius hæredem iuncta ſolutione triennali: poſſit tamen pars aduerſa probare contrariũ. Vbi vero appareret publico inſtrumẽto quem de aliqua re fuiſſe inueſtitum, & ſubſequutas fuiſſe quinque annuas ſolutiones, etiam diuerſis temporibus factas, quæ etiam per teſtes probarentur; non poſſit inueſtitus, aut eius hęres denegare in futurum annuas ſolutiones, niſi doceret à quo poſſideretur res contenta in inueſtitura: & teneatur etiam ipſe inueſtitus, aut hæres eius, aut rem ipſam penes ſe exiſtentem demonſtrare, vel probare à quo detineatur: & eo non demonſtrante, aut probãte teneatur ſubijcere de bonis proprijs tantundem quantum, continebitur in ipſa inueſtitura, ac de bonis melioribus, & arbitrio domini directi. Et vbi inueſtitura facta fuiſſet de aliqua domo, teneatur ſubijcere de melioribus bonis, quæ poſſidet tantum, ex quo poſſint percipi fructus annui aſcendentes ad

valorem

valorem dupli eius, quod annuatim ſoluere tenetur. Et in prædictis caſibus vbi non apparet inueſtitura, vel ſi appareret, & poſſeſſor, ſiue ſucceſſor in inueſtitura comprehenſus excedat tertium gradum, requiſitus poſsit compelli recipere inueſtituram à proprietario, vel ab eo, quem proprietarium volumus præſumi vt ſupra, expenſis inueſtientis: & è contra teneatur proprietarius, vel is, quem præſumi volumus proprietarium, requiſitus inueſtire poſſeſſorem, ſiue ſucceſſorem prædictum ipſius inueſtiti expenſis. Et prædicta vendicent ſibi locũ in præteritis pendentibus nondum deciſis, & futuris. Adijcientes quòd ſufficiat domino proprietario agenti ad canonem, ſiue ad recognitioné probare quòd inueſtitus ſoluerit per quinque annos etiam interpellatos; vel quòd tenuerit, & poſſederit poſt inueſtituram rem recognitã per ſe, vel alium, ſaltem per annum, vt præſumatur habuiſſe continuè patientiam vtendi, & fruendi re inueſtitus, vel habens cauſam ab eo, niſi ipſe probauerit non habuiſſe patientiam ex aliqua iuſta cauſa, per quam de iure non teneatur ad canonem, vel recognitionem: vel niſi denuntiauerit iudicialiter domino proprietario intra menſem nõ poſſe vti, & frui re recognita. Inſuper prouidemus quòd ſi qua perſona ſteterit in poſſeſsione alicuius rei per decem annos continuos quietè, & ſine moleſtia, & nõ ſit facta querela coram Poteſtate, vel in iudicio, vel proteſtatio publicè facta in vicinia; cogatur dominus ipſius rei cõcedere illo iure, quo videbatur poſſeſſor detinere per publicum inſtrumentum. Et quæ diximus de proprietario vendicent ſibi locum etiã in fauorem vſuarij, vel ſoluentis, aut recognoſcentis ab alio.

De modo detrahendi de rebus condititijs æſtimatis vt proprijs. CXXIIII.

VOLVMVS quòd de quibuſcunque bonis æſtimatis, vel datis iure proprio repertis condititijs, fiat, & fieri debeat detractio de ipſa æſtimatione, vel datione, vt de bonis proprijs factis per infraſcriptum modum, videlicet. Quòd de bonis eccleſiaſticis, quæ ſunt iure vſus, uel terratici, liuelli emphyteotici, precarij, vel alterius conceſsionis, aut recognitionis perpetuæ, vel ad longum tempus, decaletur ſexta pars pretij pro cõditione rei, quia res ipſæ condititiæ remanent: & poſtea decaletur pro quibuſlibet quinque libris march. grauaminis libræ cẽtum march. de æſtimatione, vel valore iure proprio. Idem obſeruetur ſi grauamen non aſcendat ad libras quinque march. vt pro rata

ad rationem prędictam fiat decalatio. In prophanis autem bonis fiat decalatio decimæ partis totius precij, & pro grauamine ipſius rei ad rationem librarum ſex pro centenario. Et ſi plus, vel minus grauamē foret, fiat decalatio ad rationem prędictam. Et teneatur tradens ſciēs rem condititiam pro propria, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter, ſiue uolens, ſiue inuitus ad omne aliud damnum, & intereſſe quatenus de iure tenebitur. De rebus vero feudalibus iure domini Ducis decaletur tertia pars æſtimationis veri precij, vel valoris, quæ æſtimarentur, uel quo æſtimatæ eſſent ſi propriæ reperirentur. Si vero fuerint iure feudi ab aliqua eccleſia, hoſpitali, vel monaſterio, beneficio, loco, vel perſonis pijs, vel ab alijs perſonis priuatis; tunc in ſextam partem precij, valoris, uel ęſtimationis fiat diminutio ab eo precio, uel ualore, quo fieret, vel facta eſſet æſtimatio, ſi iure proprio eſſent: & in utroque caſu fiat decalatio pro grauamine eius, quod ſoluitur ad rationem ſuperius dictam. Item de bonis iure Manantiæ, uel alio iure, ſi ſoluatur quintum, ſeptimum, vel octauum, uel alia quota, tunc decaletur quinta, ſeptima, uel octaua pars ueri precij, vel ad ratam alterius quotæ, & inſuper decima pars reſidui precij, uel ualoris. Et prædicta locum non habeant vbi bona, de quibus agitur, poſſent appropriari pecunia, uel alijs rebus æquiualentibus grauamini tantum: quo caſu tantundem ſolummodo detrahatur pro quanto poteſt appropriatio fieri. Et prædictis caſibus ſimiliter tradens ſcienter rem condititiam pro propria ad omne damnum, & intereſſe teneatur, vt ſupra dictum eſt. Declarantes etiam vnicam fieri decalationem veri precij, ſeu æſtimationis quo ad ſextam, & decimam partem, de quibus ſupra, etiam ꝙ res ab eccleſia recognita ab alio, ſeu alijs recognoſceretur; & unicus tantum capſoldus debeatur primo domino.

De amiſſione inſtrumentorum rerum ab alio recognitarum. CXXV.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ ſi aliquis recognoſcens rem ab alio propter incendium, uel alium caſum quocunq; modo amiſerit inſtrumenta ſuarum poſſeſſionum, uel iurium, & ſteterit in poſſeſſione, uel quaſi, ipſe, & ſui anteceſſores per decem, uel uiginti annos; teneatur dominus proprietarius accipere penſionem, & innouare poſſeſſorem, dum tamen iuret ipſe poſſeſſor ſine dolo, & culpa amiſiſſe, & quòd non fraudulenter celat, & ubi hæres eſſet, iuret non habuiſſe

habuiſse; nec habere inſtrumentum, & hoc expenſis poſseſsoris, ſeu petentis: & idem intelligatur de iure emphyteotico, & alio quocunque iure condititio. & hoc caſu teneatur petens innouationem deſignare, & exprimere per latera, & confinia vera, & præſentia rem, de qua petit ſe innouari.

De Bulla, ſeu gratia Papæ Bonifacij, & eius declarationibus. CXXVI.

VT gratia, ſeu Bulla conceſsa communi populoq; Ferrarieñ. per ſanctiſsimum dominum noſtrum Bonifacium Nonum olim ſummum Pontificem perpetuo, & inuiolabiliter obſeruetur, & eo libentius etiam recipiatur, quo magis de communi, & omnium conſenſu obſeruari mandatur; ſtatuimus, & mandamus eam Bullam, ſeu gratiã, ac omnia & ſingula in ea contenta, cum omnibus interpretationibus, ſiue declarationibus inſeri, & poni in volumine ſtatutorum ciuitatis Ferrariæ: & vltra auctoritatem Apoſtolicam, quam ſemper præponimus & veneramur, uolumus, & præcipimus pro ſtatutis obſeruari Bullam ipſam, & omnes, & ſingulas interpretationes, quæ, & prout hic inferius deſcribentur.

APOSTOLICA GRATIA
Pro iuribus eccleſiarum. CXXVII.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum intra pectoris noſtri arcana reuoluimus diligentis, & inuiolabilis deuotionis,& fidei puritatem, quã dilecti filij nobilis vir Albertus Marchio Eſtenſis in noſtra ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, ac comitatu, & territorio pro nobis, & Romana Eccleſia Vicarius in tẽporalibus generalis, nec non & populus, & commune dictæ ciuitatis inter cæteros ſubditos,& fideles noſtros,& eiuſdem Eccleſię ad nos,& Romanam Eccleſiam gerunt,ac ẽt grandia labores,expenſas, & onera, quæ ſæpius ipſos ob honorẽ & ſtatumproſperũ eiuſdẽ eccleſię ſubijſſe cognoſcimus: nec non & alia multifariam grata, & accepta ſeruitia, quæ nobis, & eidem Eccleſiæ laudabiliter, & conſtanter hactenus impenderunt, & exhibituros pro firmo credimus in futurum, merito inducimur, vt petitionibus ipſorum,illis præſertim,per quos eorũ ſtatus pacis amœnitate frui,& melius dirigi valeat,quantum cum Deo poſſumus,fauorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem pro parte Marchionis,& communis prædictorum nobis expoſito; quòd cum pleriq; ex eiſdem populo & communi à diuerſis cathedralibus,& alijs eccleſijs, nec nõ prę latis, & alijs perſonis eccleſiaſticis eccleſiarum huiuſmodi ciuitatis, comitatus, & diſtrictus, ac territorij prædictorum eſſent inueſtiti de pluribus feudis,& bonis ſtabilibus ſub diuerſis generibus,& ſpeciebus: videlicet aliqui iure feudi ad vſum regni: aliqui ad vitam eorum,nec non aliqui pro filijs,& nepotibus ſuis: quidã vero iure liuelli,ſiue precarij: alij iure emphyteotico, & nonnulli iure vſus, & aliqui eorum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus,quos dumtaxat in morte eligerent,& diuerſis alijs conditionibus,& formis, ſoluẽte tamen quolibet eorum quolibet anno aliquam recognitionem,ſiue cenſum nomine feudi, & renouare debente certo tempore huiuſmodi feudum, inueſtituram, & emphyteoſim, ſeu locationem, & ꝙ propter prę latorum cathedraliũ

eccle-

eccleſiarum, & monaſteriorum, necnon & eccleſiarum, ac aliorum piorum locorum, à quibus feuda tenebantur eadem, rectorum crebras immutationes, ac ipſorum etiam ſic inueſtientium indebitam exactionem cenſus huiuſmodi, nec non & nouas inueſtituras de feudis, & bonis antedictis multa litigia, rancores, & odia hactenus orta fuerunt prout oriebantur inter populum prædictum, & habitatores ciuitatis eiuſdem; ex eo pręſertim quia ſæpe per feudatarios, & inueſtitos huiuſmodi, ſeu eorum ſucceſſores inueſtituræ, atq; cenſus prædicti præfatis pręlatis, & rectoribus, quandoque vero verſa vice per prędictos pręlatos, & rectores huiuſmodi ſolutiones factæ huiuſmodi cenſus, vt plurimũ negabantur: vel forte minores, & infantes, penitus facta in his ante defunctorum quibus ſuccederent, ſiue ſucceſſerant ignorantes, ſolutiones huiuſmodi eſſe factas probare non poterãt. Nonnulli vero ipſorũ morte præuenti, ſucceſſores quos in morte iuxta contractuũ formã eligere poterant, non elegerant. Et aliquorum nomine eccleſiarũ inueſtientiũ huiuſmodi multoties etiã poteſtas denegabatur, & de facili procuratorium probari non poterat; propter quæ nonnunquã prælati, & rectores eccleſiarũ prædicti res, bona, & iura, vel quaſi, ſic ab eccleſijs per eos habita alios, vt de rebus recadutis contra veritatem, & iuris debitum inueſtierant, & ipſarum eccleſiarum prælati, & rectores nomine capſoldi aliquando tertiam, aliquando ſextam, aliqñ decimã partem veri pretij, cum de iure quinquageſima vix ſolui deberet de feudis, & bonis eiſdem pro inueſtituta habenda eorundẽ, receperãt, ipſiq; prælati, & rectores in multis alijs frequenter oppreſſerant ſic inueſtitos, ſeu hæredes eorum: ex quibus quidem oppreſſionibus rancores, iurgia, & litigia oriebantur, adeo ꝙ cædes etiam hominum ſæpius fuerãt exinde conſequutæ, & multa alia mala, vt timebãtur, poterant exinde veriſimiliter exoriri, niſi ſuper hoc per Sedem Apoſtolicã prouideretur. & pro parte Marchionis, populi, & cõmunis prædicti nobis humiliter ſupplicato, vt dictarũ eccleſiarum, & locorũ, nec non prælatorum, & rectorum, ac illorum, quibus huiuſmodi feuda taliter conceſſa extiterant bono ſtatui, & alijs in præmiſſis prouidere ſalubriter dignaremur. Nos tunc de præmiſſis certam notitiam non habentes, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Mutinenſi eius proprio nomine nõ expreſſo, per noſtras litteras mandauimus, vt de præmiſſis omnibus, & ſingulis, & eorum circũſtantijs vniuerſis, auctoritate noſtra ſe diligẽtius informaret, & ea quæ per huiuſmodi informationem reperiret, nobis per ſuas patentes litteras manu publica ſubſcriptas, &

ſuo

ſuo ſigillo ſigillatas, dictarum noſtrarum litterarum ſeriem continentes quanto citius referre curaret, vt per ſuam relationem huiuſmodi ſuper pręmiſsis inſtructi, in eis conſultius procedere valeremus, prout in ipſis litteris plenius continetur. Poſtmodum vero venerabilis frater noſter Dionyſius Epiſcopus Mutinenſis, ſuper his per eum plenaria informatione recepta, nobis per ſuas litteras retulit, omnia, & ſingula in prædicta expoſitione contenta fuiſſe, & eſſe vera. Nos igitur relatione dicti Dionyſij Epiſcopi in his ſufficienter inſtructi, cupiẽtes litigijs, rancoribus, odijs, cædibus, & alijs malis, quæ præmiſſorum occaſione veriſimiliter contingere poſſent, ſalubriter obuiare; Marchionis, populi, & cõmunis prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ſtatuimus, concedimus, & etiam ordinamus, quòd de cętero tam huiuſmodi, quàm alia bona ſtabilia, & feuda quæcunq; in ciuitate, comitatu, diſtrictu, ac territorio prædictis conſiſtentia, quæ etiam ab alijs quibuscunq; eccleſijs, quàm prædictis, etiam metropolitanis, cathedralibus, & alijs eccleſijs, ac pijs locis aliarum partium, ſeu diœceſum quarumcũq; per particulares homines, ſeu incolas ex eiſdem populo, & cõmuni recognoſcuntur, ac tenentur, propter canonem non ſolutum, & ſeruitium nõn impenſum, aut inueſtituram debitis temporibus nõ petitã, vel ſucceſſorũ electionem non factam, in commiſſum non cadant, nec ad dominos deuolnãtur, niſi in caſu infraſcripto. Et ꝙ venditioni, donationi, dationi inſolutũ, legato, teſtamẽto, & codicillis, permutationi, obligationi, hypothecæ, & alijs quibuſcunq; licitis alienationum contractibus inter viuos, & ex cauſa mortis, quo ad vtile dominiũ dumtaxat ſint ſubiecta. Ita tamen ꝙ vtile dominium ipſorum iurium vſualium, & reliquorum ſupradictorum penes quoſcunq; legitimos poſſeſſores, & eos, qui illis ex teſtamento, codicillis, vel ab inteſtato ſuccedent, etiam ſi defunctus fuerit inteſtabilis, aut eos, in quos dictum vtile dominium per huiuſmodi legitimos poſſeſſores per vẽditionem, donationem, dationem inſolutum, legatum, teſtamentum, vel codicillos, aut alia quacunq; vltima voluntate, & quouis alienationis contractu, & ab inteſtato vt ſupra translatum fuerit, ſuper quo, & quibus poſſeſſores ipſi liberam habeant poteſtatem, ſaluum maneat, & illęſum. Iure tamẽ directi dominij Prælatis, rectoribus, eccleſijs, monaſterijs, & alijs locis prædictis ſemper ſaluo. Sic tamen ꝙ de huiuſmodi vtili dominio translatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibita fieri non debeant, nec poſsint, & facta penitus viribus

nõ ſubſiſtant. Quòd ſi inteſtatus aliquis dictorum poſſeſſorum deceſſerit, etiam ſi fuerit inteſtabilis, tunc in bonis illis ſuccedat quilibet, qui de iure communi ab inteſtato ipſi defuncto ſuccederet; ſublata differentia ſexus, agnationis, & cognationis, niſi eſſet filius, & filia, qui ad ſucceſsionem patris ab inteſtato concurrerent: quo caſu ſuccedat maſculus excluſa fœmina, dotanda tamen ſufficienter, ſi prius dotata non fuerit. Et quòd nunc inueſtiti prædicti, & eorum ſucceſſores, in quos huiuſmodi vtile dominium trãslatum fuerit, vt præfertur ratione poſſeſsionum, quæ ſub annuo cenſu, vel certa præſtatione ab ipſis Prælatis, ac rectoribus, & pijs locis teneãtur, vltra ſolitum annuũ cenſum, ſeu præſtationem de cætero ſoluant decem ſolidos ferrarinorum dominis bonorum, & feudorum huiuſmodi annuatim. quem cẽſum, ſeu canonem, aut præſtationem, & ſolidos decem ſi nõ ſoluerint, pro qualibet annua ceſsatione incidant in pœnam dupli, eccleſijs, monaſterijs, & locis prædictis applicandi. quæ tamen præſtatio dictorum decem ſolidorum vltra ſolitum annuum cenſum, locum non habeat in iuribus vſualibus, nec in prædijs ſoluentibus annuatim decimam, ſeptimam, ſextam, quintam, vel quartam partem, aut aliam certam quotam fructuum, cum de ſui natura ſatis grauata exiſtant; quòdq; ipſi nunc inueſtiti, & poſſeſſores bonorum ipſorum intra annum à datione præſentium computandum, & illi, qui eis in huiuſmodi bonis, & feudis ex aliquo prædictorum contractuum, vel ſucceſsiõnum, aut aliàs vt præfertur iuxta naturam bonorum, & feudorum, ac formam, et conditionem ſupradictæ noſtræ conceſsionis legitimè ſuccedent, intra annum à die tranſlationis vtilis dominij in eis factæ ex aliquo ex modis ſupradictis, nouas recognitiones, et inueſtituras petere, et recipere, et ipſi domini directi, ſeu eorum procuratores, et ſyndici de bonis, et feudis huiuſmodi inueſtituram eis fieri requirentes, inueſtire ſint adſtricti. Pro qua quidem qualibet inueſtitura, vt præfertur, facienda, ipſi nunc inueſtiti, et poſſeſſores prædicti viginti ſolidos dictæ monetæ: alij vero non inueſtiti, et in dictis bonis, vt præfertur, ſuccedentes ex aliquo ſupradictorum caſuum, vigeſimam partem iuſti precij bonorum, de quibus noua inueſtitura ipſa fiet, ſoluere teneantur. Exceptis feudis tantum, pro quibus nomine huiuſmodi inueſtituræ, nunc inueſtiti, & poſſeſſores prædictorum feudorum dictos viginti ſolidos: alij vero non inueſtiti, & in bonis eis ſuccedentes, vt præfertur, ſextam partem veri precij eorum dumtaxat ſoluere ſint adſtricti. Et ſi tales recognitiones, & inueſtituras

non

non petierint, & non receperint intra dictum annum vt præfertur, ſinguli negligentes pœnam decem librarum prædictæ monetæ dominis perſoluendam incurrant eo ipſo. Et ſi forſan recognitiones, & inueſtituras eaſdem per vnum menſem vltra annum prædictum petere, & recipere non curauerint, ipſo facto cadant ab omni iure ſuo: ac prædicta bona, & feuda ad ipſos dominos directos liberè deuoluantur. Hoc adiecto ꝙ ipſi domini de bonis, & feudis huiuſmodi ſic ad eos deuolutis, alium ſubiectũ iuriſdictioni ciuitatis Ferrarienſis duntaxat, ſub ſolito cenſu, aut præſtatione, vel canone, ſeu ſeruitio cum additione decem ſolidorum dictæ monetæ annuatim ſoluendorum, vltra hactenus conſuetum cenſum, canonem, præſtationem, vel ſeruitium, & cum ſupradictis alijs oneribus, & ordinationibus noſtris huiuſmodi, inueſtire teneantur omnimodè; conſtitutionibus Apoſtolicis, & legibus Imperialibus, & conſuetudinibus, ac alijs contrarijs nõ obſtantibus quibuſcunq;. At decernimus ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, conceſsionis, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Idibus Februarij Pontificatus noſtri anno tertio. Videlicet tertiodecimo Februarij. M. CCC XCII.

In quarum vero litterarum margine ab inferiori parte ſunt ſcripta, & ſcriptæ hæc verba, & litteræ ab vna parte, videlicet Februarij. CL. Franciſcus, Ioannes de Maleſum. ab alia parte P. de Boſco, à parte vero exteriori pro M. de Dulciuio Franciſcus.

STATVTA, INTERPRETATIONES, ET DECLARATIONES SVPER BVLLA BONIFACII PAPAE NONI.

1 MVLTAE hactenus dubitationes ortæ ſunt ſuper intellectu diplomatis Pontificij, quam bullám Bonifacianam appellamus, magnas expenſas, & labores ſubditis afferentes. Solent enim quę dubia ſunt diſcordias, ac lites parere, in quibus ſtudio, & impenſa opus eſt; & ideo ad tollendam materiam contentionum inhærentes verbis Bullæ in proemio adſcriptis, quibus cognoſcitur quòd diſpoſita in ea tam ſuper bonis in commiſſum non cadentibus, q̃ ſuper facultate diſponendi pro libito, & alijs de quibus ibi, locum habenr quibuſcunque verbis inueſtitura concepta ſit; declaramus ipſam Bullam, & omnia in ea diſpoſita obſeruari debere, non obſtantibus quibuſcunque verbis, & pactis in inueſtituris appoſitis Bullæ contrarijs, ſiue ipſæ inueſtituræ habeant relationem ad ipſam, ſiue non habeant, quia volumus omnino ꝙ ſemper, & omni caſu intelligatur facta relatio ad Bullam in omnibus, & per omnia. Declarantes pacta, & alia quæcunq; etiam iuramẽta in inueſtituris, & conceſsionibus inſerta aduerſantia diſpoſitioni Bullæ irrita eſſe, ac nullius momenti, & pro non appoſitis haberi, ſed cenſeri per vim, dolum, ac metum extorta.

2 Statuimus ẽt ꝙ ſi ſint plures res cõprehenſæ in vna inueſtitura, quo quo iure conceſsio facta ſit, & pro earũ qualibet annuatim quid ſoluatur, alirer q̃ per modũ quotæ; ẽt ſi illæ annuæ ſolutiones diuerſis temporibus fiant, pro tali inueſtitura nõ ſoluantur niſi viginri ſoli di ferrarinorum tm̃. & pro annuis præſtationibus faciendis ſecundum continentiã Bullæ omnium rerũ, ac bonorũ comprehenſorũ in dicta conceſsione niſi decem ſolidi ferrarinorum tantum pro additamento prædictæ Bullæ.

3 Item ꝙ ſi ſint in vna inueſtitura plures inueſtiti de vna re, vel pluribus, pro quibus ſolui debeat quid annuum non per modum quoræ pro inueſtitura, non ſoluatur niſi quatenus ſolueretur ſi conceſsio, & inueſtitio vni ſoli facta eſſer.

4 Item ꝙ ſi quid annuum ſoluatur pro vna re cõceſſa, quod partim conſiſtat in quota, & partim in alio, non per modum quotæ, nihil præter ſolitum ſoluatur pro cenſu annuo dictæ rei.

5 Irem

5 Item volumus quòd Bulla, & in ea diſpoſita complectantur omnes cõceſsiones, etiam iuratas, factas ab eccleſijs, vel pijs locis quibuſcunque, non ſolum ante, & poſt Bullam vſque in tempus præſens, ſed in poſterum etiam quandocunq; faciendas, quoquo titulo fieri contigerit, ſiue ſub nomine feudi, ſiue liuelli, ſeu vſus, ſeu cuiuſq; alterius contractus.

6 Item quòd ſi in aliquo contractu, ſiue inſtrumento expreſsè per cõtrahentes, etiam enunciatiuè dicatur, aut enuntietur res, de qua, vel quibus fit cõtractus, vel inſtrumentũ, eſſe iuris, vel de iure alicuius eccleſiæ, piæ cauſæ, vel pij loci, intelligatur eſſe fundata intentio cuiuſlibet eorum, vigore dictorum verborum, quòd res ipſa ſpectet & pertineat iure directi dominij ad ipſam eccleſiam, piam cauſam, vel pium locum in prę iudicium ipſorum contrahentium, & cuiuſlibet eorum, & habentium cauſam ab ipſis, niſi per eos, vel alterum eorum probetur contrarium.

7 Item quòd perſonæ inueſtitæ in quibuſcunq; conceſsionibus factis per hęc verba, inueſtiuit pro ſe, ſuis filijs maſculis, & vna filia tantũ, vel pro ſe, & ſuis deſcendẽtibus, vel pro ſe, & vno ſucceſſore, quem elegerit, vel aliter quomodocunque ipſa conceſsio concepta ſit, illi tales in ea expreſsi, ſiue ſint legitimè nati, ſiue ſufficienter, & validè legitimati habeantur, & intelligantur ipſo facto inueſtiti, & pro inueſtitis quantum ad hoc tantum, vt nec ipſis, nec eorum aliquibus ſit neceſſarium petere inueſtituram à Prælatis, vel rectoribus, vel alijs conceſſoribus, nec aliquid aliud ſoluere pro inueſtitura, ſeu inueſtituris: ſaluo ſemper iure eius, in cuius perſona tunc reſidebit inueſtitura, pro libito diſponendi de ipſis bonis, ſecundum tenorem conceſsionis, & prouiſionis Bullæ, & eo diſponente cæteri in ea cõprehenſi prorſus intelligantur excluſi.

8 Inſuper vbi in conceſsionibus appoſita reperiuntur verba huiuſmodi, ſeu clauſula iſta: videlicet pro ſe, & filijs, & pro illis perſonis, quæ de iure, & ſecundũ formã, & conſuetudinem vſuum ciuitatis Ferrariæ ſuccedunt, & ſuccedere poſſunt in vſibus, ſtatuimus, & declaramus quòd hæres vniuerſalis excludat filios, & omnes comprehenſos in inueſtitura, quamuis etiam non fiat ſpecialis mentio in ipſa vniuerſali inſtitutione hęredis de prędictis bonis recognitis ab eccleſia (ſaluo tãmen iure legitimæ in prædictis bonis comprehenſis quibus debetur) niſi filijs, & alijs cõprehẽſis ſpecialiter, & expreſsim talis vſus quouis titulo fuerit relictus, quo caſu excludant hęredem

& non aliter. Vlterius ſtatuimus quòd res recognita ab eccleſia, vel pio loco aliquo caſu confiſcari non poſsit.

9 Item ꝙ in qualibet inueſtitura concepta ſub his verbis pro ſe, filijs, & hæredibus, ſiue pro ſe, & filijs hæredibus, ſiue pro ſe, & hæredibus aſcendentes, & deſcendentes primi inueſtiti de agnatione vltimi inueſtiti intelligantur comprehenſi in inueſtitura, quo ad omnem effectum ſi fuerint hæredes. Si vero hæredes non fuerint, aut ſi non exiſtant aſcendentes, nec deſcendentes, tunc alij hæredes cõprehenſi in inueſtitura intelligantur, vt inueſtiri debeant, ſed teneantur ſoluere capſoldum debitum.

10 Item ꝙ inueſtitura ſub hac forma, pro ſe, & filijs intelligatur comprehendere nepotes, & alios vſque ad quartum gradum, vt non teneantur præcisè inueſtiri, nec ſoluere capſoldum; ſecus ſi inueſtitura concepta eſſet ſub hac forma, pro ſe, & filijs tantum, vel vſq; ad alium certum gradum limitatum, & expreſſum ſecundum formã antiquarum inueſtiturarum quibus caſibus prędicti hæredes non expreſsi debeant inueſtiri, & ſoluere capſoldum.

11 Item ꝙ illa verba Bullæ, videlicet teneantur alium ſubiectum &c. intelligãtur alium proximiorem, aut proximiores, ſi pares fuerint in gradu, & eum, vel eos omnino inueſtiri oportere eiſdem modo, & forma, & ſub ea ſolutione, de quibus in Bulla, & non ſub alia ſolutione, ne ipſa inueſtitura facienda fiat venalis. & ꝙ illa verba, ſic tamẽ ꝙ de huiuſmodi vtili dominio tranſlatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibita fieri non debeant, nec poſsint, & facta penitus viribus non ſubſiſtant, intelligantur etiam reſpectu æſtimationis huiuſmodi rei.

12 Item ꝙ finita inueſtitura per lineã finitam proximior inueſtiri poſſit, & debeat ſecundũ formã antiquarũ inueſtiturarũ, quatenus nõ ſint contrarię Bullę, ſoluẽdo capſoldum. & ſi recognoſcens rem ab eccleſia legitimè alij conceſſerit quocunque modo, vel titulo recognoſcenti ab eodẽ, capſoldus continuè ſoluatur primo domino directo, non ſecundo, aut recognoſcenti ab alio. & ꝙ filius non poſsit retinere bona recognita ab eccleſia repudiata hęreditate patris in totum. & ꝙ in generali fideicõmiſſo bona prædicta comprehendãtur, licet ſpecialis mentio de illis facta non ſit.

13 Item ꝙ alienatio rei eccleſiaſticæ fiat, & ſit, ſi fiat locatio ad annos decem, vel vltra, & etiam ad minus tempus cum pacto de renouando, per quod pactum locans, vel concedens precisè, & neceſ-

ſario

ſario teneatur finito tempore relocare, aut concedere, aut ſi etiam à principio contractus eſſent huiuſmodi verba, aut ſimilia. ex nunc prout ex tunc finito dicto tempore intelligatur eſſe recōducta &c. Quibus caſibus recipiens teneatur petere inueſtituram, & ſoluere capſoldum ſecundum formam Bullæ: ſecus ſi fuerit pactum de appropriando in aliqua de prædictis conceſsionibus: præſumentes hoc caſu, non videri tranſlatum vtile dominium, quod concedens penes ſe retinere videtur, transferendum tempore, quo fiet appropriatio.

14 Item ꝙ alienatio non ſit quo ad infraſcripta, ſi res eccleſiaſtica data fuerit in dotem per mulierem, in cuius perſona inueſtitura, vel res ipſa reſidet, aut ſi data fuerit in dotem per quemcunq; attinentem mulieris, quę comprehēſa ſit in inueſtitura. quibus caſibus donec mulier vixerit, non teneatur maritus, aut ſocer petere inueſtituram, nec capſoldum ſoluere, etiam ſi æſtimata in dotem data fuerit res prædicta.

15 Item ꝙ non ſit alienatio ſi fratres, aut alij in inueſtitura antiqua comprehenſi inter ſe diuidant, aut quoquo modo inter ſe alienent rem ipſam recognitam, aut res ipſas recognitas ab eccleſia, aut in eis ſuccedat alter alteri. & ideo recipiens cogi non poſsit ſoluere capſoldum, licet compelli poſsit ad inueſtituram ſuſcipiendam pro parte in ſe de nouo tranſlata, ſi voluerit eccleſia, expenſis inueſtiti.

16 Item ꝙ alienatio facta non intelligatur quoties vſuſfructus etiam integer, & plenus eſt conſtitutus in rebus, de quibus ſupra. & ideo vſufructuarius non teneatur accipere inueſtituram, nec ſoluere capſoldum.

17 Item volumus ꝙ ipſa Bulla, & in ea diſpoſita comprehendant decimas, & iura decimandi tam ante conciliū Lateranenſe, quam poſt conceſſas, & conceſſa; in quibus idem obſeruari mandamus, quod diſpoſitum eſt de alijs rebus ab eccleſijs, vel pijs locis quibuſcunque recognitis, prout generalitas verborum Bullę, & antiqua conſuetudo hactenus inuiolabiliter obſeruata ſuadet.

FORMA, ET MODVS STIPVLANDI A Rectoribus Eccleſiarum, & per ipſos concedendi res eccleſiaſticas, & etiam decimas precarias, & faciendi alios quoſcunque conſimiles cõtractus iure liuelli ſecundum Bullam Bonifacij Papæ Noni; qualitercunq́, & quomodocunq́, & quibuſcunq́ verbis dictæ res, decimæ, & precariæ concedi, & alij quicunque conſimiles contractus antea fieri ſoliti fuerint.

LIVELLVS.

REVERENDVS in Chriſto pater, & dominus, dominus Thomas Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia Ferrarienſis eccleſiæ Epiſcopus, per ſe, & ſuos ſucceſſores volens obtemperare, & obſeruare gratias, & beneficia conceſſa quondam Illuſtri, & M.^co domino, & domino noſtro D. Alberto Marchioni Eſtenſi, nec non populo, & communi Ferrariæ inſerta, & contenta in litteris Apoſtolicis ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri, domini Bonifacij diuina prouidẽtia olim Papę noni; omni meliori modo, & forma, quibus melius poteſt, ſequens ſeriem, & formam dictarum litterarũ Apoſtolicarum iure liuelli inueſtiuit Iacobum &c. pręſentem, ſtipulantem, & petentem, ac recipientem pro ſe, & alijs perſonis, vt prius fiebãt inueſtituræ illius liuelli, ſpecificando perſonas eo modo quo eſt conſuetum poni in præcedenti inueſtitura, de vna domo &c. quam dictus Iacobus de pręſenti tenet, & poſsidet iure liuelli à dicto domino Epiſcopo, ſeu ab Epiſcopatu Ferrariæ, cũm eius introitu, & exitu, ſuiſq; finibus, & cohęrentijs, & cum omnibus, & ſingulis ad ipſam rem ſpectantibus & pertinentibus: Dans licentiam eidem Iacobo recipienti pro ſe, & prædictis, de quibus ſupra, intrãdi, ſtãdi, & apprehendendi propria auctoritate tenutam, & corporalẽ poſſeſsionem dictæ rei, & ipſam rem poſsidendi, & vſufructandi, & de ea quantum eſt reſpectu vtilis dominij, omnia & ſingula faciendi, & conſequendi, & habendi, quæ in dictis gratijs, & beneficijs, ſeu litteris Apoſtolicis continentur, & taliter inueſtitis permittuntur directo dominio retento, & remanẽte penes ipſum dominum Epiſcopum, ſeu Epiſcopatum ciuitatis Ferrariæ. Et pro recognitione dictæ rei dictus Iacobus liuellarius dare, & ſoluere promiſit eidem domino Epiſcopo præſenti, & ſtipulanti pro ſe, & ſuis in dicto Epiſcopatu ſucceſſoribus omni anno de menſe Martij vnum ferratinum, vt prius faciebat, & tenebatur. Et pro additione noua cõ-

tenta

tenta in dictis litteris Apoſtolicis ſolidos duos march. ſub pœna dupli prout, & ſicut in dictis litteris Apoſtolicis continetur; & pro præſenti inueſtitione dictus Iacobus liuellarius in præſentia prædictorū teſtiū, & mei notarij infraſcripti ſoluit dicto Epiſcopo ſolidos viginti Ferrarinorum, prout mandatur, & continetur in dictis litteris Apoſtolicis. Hoc tñ acto, & inter partes prædictas conuento, & declarato ꝙ oēs, & ſinguli ſucceſſores in dicta re, qui tamen non ſint in præſenti inueſtitione comprehenſi, aut comprehenſi nō debeant intelligi, teneantur, & debeant, cum caſus dictæ ſucceſsionis aduenerit, petere ſe inueſtiri ſub ſimili modo, temporibus, & conditionibus in dictis litteris Apoſtolicis contentis, & tunc ſoluere pro inueſtitura ea, quæ in dictis litteris Apoſtolicis continentur. Ita tñ ꝙ non liceat dicto Iacobo, nec prædictis, pro quibus inueſtituram recipit, alienare, vel transferre dictam rem titulo aliquo in perſonam prohibitam, prout, & ſecundum tenorem, & ſeriem dictarum litterarū Apoſtolicarum. Quam rem promiſit dictus D. Epiſcopus obligādo ſe, & bona dicti Epiſcopatus eidem Iacobo præſenti, & ſtipulanti vt ſupra legitimè ab omni perſona, communi collegio, & vniuerſitate auctorizare, & defendere in iudicio, & extra, omnibus ſuis, & dicti Epiſcopatus litibus, & expenſis. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta, & alia in prædictis litteris Apoſtolicis contenta promiſerunt dictæ partes ſibi inuicem per ſe, & ſuos hæredes, & ſucceſſores ſolenni ſtipulatione obſeruare, & firma, & rata perpetuo habere, tenere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium aliqua ratione, vel cauſa de iure, vel de facto, ſub obligatione bonorum dicti Epiſcopatus, & dicti Iacobi liuellarij præſentium, & futurorum, ſub pœnis dumtaxat in dictis litteris Apoſtolicis contentis.

¶ Idem ſeruetur in inueſtituris decimarum precariarum, & quorumcunq; aliorum conſimiliū contractuum. Et nulli notarij prorſus poſſint facere ſtipulationes, aut ſcribere conceſsiones, aut inſtrumenta rerum, & contractuum prædictorum alijs diuerſis conditionibus, formis, & pactis aduerſantibus diſpoſitioni ipſius Bullæ, & ſi aliquis notarius cōtrafecerit ipſo iure intelligatur infamis, & notariatu priuatus, & multatus pœna aureorum centum auri in auro maſſariç communis Ferrariæ applicandorum.

FORMA, ET MODVS STIPVLANDI A Rectoribus Eccleſiarum, & per ipſos concedendi res eccleſiaſticas iure feudi ſecundum Bullam Bonifacij Papæ Noni: & ſic ſeruetur in conceſſionibus decimalium qualitercunque, & quomodocunque, & quibuſcunque verbis ipſæ res, & decimæ antea ſolitæ fuerint concedi.

FEVDVM.

REVERENDVS in Chriſto pater &c. per ſe, & ſuos ſucceſſores, volens obtemperare, & obſeruare gratias, & beneficia conceſſa Illuſtri, & Mag.^co domino, & domino noſtro, D. Alberto Marchioni Eſtenſi, nec non populo, & communi Ferrariæ inſerta, & contenta in litteris Apoſtolicis ſanctiſsimi in Chriſto patris, & domini noſtri, D. Bonifacij diuina prouidentia Papæ Noni; omni meliori modo, & forma, quibus melius poteſt, ſequens ſeriem, & formam dictarum litterarum Apoſtolicarum iure feudi inueſtiuit Titium &c. præſentem, & recipientem pro ſe, ſuiſq; filijs legitimis, & deſcendentibus maſculis, ſeu ſecundum quod extenditur antiqua conceſsio, de ſuo iuſto, recto, & antiquo feudo: videlicet de vna domo &c. vel de tali decima &c. Quam dictus Titius de præſenti tenet, & poſsidet iure prædicto à dicto domino &c. Et inueſtiuit prædictum Titium vt ſupra de dicta re, cum introitu, & exitu ſuo, ſuiſq; certis, iuſtis finibus, & coherentijs, & cum omnibus, & ſingulis ad ipſam rem ſpectantibus, & pertinentibus: & dedit dicto Titio præſenti, & recipienti vt ſupra liberam poteſtatem ſua auctoritate propria intrandi, ſtandi, & apprehendendi tenutam, & corporalem poſſeſsionem dictæ rei, & ipſam rē poſsidendi, & vſufructuandi, & de ea, quantum eſt iure vtilis dominij, oīa & ſingula faciēdi, conſequendi, & habendi, quę in dictis gratijs, & beneficijs, ſeu litteris Apoſtolicis continentur, & taliter inueſtitis permittuntur directo dominio retenro, & remanēte penes prædictum dominum Epiſcopum, & Epiſcopatum Ferrariæ. Et pro præſenti inueſtitione dictus Titius vaſſallus in præſentia mei notarij, & teſtium ſupraſcriptorum dedit, & ſoluit dicto domino &c. ſolidos viginti ferrarinorum, prout mandatur, & continetur in dictis litteris Apoſtolicis. Hoc tamen acto, & inter partes prædictas conuento, & declarato, quod omnes, & ſinguli ſucceſſores in dicta re, qui tamen non ſint in præſenti inueſtitura comprehenſi, aut comprehenſi non debeant intelligi,

teneantur,

teneātur,& debeant,cum caſus dictę ſuccesſionis aduenerit, petere ſe inueſtiri ſub ſimili modo temporibus,& conditionibus in dictis litteris Apoſtolicis contentis:& tunc ſoluere pro dicta inueſtitura ea,quę in dictis litteris Apoſtolicis continentur. Ita tamen ꝙ non liceat dicto Titio,nec prędictis, pro quibus inueſtituram recipit, alienare, vel transferre dictam rem titulo aliquo in perſonam prohibitam, prout, & ſecundum tenorem,& ſeriem dictarum litterarum Apoſtolicarum. Quam rem promiſit dictus dominus &c. obligando ſe, & bona dicti ſui &c. eidem Titio pręſenti, & ſtipulanti legitimè ab omni perſona communi,collegio, & vniuerſitate auctorizare, & defendere in iudicio,& extra omnibus ſuis,& dictę eius Eccleſię ſumptibus,& expenſis. qui Titius vaſſallus corporaliter tactis ſcripturis ad ſancta Dei Euangelia iurauit fidelitatem dicto domino &c. pręſenti, & ſtipulanti pro ſe,& ſucceſſoribus ſuis,& dictę eius eccleſię in omnibus,& per omnia, prout in ſacramento fidelitatis plenius continetur. Quę omnia, & ſingula ſupraſcripta, & alia in prędictis litteris Apoſtolicis contenta promiſerunt dictæ partes ſibi ad inuicem per ſe, & ſuos hæredes, & ſucceſſores ſolenni ſtipulatione obſeruare, & firma, & rata perpetuò habere, & tenere,& non contrafacere,vel venire per ſe,vel alium modo aliquo, ratione, vel cauſa de iure, vel de facto, ſub obligatione bonorum dictæ eccleſiæ,& dicti vaſſalli præſentium,& futurorum,& ſub pœnis dumtaxat in dictis litteris Apoſtolicis contentis.

Vbi de feudo non ſoluatur aliquid, ſeruetur forma ſupraſcripta:vbi autem de feudo ſoluatur aliquid, ſeruetur forma ſupraſcripta vſque ad illud verbum vbi dicitur. Et pro præſenti inueſtitura dictus Titius vaſſallus in præſentia mei notarij &c. excluſiuè, & tunc dicatur. Et pro recognitione dicti feudi, ſeu dictæ rei feudalis dictus Titius vaſſallus dare, & ſoluere promiſit dicto domino &c. præſenti,& ſtipulanti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus omni anno in tali menſe vnum par perdicum,vel tale quid,& pro additione noua contenta in dictis litteris Apoſtolicis, ſolidos decem ferrarinorum, ſub pœna dupli, prout, & ſicut in dictis litteris Apoſtolicis continetur, & his dictis ſequatur. Et pro præſenti inueſtitura &c. vſque ad finem notæ ſupradictæ. Et ſi notarij contrafecerint puniantur vt ſupra.

FORMA, ET MODVS SERVANDVS IN conceſsionibus vſuum rerum Eccleſiarum quomodocunq́, qualitercunq́, & quibuſcunq́ verbis antea ſoliti fuerint concedi.

VSVS.

REVERENDVS in Chriſto pater,& dominus, dominus Thomas Dei,& Apoſtolicæ Sedis gratia ſanctę Ferrarieñ. eccleſiæ Epiſcopus,per ſe, & ſuos ſucceſſores in dicta eccleſia volens obtē perare,& obſeruare gratias, & beneficia conceſſa Illuſt. & Mag. dño, & domino noſtro D.Alberto Marchioni Eſtenſi,nec nō populo,& cōmuni Ferrariæ inſerta, & contenta in litteris Apoſtolicis ſanctisſimi in Chriſto patris, & domini noſtri,domini Bonifacij diuina prouidētia olim Papæ noni,omni meliori modo,& forma, quibus melius poteſt, ſequens formam & ſeriem prędictarum litterarum Apoſtolicarū iure vſus patriæ noſtræ ciuitatis Ferrariæ, cum quodam calamo, quē tenebat in manibus inueſtiuit Iacobum &c. præſentem, petentem, ſtipulantem,& recipientem pro ſe,& ſuis filiis legitimis,& deſcendentibus,& pro illis perſonis,quæ de iure,& ſecundum formam, & conſuetudinem vſuum ciuitatis Ferrariæ ſuccedunt, & ſuccedere poſſunt,in vſibus de vna domo &c.cū introitu,& exitu ſuo,ſuisq́; certis,iuſtis finibus & cohęrentijs, & cū omnibus,& ſingulis ad dictam rem ſpectantibus & pertinentibus.et cum licentia intrandi,ſtandi,& apprehendēdi tenutā,&corporalē poſſeſsionē dictę rei ſua auctoritate propria,ad habendum,tenendū,poſsidendū,vſufructuandū,meliorandū,& nō deteriorandum,& quicquid dicto vſuario,ſuiſq́; filijs,& deſcendentibus vt ſupra de cætero iure prædicto placuerit, perpetuo faciendum. Quam rem iure vſus conceſſam prǽfatus dominus Epiſcopus per ſe, & eius ſucceſſores promiſit eidem vſuario præſenti, & ſtipulanti legitimè ab omni perſona, cōmuni, collegio, & vniuerſitate auctorizare,& defendere in cauſa,& extra omnibus iudicijs,ſumptibus, & expenſis bonorum dicti Epiſcopatus, quantum eſt pro facto proprio dicti Epiſcopatus. Et nomine vſus dictæ rei iure vſus conceſſæ dictus vſuarius obligando ſe, & ſua bona omnia, & ſingula præſentia, & futura per ſe, & ſuos filios,& hæredes dare,& ſoluerę promiſit prælibato domino Epiſcopo præſenti, & ſtipulanti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus omni anno in feſto ſancti Michaelis libras quinq́; march. ſub pœna dupli dicti vſus ſecundum quod continetur in ſtatutis communis Ferrariæ de hoc loquentibus. Ita tamen ꝙ non liceat dicto vſuario,neque ſuis filijs,& vt ſupra,

ſupra,dictā rem in toto,vel in parte vendere,aut alienare in perſonas prohibitas. Quā inueſtitionē,& oīa & ſingula ſupraſcripta promiſerunt dictę partes ſibi inuicē ſolēni ſtipulatione hincinde interueniēte firma,& rata habere,tenere,attēdere,obſeruare,& nō cōtrafacere,uel venire per ſe,vel aliū,ſeu alios modo aliquo,ratione,vel cauſa de iure vel de facto:ſub pœna ſtipulatione promiſſa lib.x.mar.& obligatione oīum bonorū dictarū partiū,ſcilicet dicti Epatus, & dicti vſuarij præſentiū,& futurorū,cum refectione damnorū, & expēſarū litis &c. qua pœna ſoluta, vel nō,prædicta oīa & ſingula ſint firma. Inſuper dictus Iacobus vſuarius pro pręſenti inueſtitura in pręſentia ſupraſcriptorū teſtium, & mei notarij infraſcripti ſoluit dicto D. Epiſcopo ſolid. xx. ferrarinorum,prout mandatur,& continetur in dictis litteris Apoſtolicis. Et ſi notarij contrafecerint,puniantur vt ſupra.

De præſcriptione temporis ordinati ad defenſionem rei immobilis, vel incorporalis iuſto titulo acquiſitæ. CXXVII.

STATVIMVS, ꝙ quicunq; iure emptionis,vel alio iuſto titulo acquiſiuerit aliquā rem immobilē poſitā in ciuitate,vel diſtrictu Ferrarię, vel aliquā rem incorporalē; & ipſam tenuerit, & poſſederit, vel quaſi poſſederit per ſe,vel aliū eius nomine pacificè,& quietè per xiiij.menſes à die acquiſitionis cōputandos,ſine quæſtione,querela, vel contradictione alicuius;ipſe emptor,vel iuſto titulo acquiſitor per Poteſtatē & eius curiā,& cōmune Ferrariæ defendi,& manuteneri debeat in ipſa re empta,vel acquiſita. Ita vt vltra dictum terminū nullus audiatur volens aliquā litem,vel quæſtionē,ſeu controuerſiā mouere contra ipſum emptorē,vel alterum iuſto titulo acquiſitorē occaſione dictę rei, vel eius poſſeſsionis, ſeu quaſi: ſed vnicuiq; poſt curſum tpis prædicti ſilentiū imponatur. Ita tñ ꝙ quilibet emptor, ſiue alio iuſto titulo acquiſitor teneatur,& debeat (ſi vult vti beneficio,& fauore huius ſtatuti) intra duos menſes immediatè poſt celebratā venditionē, ſiue alio iuſto titulo acquiſitionē per inſtrumentū publicū,vel poſt tēpus reluē difinitum,ſi res fuerit vendita cum pacto retrouendendi,& ſi res fuerit vendita,vel in ſolutū adiudicata modo,& forma, quibus ſub titulo de dationibus in ſolutū,intra duos menſes à die finiti biēnij ad recuperandū præfixi,publicè,& alta voce,ac ſono cornu præmiſſo proclamari facere per publicū bannitorē ciuitatis Ferrariæ ad locum conſuetū ſuper ſcalis palatij, & ſuper podiolo,vbi fiunt ſubhaſtationes, & circa horā iuris; & ſi res eſt in ciuitate, vel burgis Ferrariæ, ēt in contracta ubi res poſita eſt ante ipſam rem,& ſi eſt in uilla,uel eius pertinentijs,

in uilla, in cuius fundo res ſita eſt, qualiter. N. emit, uel tali titulo acqui ſiuit talē rem à tali, declarando nomen eius, à quo acquiſita eſt, & rem & locum vbi eſt; & denuntiando nomine Poteſtatis, vel eius Vicarij, ꝙ quicunq; vult aliquod ius proponere, vel oſtendere, ꝙ habeat in dicta re, cōpareat intra terminum ſupra ſtatutum corā eo, alioquin vltē rius nō audietur. & poſſit quilibet alius pręco proclamationes prędictas facere in ciuitate, & in villis vt ſupra dictum eſt, intelligēdo ꝙ proclamatio, q̄ fit in villis, fiat tm̄ die dominica ad eccleſiā villæ, uel ad locum vbi magis habitātes in villa cōueniunt. & inſuper fiat inſinuatio, ac denuntiatio tenoris ſupraſcripti per unum ex notarijs ad officium Aſſeſſoris deputatis in conſilio maiori ciuitatis Ferrar. videlicet qn̄ curia Poteſtatis cōueniūt ſono cāpanæ, & cornu: & de huiuſmodi proclamationibus, & denuntiationibus cōſtet per relationē bānitoris, & pręconis, qui eas fecerit, & de denuntiatione notarij, qui in maiori cōſilio denuntiauerit per publica inſtrumēta per vnum ex notarijs Aſſeſſoris. & Poteſtas Ferrariæ, ſeu eius Vicarius poſſit, & debeat ad requiſitionē cuiuſlibet emptoris, vel acquiſitoris imponere, uel cōmittere fieri huiuſmodi proclamationes, & denuntiationes. Volumus tn̄ ꝙ præſcriptio introducta per præſens ſtatutum nō currat, nec præiudicet illis perſonis, quibus cum effectu agendi, & cōſequendi nōdum cōpeterent actiones intra terminum ſupraſcriptum, & minoribus xxv. annis, & abſentibus à ciuitate, & diſtrictu Ferrariæ per totum tēpus prædictum, vel duas partes continuè illius tpis: & mulieribus in rebus dotalibus, aut occaſione dotium ſuarum, & infirmis pro eo tm̄ tpe, quo in domo detenti fuerit pp grauem infirmitatē. Cum uero aliquis perſonaliter, uel per legitimā perſonā intra dicta tpa coram ipſo Poteſtate, ſeu eius Vicario cōparuerit, & aliquid oppoſuerit contra emptorē, uel acquiſitorē ſuper re empta, vel aliter acquiſita, tunc procedatur, & termini aſsignētur, & alia fiant ſecundum formā pręſentium conſtitutionum. & ſi inſtantia dictæ cauſæ ſemel perēpta fuerit firmum maneat ius actori intra alios xiiij. menſes denuo litē inchoādi, refectis tn̄ prius expēſis: & ſi cauſa rurſus nō fuerit expedita intra dictū tēpus, amplius nō audiatur agēs occaſione prædictæ rei cōtra poſſeſſorē. Adijcientes ꝙ ſi poſt dictum tempus is, qui abſens fuerit, redierit ad ciuitatem, vel diſtrictū Ferrariæ, & minor maior factus fuerit, & non valens agere nanciſcatur facultatem agendi, & acquiſitor ſibi denuntiari fecerit legitimè dictas proclamationes, & inſinuationes ſic factas, teneatur intra dictum tempus à die factæ notificationis computandum comparere,

parere, & de iure ſuo docere ſicut ſupra diximus. Et eo caſu vendicet ſibi locum præſens ſtatutum; & teneatur notarius, qui fuerit rogatus de prædictis proclamationibus, & inſinuationibus, deſcribere in vacchetta bannitoris nomina emptoris, & venditoris, & effectũ, ac tempus proclamationũ, & inſinuationũ ſub omni breuitate poſsibili: & bannitor requiſitus teneatur notificare cuicunq; volenti, & requirenti dictas proclamationes ſub pœna priuationis officij ſui.

De præſcriptione quindecim annorum. CXXVIII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ ſi quis habuerit inſtrumentum, vel aliã ſcripturam debiti cautionis, vel pignoris, vel ius aliquod agẽdi, vel petendi ẽt ex officio Iudicis, contra aliquẽ quomodocunq;, vel qualitercunq;, & ex quacunq; cauſa, ꝙ creditũ probare poſsit ẽt per teſtes; et nõ petierit in iudicio, vel extra intra annos xv. continuos, volens agere, vel petere poſt dictos xv. annos, nõ audiatur ẽt excipiendo, niſi per exceptionẽ adduceretur cõpenſatio contra aliud debitũ petitũ ab aduerſario, ꝙ contractũ fuiſſet pendente termino xv. annorũ, ſiue in genere, ſiue in ſpecie pro concurrenti quantitate, ſi debitor viuẽs iurauerit ſe ſoluiſſe, vel aliter ſatisfeciſſe: cuius iuramẽto ſtetur, & habeatur pro plena probatione. Eo vero debitore mortuo præſumatur fictione pręſentis ſtatuti ſolutũ eſſe, & ſatisfactũ, hærede iurãte de credulitate ſolutionis prędictę. Et ita vt ſupra per quoſcunq; Iudices iudicari mãdamus, quibuſcunq; in contrariũ nõ obſtantibus, ẽt ſub vinculo iuramenti per eos pręſtiti. & hęc locũ habeant ẽt in ſententijs, & pręceptis de debito pecuniario latis, & in quibuſcunq; alijs obligationibus quomodocunq; cõtractis, vel quaſi, & ẽt ex vltima voluntate deſcẽdentibus præſentibus, & futuris; pręterq̃ in dotibus, & augumẽtis dotiũ, in quibus ſeruentur iura cõmunia. & hæc oĩa ſibi locũ vendicẽt in actionibus pſonalibus tm̃. Adijciẽtes tñ ꝙ ſi quis mercedẽ recipere debeat ab aliquo ex operibus diurnis, famulatu, nutritura, vel alia quacunq; ſimili cauſa, & nõ petierit in iudicio, vel extra intra annos quatuor cõtinuos, vel pro pẽſione domus, & apothecę ſimul, vel diuiſim intra annos quinque finito tpe pręd icto vendicent ſibi locũ in omnibus, & per oĩa quæ ſupra diſpoſita ſunt in pręſenti ſtatuto. Declarãtes ꝙ in terminis prędictis, vel aliquo prędictorũ nõ debeat cõputari tẽpus belli, vel peſtis, ex quo, & quatenus ius non redderetur in hac ciuitate: quo tpe nolumus præſcriptiones prædictas currere, ſed dormire, & ſtare in ſuſpẽſo. volẽtes ẽt prędicta oĩa & ſingula, de quibus ſupra, obſeruari debere ẽt in quibuſcũq; cauſis cõpromiſſarijs, & cuiuſcũq; alterius generis.

Quòd tutores, ſeu curatores, & alij adminiſtratores elapſis quindecim annis non teneantur reddere adminiſtrationis rationem. CXXIX.

STATVIMVS, ꝙ ſi aliquis ciuis, vel incola ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus tutor fuerit, vel tutrix alicuius, & elapſi ſint à tempore finitę tutelæ quomodocunque, & ſuperuenientis pubertatis, quindecim anni, infra quos petita nõ fuerit adminiſtrationis ratio à tutore, vt ſupra, vel eius hęrede, et cum effectu fuerit proſequuta ſaltem vſq; ad publicationem proceſſus incluſiuè; de cætero non teneatur tutor, vt ſupra, aut eius hæres, nec fideiuſſores adminiſtrationis reddere rationem; nec ſuper hoc compromiſſum fieri peti poſsit, ſi tutor prædictus confecerit inuentarium, prout de iure tenetur. Volentes quòd poſt dictos quindecim annos finitos, vt ſupra, prȩſumatur ipſo iure eſſe rationem adminiſtrationis redditam cũ reliquorum prȩſtatione. Et etiam ſit, et eſſe intelligatur ipſe tutor liberatus. Et hoc locum habeat in prȩteritis, præſentibus, et futuris. Et ꝙ ſupradictum eſt in tutore, locum ſibi vendicet in curatore finita cura quomodocunq;, et in factore, negotiorum geſtore, et in quolibet alio adminiſtratore.

De præſcriptione fœtuum, redituum, & fructuum beſtiarum & poſſeſsionum. CXXX.

QVIA non eſt veriſimile quòd dominus ſocius, aut locator beſtiarum, & poſſeſsionum ſuis congruis temporibus non petat debitos fœtus, & reditus earum: et vt reprimatur malitia iniquorum, & ſimplicibus bona fide agẽtibus conſulatur; ſtatuimus quòd ſi dominus locator, aut ſocius caprarum, pecudum, vel vaccarum à lacte, ſingulo anno etiam durante ſocida, vel infra duos menſes finito anno, non petierit in iudicio, vel extra in præſentia duorum teſtium ab illo, qui dictas capras, pecudes, vel vaccas à lacte in ſocida, vel alio quocunque modo tenet, caſeum, pouinas, butyrum, lanam, hædos, vitulos, & agnos natos in eo anno, qui non conſeruentur pro conſeruatione, aut augumento gregis, vel pecuniam ex eorum, vel quolibet eorum venditione perceptam, amplius non audiatur volens petere prædicta, vel aliquod prædictorum: nec aliquam aliam adminiſtrationem ſibi reddi petere poſsit, ſed fingatur præſentis ſtatuti auctoritate ſibi ſolutum, & ſatisfactum pro prædictis tantummodo. In aliis vero

beſtiis,

beſtijs,ſi quis non petierit, vt ſupra, finita ſocida infra vnum annum rationem ſibi reddi de fœtibus, & alijs reditibus, ſimiliter non audiatur, & fingatur auctoritate præſentis ſtatuti ſibi ſatisfactum vt ſupra: reſeruato tamen domino locatori,ſeu ſocio in caſibus prædictis, omni alio ſuo iure in capitali, & grege ipſo aucto, vel diminuto ſecundum formam iuris, Ita tamen quòd finita ſocida infra vnum annum cum dimidio petat capitale, & rationem gregis vt ſupra, & poſt dictum tempus non audiatur. Adijcientes quòd ſi dominus locator, vel fructuarius non petierit vt ſupra poſt recollectum infra ſex menſes fructus, & recollectus eius anni ipſarum poſſeſſionum, ſiue bonorum à laboratore, ſiue colono partiario, amplius non audiatur: ſed præſumatur ſibi ſatisfactum vt ſupra, niſi eſſent minores viginti annis, vel abſentes, quibus durante minori ætate prædicta,vel abſentia præſcriptio præſentis ſtatuti non noceat.

Quòd nulla præſcriptio currat contra proprietarium. CXXXI.

STATVIMVS quòd ſi aliquis,vel aliqui habuerint proprietatem aliò vel alijs habente, vel habentibus vſumfructum; illi vel illis,qui habent, vel habuerint,vel habebunt proprietatem,nulla præſcriptio noceat in fauorem vſufructuarij; vel alterius cuiuſcunque præſcribentis ex facto,aut patientia eiuſdem vſufructuarij quamdiu vſusfructus proprietati non fuerit conſolidatus.

Modus faciendi ſolutiones. CXXXII.

STATVIMVS, ꝙ volens, & debens facere aliquam ſolutionem etiam annuam in pecunia numerata ex quouis contractu,'vel quaſi, aut obligatione, vel ex quacunque alia cauſa,ſi inter partes fuerit conuentum expreſsè,ac ſpecificatum de qualitate,bonitate,vel forma monetę ſoluendę, illud omnino obſeruari debeat. ſi uero nihil fuerit conuẽtum,aut ſpecificatum,tunc in depoſitis ēt in genere factis ſolutio,& reſtitutio fieri debeat in monetis,quæ tempore facti depoſiti currebant, habita ratione valoris, cuius tunc erant, non autem in quatrenis, niſi fortè depoſitum in quatrenis factum fuiſſet. Extra vero cauſã depoſiti ſeruetur ordo infraſcriptus;quia ſi creditũ fuerit de tot ducatis, aut ſcutis auri in auro,aut de tot alijs monetis ſpecificatis,ſolutio fieri

debeat in tot ducatis, vel ſcutis, vel monetis, ſpecie, qualitate, & numero, etiam ſi valor earum auctus fuiſſet: ſi autem creditum fuiſſet ſimpliciter de ducatis, aut ſcutis, tunc liberetur debitor, ſoluendo tantam monetam, quæ tempore ſolutionis currat, habito reſpectu ad valorem ducati, ſeu ſcuti tempore ſolutionis. Quòd ſi creditum fuiſſet in genere, puta in tot libris march. ſeu bologninis, tunc debitore exiſtente in mora regulari, vel irregulari, ſolutio fieri debeat habita ratione monetæ, & valoris eius tempore moræ contractæ: aliàs nulla mora contracta liberetur ſoluendo tot libras, ſeu bologninos in moneta currenti tempore ſolutionis: intelligendo quod dicitur de moneta currente tempore ſolutionis, vt non habeatur ratio valoris monetæ antiquæ, ſed nouæ tantum, ſeu currentis.

Quòd ſolutum vni creditori non poſſit ab alio creditore auocari. CXXXIII.

ITem ſtatuimus, ꝙ ſi vni creditori fuerit ſolutum in pecunia numerata, non poſſit alter creditor etiam habens anteriora iura, vel potiora, & hypothecam anteriorem ab eo creditore, cui ſic fuerat ſolutum id, quod ſolutum eſt auocare, & repetere; ſi bona fide ipſi creditori fuerit ſolutum, etiam ſi debitor ſoluendo non fuerit. & prædicta nõ vendicent ſibi locum in ſolutione facta per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij.

De ceſſione bonorum, & inducijs quinquennalibus. CXXXIIII.

NE creditores malitia, & calliditate debitorum fraudentur, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi quis impetrauerit, & impetrare voluerit ceſſionem bonorum, aut inducias quinquẽnales, vel alicuius alterius temporis, eas poſſit obtinere accedente conſenſu omnium creditorũ. Si vero aliquis ex creditoribus contradixerit, tunc requiratur conſenſus maioris partis creditorum quo ad cumulum crediti, ſiue coniunctim, ſiue diuiſim. Qui creditores teneantur eo caſu vltra alias probationes legitimas crediti eorum, iurare ſolenniter tactis ſcripturis ꝙ veri ſunt creditores, nec habuerunt aliquam conuentionem, pactum, vel promiſsionem de recipiendo aliquid infra tempus quinquennale vltra alios creditores cum ipſo debitore, vel cum alio eius nomine. Et teneatur tunc ipſe impetrans obtenta ceſſione, vel inducijs prædi-

ctis portare continuè in capite vnum biretum album cum ſigno vulpis coloris crocei decoperto, & apparenti in quolibet quarto latere dicti bireti. Et ſi prædicta obſeruata non fuerint modo, & forma prædictis, talis ceſſio, ſeu conceſſio induciarum quinquennalium, vel alicuius alterius temporis, non valeat, nec teneat ipſo iure: nec ipſe impetrans poſſit gaudere beneficio ceſſionis, vel induciarum quinquennalium. Et prędicta vendicent ſibi locum etiam in quibuſcunq; perſonis, quę ab annis tribus proximè pręteritis, & citra inducias ipſas, vel bonorum ceſſionem impetrauerint, & obtinuerint, & in pręſentibus, & in futuris. Adijcientes etiam quòd nullus ruſticus, vel opera ruſticalia exercens poſſit gaudere beneficio ſupradicto, nec in futurum impetrato vti.

De habentibus licentias, vel ſaluosconductus deſcribendis in tabula. CXXXV.

STATVIMVS, & ordinamus quod expenſis cōmunis Ferrarię fieri debeat vna tabula in charta mēbrana ſecūdū, & prout neceſſarium fuerit. In qua tabula deſcribi debeant per notarium Syndici palatij iuris cōmunis Ferrariæ, cum ſolutione denariorum ſex, & non vltra pro quolibet nomine deſcribendo per eum notarium, ſub pœna ſolidorum viginti march. communi Ferrariæ applicanda, omnia nomina, & prænomina, ac cognomina illorum, qui habent, vel habebunt licentias, ſcrutinia, vel ſaluosconductus, inducias quinquennales, vel aliquas alias conceſſiones, ex quibus grauari non poſſint in bonis; vel in perſona. Volentes quòd nulla perſona etiam forenſis poſſit ſe, vel bona tueri vigore dictarum licentiarum, vel conceſſionum pro aliquo debito, niſi fuerit deſcripta in tabula per dictū notarium vt ſupra dicitur exprimendo quale beneficium quiſq; habeat: & notarius ipſe toto tempore quo ad officium ſuum ſtabit diebus, & horis iuridicis, teneatur, & debeat ipſam tabulam gubernare, & cuſtodire, & appendere, vel appendi facere in loco patenti: & ita, & taliter quod oēs poſſint videre, & legere, & vnicuiq; petenti oſtendere, ſub pœna prædicta ipſi notario inferenda, & applicanda vt ſupra. Mandantes quòd nullus audeat, vel præſumat aliquem ex deſcriptis in ipſa tabula raſſare, vel abolere per ſe, vel alium; nec ipſam tabulam amouere de loco ſuo ſine licentia prædicti Syndici; nec aliquo modo ipſam tabulam, & ſcripturam vitu perare, ſeu deturpare. Et ſi quis contrafecerit in prædictis, vel aliquo

prædi-

prædictorum, cadat in pœnam ducatorum vigintiquinq; auri maſſariæ communis Ferrariæ applicandam. Et eam pœnam Syndicus palatij ſine aliquo proceſſu exigi facere teneatur, ſub pœna ſoluendi tantumdem de ſuo. Et ſi aliqua nomina fuerint abolita, vel cancellata indebitè, dictus notarius teneatur reſcribere ſuper dicta tabula dicta nomina ſine alia mercede. Exceptuantes tamen à prædicta deſcriptione, & alijs ſolennitatibus contentis in præſenti ſtatuto, ſaluos conductus, & licentias obtentos, ſeu obtentas à Principe noſtro.

De illis qui permanent in aliqua ſecuritate, vel fideiuſſione vltra duos annos. CXXXVI.

STATVIMVS quòd ſi aliquis ſteterit in aliqua fideiusſione, vel intercesſione pro aliquo vltra biennium; ſi de ea fideiusſione, vel intercesſione exire, ſeu liberari voluerit, teneatur ille pro quo fideiusſit, vel intercesſit ipſum extrahere, ſeu eximere de dicta fideiuſſione, vel intercesſione intra triginta dies, ex quo requiſitus fuerit. Et ſi eum non extraxerit, ſeu exemerit de dicta fideiusſione, vel intercesſione, teneatur Poteſtas ciuitatis Ferrariæ, vel eius Vicarius ipſum compellere ad extrahendum, & liberandum ipſum fideiuſſorem, ſeu interceſſorem à dicta fideiusſione, vel intercesſione mulcta indicta, pignoribus captis, per immisſionem in tenutam, & vēditionem bonorum, & alijs remedijs iuris executiuis: intelligendo fideiuſſorem etiam vbi quis principaliter cum alio obligatus ſit, cum tamen vtilitas ad alium perueneri t, vel vbi promiſsio indemnitatis alicui facta fuerit. & idē intelligatur in ſocio, vel habitante in communione obligato pro aliquo ſocio, vel habitante in communione poſt diſſolutam ſocietatem, vel diuiſam communionem pro obligationibus cōtractis tempore ſocietatis, vel communionis, & occaſione ſocietatis, vel communionis. & præſens ſtatutum volumus ſeruari coram quocunq; Iudice, & quocunq; tribunali, nec non & habere locū in quocunque ſucceſſore, & contra quemcunque ſucceſſorem.

Conceſsio facta per cōmune Ferrariæ Maſſæ Phiſcaliæ. CXXXVII.

IN nomine Dei. Anno domini milleſimo duceнteſimo decimo nono, Indictione ſeptima, die ſexto exeunte Maio in cāpo Epiſcopatus Ferrariæ, in plena cōcione, Ibique dominus Albertus Alemanus ciuis floren-

florẽtinus,& tunc Poteſtas ciuitatis Ferrariæ,ad honorem Dei,& beatæ Mariæ ſemper virginis, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & beati Gregorij martyris, & ſummi Pontificis noſtri,& vniuerſorum Cardinalium, & communis Ferrariæ,& totius ſocietatis terræ Maſſæ Phiſcaliȩ in publica cõcione coadunata per præcones & cãpanas pulſatas,de voluntate, & conſenſu conſilij populi domini Albergeti, domini Pellarini, domini Bonmercati de Spinello,domini Mainerij, & eorum conſiliatorum,Caſſani,Thomaſini,Gulielmi, Iacobi notarij,& curiæ officialium communis Ferrariæ,& maſſarij contractarum communis Ferrariȩ,de voluntate,& conſenſu concionis populi,& militũ Ferrariæ publica voce affirmantium, inueſtiuit dominum Manfredinum Buſenregam, Caſtellinum,Nicolaum de Brancha,Othonem de Bellecotto, Henricum de Sacha,Roſſinum de Beccadomo,V gutionẽ zepum,Ioãnem cauazatam conſules ſocietatis Maſſæ Phiſcaliæ, & Albertum munarium,Ioãnetum macharonem,Dulcettũ de caſali maiori, Gerardum Vicecomitem,Leonardum de Turellis, Bonauenturam Zabuellum,Iacobum de anchoris,Trabellum de Gudi,Thebaroum de Baldis,Bellotum de menda maiori, Bernardum de Iudicibus,Lanfrancum ſanſonum, Henricum Rondardi,Marchiſanum de Galdis,Martinum Vicecomitem,Ioannem de Minale,Othonem de la bella,Bernardum de Arinaldis,Lanfrancum de cagaferris, Gandulfum de Marano, Thomaſinum de Falzonis, Iacobum Vicecomitem, Storzodinũ de ſtorzadis, Raimundum Bancham, Vbertinum de vncto, Bardum de Cabalinis,Accurſium Iudicem, Ribaldum Salomonis, Schiardum Acarinum, Guidonẽ Borzum, Petrum Martinum, Richerum Thaſſolinum,Iacobum Biſogninum de burgo,Gerardum longum de Gaibana,Othobellum de Mandriolis,Pinellum de roncho, Ziliolum monetam,& Valanicum maſſarium ſocietatis,Aſmarinum, Bergaminũ, Odonem de Rhodigio,& Guidonem in ſe;& eis dedit,& conceſſit in perpetuum ad penſionẽ reddendo omni anno in feſto ſancti Michaelis annuatim libras ducentas Imperialium,& ſexcentum libras Ferrarinorum vice,& nomine communis Ferrariæ recipientibus pro ſe, & alijs venientibus in terram Maſſæ Phiſcaliæ ad habitandum totam, & integram terram,vallem,paludem,nemus,aquam,& piſcariam intra confines;videlicet à pizale capitis Gauri, veniendo inſurſum verſus vallem longæ de albaro de caſtro cauallo per vnum milliare ſupra Padum;& ita currere dicatur æqualiter intra hos confines, & extendere ſicuti ſunt termini cũ omni iure,& actione,& cũ omnibus acceſ-

ſionibus

ſionibus ſuperioribus,& inferioribus ad dictã Maſſam pertinẽtibus in integrum. Quam vero inueſtiturã,& locationẽ perperualiter fecit dictus Poteſtas dictis procuratoribus recipientibus ſuo nomine,& eorũ nomine, qui venerint ad habitandum in terram Maſſæ Phiſcaliæ, & eorum hæredibus,quibus dederit dictam inueſtituram,& locatione m perpetuam auctorizare,defenſare,& disbrigare ab omni perſona ſpeciali,& generali,& ſpecialiter ab eccleſia Romana,& ab omni eccleſia omnibus expenſis communis Ferrariæ in iudicio, & extra iudicium, quicquid de lite contigerit eiſdem ab omni forma,quæ illis prædictis acquiſitoribus,& eorum hæredibus & quibus dederint occaſione dictæ locationis ſiue poſſeſsionis acciderit. ita quòd generalis promiſsio nõ reſtringatur circa generalem promiſsionem, nec ẽ cõuerſo.quam quidem inueſtituram,& locationem perpetualem,& omnia prædicta promiſit prænominatus dominus Poreſtas cũ curia,& officialibus populi,& officialibus in concione ibi præſenti ordinata vice,& nomine cõmunis Ferrariæ per ſe ſuoſq; ſucceſſores, qui per tempora erunt,firma tenere,nec contrauenire,& in perpetuũ obſeruare iam dictis procuratoribus recipientibus pro ſe, & nomine illorum, qui venerint ad habitandum in terram Maſſæ Phiſcaliæ, & omnibus cauſam habentibus,& eorũ hæredibus extra diſtrictum Ferrariæ, ibidem ad habitandum ſub pœna mille marcharum argenti, & totius damni, & omniũ expenſarum factarum à qualibet perſona, quæ haberet pro dicta poſſeſsione. Pœna vero ſoluta omnia firma perſeuerent. Et dedit dictus Poteſtas plenam licentiam, & liberã poteſtatẽ dictis procuratoribus recipientibus ſuo nomine,& qui eorum venerint ad habitandũ in terram Maſſæ Phiſcaliæ,& eorũ hæredibus,& quibus dederint intereſſe, & omnibus alijs venientibus extra diſtrictum Ferrariæ,ibidem ad habitandum vendere,donare,permutare,relinquere,& quicquid voluerint facere requiſito domino ſaluo iure pẽſionis, & aliorum rationũ, & penſionum, quàs teneantur communi Ferrariæ reddere, vt in hoc contractu legitur inferius. Et inſuper promiſit iam dictus Poteſtas per ſe,& ſucceſſores ſuos vice,& nomine cõmunis Ferrariæ prædictis procuratoribus ſuo nomine recipientibus, & vice illorum, qui venerint ad habitandum in terram Maſſæ Phiſcaliæ per ſtipulationes quòd faciet apponi omni anno in ſtatuto Ferrariæ huiuſmodi locationem,& & omnia prædicta obſeruare in perpetuum. Et quòd nõ onerabit, nec faciet onerari,nec permittet onerare alicui aliquo modo in aliquo tẽpore omnes illos homines, nec aliquem eorum,nec communitatem

eorum,

eorũ, qui habitabunt in terra Maſſæ Phiſcaliæ per tempora, & in eius curia, & in territorio, neq; in ſupradictis cõfinibus, nec aliquod onus, nec grauamen faciet eis, nec eorum hæredibus, neque ab eis cauſam habentibus, neque venientibus extra diſtrictum Ferrariæ ibidem ad habitandum, niſi quale ciuitas, & ciues Ferrariæ ſuſtinebunt per libram, & nõ plus. Et inſuper dictus dominus Poteſtas cum curia, & conſulibus populi, parabola, & conſenſu populi, & militum concionis cõmunis Ferrariæ iam dictis procuratoribus ſtipulantibus ſuo nomine, & vice, & nomine illorum, qui venerint ad habitandum in terrã Maſſæ Phiſcaliæ, promiſit quòd faciet hunc contractum poni, & ſcribi in ſtatutis communis Ferrariæ; nec aliquo modo faciet, nec permittet, deſtrui, nec mutari, & quòd nullo iure valeat, nec poſſit deſtrui, vel mutari: ſed ſemper rectores, & Poteſtates, qui per tpa fuerint toto tempore ſui regiminis taliter iurent, & teneantur obſeruare quòd facient omni anno homines Ferrariæ, cum iurabunt ſequimẽtum Poteſtatis, & conſilium, hoc idem iurare, & attendere, & obſeruare. Item promiſit dictus Poteſtas vice, & nomine communis Ferrariæ prædictis procuratoribus recipientibus ſuo nomine, & omnium illorum, qui venerint ad habitandum in terram Maſſæ Phiſcaliæ, & omnibus habentibus cauſam ab eis venientibus extra diſtrictum Ferrariæ ad habitandum: quòd ſi aliquid lucrari, vel ampliari ab inferioribus confinibus deorſum verſus mare aliquo tempore rationabiliter poterunt, ꝙ onus, grauamen illis ibi habentibus per tempora non facerent vltra quàm ſuperius dictum eſt. Inſuper promiſit iam dictus Poteſtas per ſe, & ſucceſſores ſuos, & vice, & nomine communis Ferrariæ cum cõſenſu, & voluntate Conſulum populi, & officialium, & militum cõcionis Ferrariæ prædictis acquiſitoribus recipientibus ſuo nomine, & nomine illorum, qui venerint ad habitandum in terram Maſſę Phiſcaliæ, & partem ibi habentibus, & qui dederint, & reliquerint partem illam, quæ cuilibet contigerit per diuiſionem recipienti defenſare, vt ſuperius dicitur, & legitur. Pro qua vero inueſtitura, & locatione perpetuali, & conceſſione dictus dominus Alamanus Poteſtas ciuitatis Ferrariæ, & Conſules prædicti in publica concione receperunt mille lib. imperialium, et confeſſi fuerunt quòd prædictam pecuniam expendent in vtilitatem communis Ferrariæ. Et renuntiant ꝙ non opponent, nec dicent in aliquo tempore dictam pecuniam non verſam in vtilitatem communis Ferrariæ. Præterea dictus Poteſtas de cõſenſu, & voluntate communis Ferrariæ, & præfati conſules de conſenſu &

voluntate populi,& militum ibidem commorantium,dederunt plenã licentiam,& poteſtatem,& parabolam procuratoribus, & acquiſitoribus pro ſe,& omnibus alijs venientibus ad habitandum in terrã Maſſæ Phiſcaliæ intrandi tenutam de dicta Maſſa,& ſi habeant,eis confirmauerunt,& ſe poſſeſſores,vel quaſi conſtituerunt pro eis:ſaluo quòd iam dictam Maſſam in parte,vel in toto alicui homini Ferrariæ, & diſtrictus non poſsint vendere,vel donare,nec permutare,vel obligare. Quæ omnia ſupradicta iam dictus Poteſtas vice, & nomine communis de voluntate,& conſenſu Populi,& maſſarij contractarum, & omnium officialium communis Ferrarię, promiſit per ſtipulationem per ſe,ſuosq; ſucceſſores prædictis procuratoribus,& acquiſitoribus pro ſe & omnibus alijs, qui venerint ad habitandum in terram Maſſæ Phiſcaliæ recipientibus attendere,& obſeruare,ſub pœna mille marcharum argenti:& poſt pœnam ſolutam rato contractu manente. Et ſuper animam Poteſtatis conſilium populi,& militum, & concionis fecit iurare Beltraminum præconem habita parabola à ſupradictis omnia, quæ ſuperius leguntur,& continentur in integrum, & in perpetuum obſeruare, & non contrauenire. et hæc omnia ſaluo iure decimæ. Pro qua inueſtitura, locatione,& conceſsione perpetuali de prędictis hominibus de prædicta Maſſa prænominati Manfredus Buſenrega,& præfati Conſules,& prędicti homines vt ſuperius leguntur,per ſe,ſuos hæredes,& procuratores nomine illorum omnium, qui venerint ad habitãdum,promiſerunt dicto domino Alberto Alamano Poteſtati Ferrariæ,& conſulibus,& conſiliarijs ſtipulantibus vice, & nomine communis Ferrariæ hinc ad proximum feſtum ſancti Michaelis ad vnum annum venturum communi ducere in ſupradicta Maſſa ſeptingentos fumantes. In quibus erunt ſeptingenti homines,ducẽti armati armis ferreis, & quingenti ſpathis, zuppis, lanzetis, ſcutis. & omnes, qui habitabunt in dicta Maſſa Phiſcaliæ pro honore communis Ferrarię iurabunt fidelitatem communi Ferrariæ,& non ſunt,nec erunt aliquo tempore vaſſalli alicuius hominis Ferrariæ,& diſtrictus: & in proximo feſto ſancti Michaelis incipiat annus de penſione ſoluenda:& in alio feſto ſancti Michaelis ſoluant ducentas libras Imperialium:& ſic deinceps ſoluant annuatim, vt ſuperius dictum eſt. Et hæc omnia prædicti homines per ſe,& ſuos hæredes, & procuratores nomine illorum,qui venerint ad habitandum in prędicta Maſſa Phiſcaliæ, promiſerunt domino Alberto nominato Alamano Poteſtati Ferrariæ, & conſulibus, & conſiliarijs ſtipulatoribus vice, er nomine

communis

communis Ferrariæ,ſub pœna, & in pœna mille marcharum argenti attendere, & obſeruare, ac adimplere, & ſoluta pœna contractus firmus permaneat:ſaluo eo, quòd ſi aliquo tempore reperiretur,quòd aliquis de prædicta Maſſa foret vaſſallus alicuius ciuis, vel hominis Ferrariæ, vel eius diſtrictus quòd homines Maſſæ teneantur eum expellere de prædicta Maſſa,& alium ſubrogare:& dominus Galducius,dominus Henricus,&Aſſeſſor domini Alberti Alamani Poteſtatis Ferrariç, dominus Gondoaldus, dominus Ruſtigolus milites Poteſtatis, dñs Iacopinus Trottæ, dominus Villanus Iudex filius domini Aldigierij, dominus Otholinus mainardorum,dominus Marchiſinus pizolus,Petrus de muniſturolo miles Iuſtitiæ, Ioanninus de Baioarra, Iacopinus de Marano,Iacobinus Guidonis caballi,Iſinardinus miles Iuſtitiæ,Paſcalinus, & Rubeus Maſſarii communis Ferrariæ, Vgolinus de abandonatis, Bonmercatus Guidonis ſcaiolæ campſores,dominus Bardus, dominus Zirardus, dominus Guidottus, dominus Maſcarinus notarius,& alii huius inueſtituræ, & conceſsionis omnium rerum ſupradictarum teſtes fuerunt rogati.

Quòd filius, & filiafamilias poßint teſtari. CXXXVIII.

QVIA congruum eſt ꝙ vnuſquiſq; in re ſua ſit moderator, & arbiter:ſtatuimus ꝙ quilibet filiusfamilias maſculus maior annis decem & octo,de bonis aduentitiis ſibi quocunq; modo quæſitis diſponere poſsit ſecundum beneplacitum voluntatis ad pias cauſas,vel inter agnatos, ſiue cognatos deficientibus agnatis aliis, à patre vſq; ad tertium gradum incluſiuè ſecundum ius ciuile:ſaluo ſemper omni iure paterno,quod in dictis bonis ipſi patri competeret de iure in vſufructu dictorum bonorum,vel alio iure, quodcunq; fuerit, cui per aliquã diſpoſitionem filii de dictis bonis, vel parte ipſorum nullum præiudicium generetur. & ſaluo etiam omni iure competente in dictis bonis cuicunq; alteri tam ratione ſucceſsionis, q̃ alia quacunq; de cauſa. & idem obſeruari volumus in filiafamilias teſtante,vel diſponente in vltima voluntate de dote, vel alijs bonis ſuis ad pias cauſas. In aliis aũt cauſis non piis poſsit diſponere, & teſtari de conſenſu patris tantummodo, quem tamen inſtituere non poſsit.

De ſucceſſione ab inteſtato. CXXXIX.

VT cóſeruetur dignitas,& amplitudo in familia,quæ nó depaupe retur pp fœminas tranſeuntes vt plurimum ad alienas familias; &vt fœminis prædictis cóſulatur,&vt tollãtur multa dubia,quæ ex antiquis ſtatutis cum multis laboribus,& expenſis in pręteritum occurrerunt: ſtatuimus quòd ſi quis maſculus deceſſerit ab inteſtato, vel inteſtatus,etiã ſi fuerit infans,vel aliàs inteſtabilis, prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorum,aut deſcendentium maſculorum,vt filij, & ſucceſsiuè alij deſcendentes maſculi ſuccedant, excluſis filiabus, & omnibus alijs fœminis cuiuſcunque lineæ, & gradus, dotandis tamen vt in ſtatuto ſequenti. Si autem nulli filij, aut deſcendentes maſculi fuerint, ſuccedant aſcẽdẽtes maſculi, ſalua graduum pręrogatiua, ſimiliter excluſis filiabus,& alijs fœminis cuiuſcunque lineæ, & gradus, dotandis tamen vt infra. Si vero nulli deſcendentes, aut aſcendentes maſculi fuerint,frater,vel fratres perſonę defunctæ,ſiue vtrinque coniuncti, ſiue conſanguinei tantum, & ſiue conſanguinei tantum ſoli ſint, ſiue cum alijs exiſtant; ſimiliter & omnium prædictorum fratrum filij ſuccedãt, & excludant filias, & omnes fœminas cuiuſcunq; gradus, & lineæ, dotandas vt infra dicetur, ſi dotatæ non fuerint ab aliquo, cui incumberet onus dotandi. Si autem quis decedat nullis relictis filijs, vel deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis ex linea maſculina, neque fratre, aut filijs maſculis fratris; tunc agnati maſculi ex linea maſculina proximiores ſecundum gradus prærogatiuam, vſq; ad quartum gradum incluſiuè, connumerando gradus ſecundum ius canonicum, ſuccedant, ac præferantur filiabus, & omnibus alijs fœminis cuiuſcunque lineæ, & gradus, quæ tamen dotari debeant vſq; ad annos decem & octo ætatis ſuæ incluſiuè: aliàs cadant in pœnam dotis duplicatæ, prout in ſtatuto ſequenti: conſtituta tamen ei mulieri dote non minori, q̃ eſſet legitima, ſi ſint filiæ, vel deſcendentes nó dotatæ. Si vero dotatæ eſſent dote minore legitima, posſint agere ad ſupplementum legitimæ. Aliæ vero fœminæ dotentur ſecundum quantitatem pãtrimonij, & perſonarum dignitatem, ac códitionem, ſi aliàs dotatæ non fuerint, aut aliunde non habuerint quomodo decenter dotentur: à prædictis tñ excipimus matrem, aut ea non extãte auiam, quibus reſeruari volumus vſumfructum legitimæ,donec tñ vidualiter vixerint. Quibus omnibus prædictis ſaluis,volumus ꝙ prędictę fœminę ſic excluſæ nó posſint cauſa,& occaſione alicuius legitimæ moleſtare,& inquietare maſculos vocatos ad ſucceſsioné per præſens ſtatutum.

ſtatutũ. Declarantes tñ ꝙ agnati inter ſe ſuccedant ſecundum diſpoſitionem, & ordinationem iuris ciuilis, exceptis tamen fratribus, in quibus ſeruentur ſupra diſpoſita. Adijcientes etiam quòd ſi aliqua mulier maritata fuiſſet, nulla dote conſtituta ante mortem perſonæ, cui incubuiſſet onus dotandi, poſsit petere dotem ſibi conſtitui, non obſtante etiam quòd in matrimonio fuerit conſtituta ipſa mulier: & prædicta locum ſibi vendicent tam in bonis prophanis, quam eccleſiaſticis, & cuiuſcunq; generis alterius, non obſtante aliqua inueſtitura, etiam in alieno territorio exiſtentibus.

Intra quantum tempus maſculi excludentes fœminas in ſucceſsionibus, eas dotare teneantur. X L.

NE peccandi mulieribus occaſio tribuatur, ſtatuimus quòd ſi quis maſculus ab inteſtato deceſſerit relictis filijs, aut agnatis maſculis vno, vel pluribus fœminas excludentibus virtute ſtatuti præcedentis; & relictis fœminis in eo excluſis vna, vel pluribus ex linea maſculina in pupillari, vel alia ætate intra quattuordecim annos conſtituta, vel conſtitutis: prædicti maſculi excludentes teneantur dictas fœminas alimentare condecenter, & pro qualitate perſonæ, & quantitate patrimonii neceſſaria adminiſtrare, donec in matrimonio fuerint collocatæ. & eas vſque ad tempora decem & octo annorum incluſiuè ſuæ ætatis teneantur dote conſtituta per defunctum, aut ſi non fuerit conſtituta, conſtituenda per eos, qualitate perſonæ, & quãtitate bonorum defuncti conſiderata, in matrimonio collocare, dum modo dos deſcendentium non ſit minor legitima. quam declaramus eſſe tertiam partem, aut dimidiam pro numero filiorum, ac etiã filiarum licet excluſarum à ſucceſsione ab inteſtato. Aliarum vero fœminarum dos, ſi aliàs dotatæ non fuerint, aut aliunde non habuerint quomodo decenter dotentur, ſit tertia pars eius, quod quælibet ab inteſtato eſſet habitura, niſi auctoritate noſtrarum conſtitutionũ eſſet excluſa. Quòd ſi poſt decem & octo annorum tempora in matrimonium diſtulerint collocare modo, & forma ſuperius dictis, tunc auctoritate præſentis ſtatuti de bonis defuncti habeant dotem duplicatam. Quibus deſignare, & deſignatam conſeruare teneatur Poteſtas Ferrariæ, aut Aſſeſſor eius, aut alii Iudices ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii omni appellatione remota: teneanturque prædicti maſculi omnes ſumptus, & expenſas tam in

V ij lite,

lite, quam alias eiſdem fœminis; deſcendentibus etiam poſt dictum tempus maritatis ſecundum formam præſentis ſtatuti facere, donec queſtio fuerit terminata, & conſequutæ fuerint dotē duplicatam. Sin autem in ætate quatuordecim annorum, vel ſupra, conſtitutis dictis fœminis, aliquis ab inteſtato deceſſerit; tunc teneantur dicti maſculi tenere, & tractare dictas fœminas excluſas ſupradictis modo, & forma, & intra quadriennium poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione agitur in matrimonium collocare ſecundum prædictos modum, & formam dote conſtituta, vel conſtituenda eiſdem, ſub pœna dotis duplicatæ, & expenſarum ſecundum quod ſuperius dictum eſt. Nec poſſint prædictę fœminę dictos maſculos inquietare de hęreditate etiam paterna, vel aſcendentium tam in bonis prophanis, quàm recognitis ab eccleſia, vel alijs pijs locis, & perſonis vltra formam pręſentis ſtatuti; ſed contentę ſint eo quod ſupradictum eſt. Adijcientes ꝙ pro ſupradicta dote etiam duplicata, & pro alimētis, & expenſis, & alijs omnibus, quæ in præſenti ſtatuto cōtinentur, intelligantur obligata fuiſſe prędictis fœminis omnia bona defuncti vt ſupra, à die mortis illius: & ad ipſa bona poſsint habere recurſum etiam contra tertium poſſeſſorem nulla facta excuſsione dictorum bonorū: & de his omnibus omni tempore ius reddatur. Statuentes ꝙ in pœnas ſupradictas non incurrant minores viginti annis; poſsint tamen cogi omnibus iuris remedijs ad faciendum, & obſeruādum omnia, quæ ſupra diſpoſita ſunt. Volētes etiam idem obſeruari in prædictis maſculis maioribus annis viginti, ſi legitimè docuerint ſe diligētem inquiſitionem feciſſe cum attinentibus, & amicis de maritando fœminas vt ſupra; & ꝙ per eos nō ſteterit quo minus temporibus prędictis maritarentur. Quam diligētiam, an ſufficiens ipſa fuerit, vel non, arbitrio Iudicis committimus. Diſponentes ꝙ ſi prędictæ fœminę non fuerint temporibus ſupra limitatis maritatæ, ſtantibus firmis pœnis ſupradictis, liceat duobus proximioribus, vni ex latere patris, alij ex latere matris ſecundum formam conſenſus requiſiti à ſtatuto de indemnitatibus mulierum, illas maritare, & dotare vt ſupra dictum eſt. Inſuper diſponimus quòd ſi ante dicta tempora ſuperius limitata mulier ipſa deceſſerit antequàm in matrimonium collocetur, hæredes ipſius nullam quæſtionem mouere poſsint contra hęredes defuncti, ad quos ſpectabat onus dotandi occaſione dictę dotis. præterq̄ ꝙ vſusfructus dictæ dotis pertineat ad matrem donec vixerit, niſi maſculi excludentes ſint fratres, aut fratrum deſcendētes maſculi, quos etiam occaſione dicti vſusfructus no

lumus

lumus inquietari. Si vero deceſſerit poſt dicta tempora, tunc talis mulier dotem duplicatam tranſmittat ad quoſcunque hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Quòd fœmina deſcendens ſit contenta eo quod aſcendens dederit, vel dare promiſerit, aut reliquerit in dotem. CXLI.

STATVIMVS quod filia, vel neptis, aut quælibet alia fœmina deſcendẽs ſit contenta eo, quod pater, vel auus, aut quilibet alius aſcendẽs ſibi dederit in dotem, vel dare promiſerit, aut reliquerit; nec vltra illud occaſione legitimæ, vel iuris debiti naturæ, etiam mortuo patre, vel aſcendente ab inteſtato, poſſit fratres ſuos, vel alios deſcendentes, aut etiam aſcendentes inquietare, nec de hæreditate patris, aui, vel alterius aſcendentis petere, niſi id, quod pater, vel auus, aut alius aſcendẽs dederit, aut dare promiſerit, vel reliquerit in vltima voluntate, donec erunt aliqui de deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis natis ex legitimo matrimonio. ſaluo niſi fuerint legitimati de conſenſu, & voluntate patris, vel aſcendentium prædictorum, de cuius, vel quorum hæreditate ageretur, etiam ſi eſſent bona, quæ recognoſcerentur ab eccleſijs, vel pijs locis, vel perſonis. & hæc locum habeant tam in præteritis, quàm in futuris.

Quòd legitimati non ſuccedant. CXLII.

CVM ex lege Moſaica, vel veteri ſancitum ſit, non erit filius ancillæ hæres cum filio liberæ, & vt facilius, & ardentius ſtudeant omnes ad procreandum ſobolem legitimam; ſtatuimus nullum non natum ex legitimo matrimonio, etiam legitimatum cum quacunque clauſula, vel forma etiam quibuſcunq; verbis derogatorijs roborata, aut priuilegio, poſſe, aut debere ſuccedere patri ab inteſtato, vel alteri agnato; niſi legitimatus fuerit de voluntate, aut conſenſu expreſſo patris, vel agnati, de cuius hæreditate agitur, ante mortem, vel poſt mortem, ſingula ſingulis congruè referẽdo, extantibus filijs, vel alijs agnatis legitimis, & naturalibus, qui de iure ſuccedere poſſent, & deberent perſonæ defunctæ. Non intendentes propterea ad legitimationem manum porrigere, ſed ſolum de bonis ciuium, & ſubditorum pro vtilitate publica diſponere.

De bonis ingredientium monaſterium. CXLIII.

STATVIMVS, & obſeruari mandamus ꝙ omnia bona, iura,& actiones etiam in ſpe in bonis viuentis, & etiam ex vltima voluntate alterius volentis,& diſponentis ingredi aliquod monaſterium,applicētur,& transferantur plenè,& pleno iure in eum,vel eos,qui ſucceſſuri erant ab inteſtato ipſi volenti ingredi monaſterium: niſi aliter fuerit legitimè diſpoſitum ante profeſsionem per ipſum ingredientem.

De annuo relicto vxori facto. CXLIIII.

STATVIMVS ꝙ ſi quid quolibet anno præſtandum reliquerit vir vxori,etiam titulo inſtitutionis,& hæres viri paratus ſit dotem vniuerſam ſoluere,illud legatum prorſus euaneſcat,& ad ipſum pręſtandum hæres minime debeat coarctari. Et ſi paratus ſit ſoluere dimidium dotis,vel iam ſoluerit,legatum penitus euaneſcat quantum eſt pro dimidio. & hæc ſi mulier vult ſibi dotem,aut eius partem ſolui:ꝙ ſi uelit potius ſibi ſolui legatum,ſiue relictum,ad ipſum præſtandum hæres omnimodo compellatur, non obſtante aliqua oblatione per hæredem facta. Si vero maritus vtrunq; legauerit, ſcilicet dotem,& legatum,eo caſu conſequatur vxor vtrunq;. Declarantes intelligi etiam annuum relictum quo ad effectum prædictum vbi vxor inſtituta eſt hæres vſufructuaria,& vſusfructus reſtringitur ex conſuetudine Bulgari ad alimenta,& pręeminentiam:ſecus vbi inſtitutio vſusfructus ex dicta cōſuetudine non reſtringitur.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER TERTIVS, DE MALEFICIIS.

De forma procedendi ſuper accuſationibus. I.

Tripartito ordine criminalium cauſarum cognitio ad Poteſtatem Ferrarię, & Iudicem maleficiorum defertur;aut per viam accuſationis, denuntiationis,notificationis, vel querelæ per eum inſtitutæ,cuius intereſt,& qui ius habet accuſandi; in qua ſpecie prædicta verba, etiam ſi per ſe ſola proferantur vim accuſationis decernimus obtinere, ſi ſpecialiter & affirmatiuè perſonam delinquentem, & delictum denominauerit,& principaliter petierit puniri, & condēnari ipſum delinquentem. Aut per viam denunciationis,ſeu notificationis per eum factæ, qui ex officio ſibi iniuncto nota facere tenetur Iudici delicta perpetrata. Aut tertio per modum inquiſitionis mero Iudicis officio inſtituendæ in caſibus, in quibus & permiſſum eſt de iure communi, vel à præſentibus ſtatutis. A primo ordine inchoantes ſtatuimus ꝙ quælibet accuſatio,vel denuntiatio,vel querela,& maxime de ſanguine, corā Poteſtate, vel Iudice maleficiorum porrigatur, & in ſcriptis producatur, ita ꝙ notarij maleficiorum eas non componant,aut componi faciant,ſed accuſare, denuntiare,vel querelare volens accuſationem,denuntiationem,vel querelam dictare,componere,& ſcribere faciat per aliū q̄ per notariū maleficiorū: quę accuſatio, denuntiatio,vel querela in ſe continere debeat delicti ſubſtantiā cum qualitatibus, & cohærentijs ſuis, annum, menſem, & locum delicti

commiſsi

commiſsi duobus ſaltem confinibus declaratū,& alia denuntia,quere la,vel accuſa ſimilis in ſcriptis detur eadē die maſſario cōmunis Ferrariæ,vel notario eius,qui teneatur notare ſuper vno libro ad hoc ſpecialiter deputato:& ſi nō fuerit data denūtia,querela, vel accuſa maſſario, vel notario vt ſupra, nō poſsit procedi ſuper ea: & proceſſus & cōdemnatio ſit ipſo iure nullus,& nulla, & incurrat denūtians, vel accuſans pœnam ſolidorum quadraginta march. communi Ferrarię applicandam.Nec teneatur accuſans declarare diem delicti,ſi Poteſtati, aut Iudici maleficiorum calumnioſè videbitur peti per reum: in qua concludere ſufficiat reum puniri iuxta cōmiſſa per eum, vel ſibi iuſtitiam miniſtrari: cuius accuſationis, denuntiationis, vel querelę productionem ſtatim notarius in actis ſuis ſcribat. Et ſi talis accuſatio, denuntiatio,vel querela videbitur iudici admittēda,tunc idem iudex propria manu ſuper ea ſcribat diem productionis, & producentis nomen. Quibus productis, & ſubſcriptis, teneatur notarius eadem die, vel ſequenti ſcribere,& notare in libro ſuo authētico,& non in baſtardello,& infra tres dies immediatè ſequētes deſcribere diē,& effectum earū ſuper notula Poteſtatis,vel Iudicis,& in notula Syndici generalis palatij,& cū nomine,& pręnomine accuſatoris,vel denuntiatoris, vel querelātis,accuſati,vel denuntiati,& offenſi,& cū nomine fideiuſſoris pręſtiti:quem fideiuſſorem ante omnia pręſtari mandamus,vt in ſequenti capitulo continetur. Et omnia & ſingula prędicta vēdicent ſibi locum in denuntiationibus factis per maſſarios,ſaltuarios,& officiales ad id deputatos per ſtatuta noſtra:nec poſſit notarius maleficiorum citari facere aliquem denūtiatum, vel accuſatū, niſi prędicta oīa obſeruata fuerint,ſub pœna ſolidorū xl. march. communi Ferrarię applicanda,& nihilominus citatio ſi facta fuerit non valeat.

Quòd accuſatio non recipiatur niſi accuſans fideiubeat de probanda accuſatione. II.

VT malis hominibus calumniādi occaſio tollatur, perpetuo obſeruari præcipimus vt nullius accuſatio, vel denuntiatio, ſeu notificatio,vel querela recipiatur de homicidio,furto,falſo,& omni alio crimine, ex quo deberet imponi pœna mortis, vel alia pœna corporalis ſi proponatur ſpecialiter, & expreſsè, ac affirmatiuè contra aliquam perſonam; niſi ante omnia accuſans,denuntians, vel querelans vt ſupra in pręcedenti ſtatuto,ſe efficaciter obliget,& idoneam fideiuſsionem

nem

n em præſtet tam facultatibus,q̃ etiam facilitate conueniendi coram iuſdicente,ſe crimẽ quod detulit probaturũ:& ſi in probatione defecerit,ſe fiſco ſoluturũ libras xx.march. & totidem,ac omnes expenſas legitimè factas accuſato, denuntiato, notificato, vel querelato . in aliis vero criminibus ſe ante oĩa obliget idoneum fideiuſſorem præſtando de ſoluendo fiſco ſolidos xl. march. & expenſas legitimè factas vt ſupra:in quibus pœnis,& expenſis,ſi in probatione deficiat, condemnetur,& condemnatus eſſe intelligatur ipſo iure,& facto auctoritate pręſentis ſtatuti, ſi in ſententia abſolutoria de prædictis nulla fieret mentio.& intelligatur in probatione deficere,eo ipſo ꝙ accuſatus,denuntiatus,vel notificatus fuerit abſolutus;niſi iudex ex aliqua rationabili, & iuſtiſsima cauſa motus in ipſa ſententia expreſſa aliter iudicauerit. Prohibemus aũt aliquem ex notarijs maleficiorũ poſſe fideiubere pro prędictis,& pro accuſato,inquiſito,denuntiato, vel querelato. nec poſſit ẽt vnus accuſator pro alio accuſatore fideiubere, ſub pœna pro qualibet vice lib.x.march. per maſſarium cõmunis Ferrarię ab ipſa parte, ac notario exigenda:& quicquid actum fuerit ſit ipſo iure nullum.

Quòd ſecuritates accipi poſsint per notarios maleficiorum. III.

STATVIMVS ꝙ promiſsiones,& obligationes accuſantium, & notificantium,& eorum ſecuritates,& ſatiſdationes de proſequendis accuſis,& ſoluendis expenſis;& ſecuritates pręſtandę per eos,qui ſunt accuſati,vel denuntiati,receptę per notarios maleficiorum,& per eos ſtipulatæ,valeant,& teneant. & ꝙ de cætero promiſsiones,& obligationes oĩum accuſantium,&eorum qui accuſantur,ſiue denuntiantur,& ſecuritates,& ſatiſdationes eorum recipiantur, & recipi debeant per notarios maleficiorũ;& ꝙ ille notarius,cui dabitur accuſatio, debeat, & poſsit ſtipulari nomine, & vice cõmunis Ferrariæ,& nomine,& vice eorum, qui accuſabuntur,& oĩum aliorum,quorum intereſt,& intereſſe poſsit;& notarius qui per tempora eſſet deputatus ad bancum maleficiorum poſsit,& debeat promiſsiones,& obligationes,ſecuritates,& ſatiſdationes recipere,& oẽs alias, & ſingulas ſecuritates, promiſsiones,& obligationes,quæ fierent ad dictum officium maleficiorum: & pleniſsimam obtineant firmitatem, non obſtantibus quibuſcunq; contrarijs, ſi legitimè, & ſolenniter receptæ, & ſcriptæ fuerint, cum teſtibus,& alijs ſolennitatibus in contractibus requiſitis.

De

De modo citandi re, vel verbo accuſatum, denuntiatum, vel querelatum. IIII.

STATVIMVS quod accuſatione, denuntiatione, vel querela, de qua ſuperiori ſtatuto diximus, producta per eum, cuius intereſt, vel alium eius nomine, ſeruatis his omnibus, quæ ſupradiximus, & etiam facta fide Iudici, quòd data ſit ipſa querela, denuntia, vel accuſa maſſario cõmunis Ferrariæ, vel eius notario vt ſupra dicitur, Poteſtas, & Iudex maleficiorum, aut alter eorum cõſenſu alterius inquirere teneatur ab accuſatoribus, denuntiatoribus, & querelantibus de nominibus teſtiũ, qui nouerint veritatẽ eorũ, quę in accuſatione, denuntiatione, vel querela cõtinentur, à quibus, & alijs nominandis teneatur inueſtigare rei veritatem, & eorum dicta etiam ſecreta recipiat, etiam parte non citata, & in actis ſcribi faciat. Et horum dicta teſtium ad informationẽ & indicia recipiantur, nec tamen ſufficiant ad criminis plenã probationem; & ſi ex eis appareant indicia ſufficientia aduerſus reũ, tunc ſtudeant pro poſſe capi facere reum accuſatum, denuntiatum, vel querelatum: quem cum in forciam deductum habuerint, tunc procedatur vt proximo capitulo dicetur. Et hęc obſeruari volumus, ſi ex crimine in accuſatione, denuntiatione, vel querela cõtento pœna corporalis, aut corporis afflictiua, aut pecuniaria, in cuius defectũ pœna corporalis, vel corporis afflictiua, aut arbitraria arbitrio Iudicis veniat imponẽda vigore cuius poſsit ad corporalem, vel corporis afflictiuam deueniri. Si autem reum habere non potuerint, aut pœna tantum librarum vigintiquinq;, vel minor imponeretur: quo caſu capturam perſonalem denegamus, niſi eſſet de fuga ſuſpectus arbitrio Iudicis: tũc ſancimus reum citari debere in ſcriptis, & per cedulam in ſe effectum cõtinentẽ, quod veniat tali die, & hora ad ſe excuſandum, & defendendum à tali crimine contra eum inſtituto, ponẽdo effectum delicti, & accuſationis, denuntiationis, vel querelę contra eum inſtitutæ; accuſatoris, denuntiatoris, vel querelantis perſonam, & nomen Iudicis coram quo debeat comparere, diem, & horam, quibus cõparere teneatur. Quam cedulam citatoriã mandamus ſigillari, aut ſubſcribi per Iudicem maleficiorum, & demum per Syndicum generalem palatij ſubſcribi ante quam ad reũ mittatur. Et quę cedula reo ſemel perſonaliter inuento per vnum ex nuntijs communis Ferrariæ pręſentetur, & dimittatur. Si vero non fuerit inuentus perſonaliter, tunc bis in ſcriptis cum cedula prædicta continente citetur ad domum ſolitę habitationis eius,

&

& vni de familia eius tradatur, aut eius habitationis oſtio affigatur, ſi familia nõ erit, vel citationis cedulam acceptare noluerit, & eo modo, & forma, prout in ciuilibus diximus in titulo de modo citandi. & ſi habitationem, vel domicilium in ciuitate Ferrariæ, vel diſtrictu nõ habuerit, nec habere conſueuerit, vel vagabundus fuerit, aut fuerit abſens à ciuitate & eius diſtrictu; tunc per vnum ex bannitoribus cõmunis ſuper ſcalis palatij publicè citetur alta voce eum nominando, non minus tñ tribus denuntiationibus inter ſe differentibus per duorum dierum interualla, vt veniat ad ſe excuſandum, & defendendum ab accuſatione, denuntiatione, vel querela contra eum propoſita; & nihilo minus ad portam palatij eius citatio in ſcriptis affigatur modo ſuperius annotato. Si quis autem damnatus ſit non ſeruata dicta citationis forma, caſſa ſit ipſo iure talis condemnatio; nec aliquo modo exigatur. & Poteſtas, qui non ſeruata dicta forma aliquem condemnauerit pecunialiter; in tantum condemnetur de ſalario ſuo, in quantum ille reus fuerit condemnatus, vſq; ad libras centum march. incluſiuè, & nõ plus. Si vero corporaliter condemnauerit, in libris ducẽtis marc. ſe nouerit puniendum. Inhibentes ẽt notariis maleficiorum, vt nullũ accuſatum, denuntiatum, vel querelatum citari facere audeant, niſi per prius talis accuſatio, denuntiatio, vel querela fuerit in notulis ſcripta tam dicti Iudicis, q̃ ſyndici, ac ẽt data maſſario cõmunis, vel eius notario, vt ſupra in primo ſtatuto diximus, & fideiuſsio fuerit præſtita per accuſatorem, vt ſupra. & niſi dicta licentia fuerit manu Iudicis ſigillata, vel ſubſcripta, & ſyndici prædicti ſubſcripta, pœna librarum quinque cuilibet eorum imminente, qui contrafecerit. De citatione vero vt ſupra facta credi volumus dicto nuntij, & bannitoris referentis; cuius relatio in actis per notarium ſeriosè deſcribatur.

Forma procedendi contra accuſatos, vel querelatos præſentes, vel abſentes prædictos. V.

STATVIMVS, & ordinamusq; Poteſtas Ferrarię, & Iudex maleficiorũ de quolibet crimine, ſuper quo de iure, & nullo ſtatuto prohibente procedi poteſt, accuſationem, & denuntiationem, vel querelam, de qua ſupra diximus recipere teneantur, & in ea procedere hac forma, videlicet. Nam ſi reus accuſatus fuerit detentus ſecundum ordinem ſupra præfinitum, volumus quòd ipſe per ſe ſolum accuſationi reſpõdeat affirmando, vel negando per verbum veritatis, & non per verbũ

credit,

credit,& antequam reſpondeat,ei petenti,aut eius legitimo procuratori dari copiam ipſius accuſationis cum termino competenti ad reſpondendum; qua reſponſione ſequuta etiam abſente accuſatore, denuntiatore, vel querelante,quam pro litis conteſtatione haberi volumus: reſeruatis tamen exceptionibus ipſi reo, quæ poſſent opponi ante litem conteſtatam, diſputandis tempore diffinitiuæ, Iudex ad petitionem accuſatoris, vel rei statuat terminum competentem nõ excedentem tempus dierum quindecim vtriq; parti ad probandũ ſibi incumbentia,& faciat admonitionem generalẽ partibus vt interſint in iudicio ſingulis diebus,& horis iuridicis durante termino ad videndum ea,quæ in termino fieri contingent:quæ omnia notificentur parti abſenti. Si autem non fuerit reus detentus ex eo quia haberi non potuerit, tunc citetur reus per cedulam vt ſupra proximo capitulo diximus:qui ſic citatus,ſi in termino comparuerit,tunc illico detineatur ſi corporalis pœna veniret imponenda,vel pecuniaria,in cuius defectũ ſit pœna corporalis, vel corporis afflictiua, aut arbitraria arbitrio iudicis imponenda, vigore cuius poſsit ad corporalem, vel corporis afflictiuam pœnã deueniri. Et ipſe per ſe ſolum vt ſupra, accuſationi reſpondeat:& terminus aſsignetur vtriq; parti vt ſupra proxime dictum eſt in eo,qui à principio captus eſt. Volumus tñ ꝙ vbi pœna corporalis in defectum pecuniariæ ſit imponenda præſtando fideiuſſorẽ idoneum ac ſufficientem arbitrio Poteſtatis, & Maſſarii communis Ferrariæ,non detineri, vel captum relaxari. ſed compellatur reſpondere perſonaliter accuſationi vt ſupra. Si vero fuerit pœna pecuniaria mere excedens ſummam librarum vigintiquinque march. vel arbitraria,quæ non poſsit ad corporalem,vel corporis afflictiuam extendi,citetur vt ſupra;& ẽt ꝙ veniat ad præſtandum fideiuſſorem de omni quantitate & ſumma in qua veniret condemnandus cum comminatione ꝙaliàs detinebitur: qui ſic citatus ſi in termino ſibi pręfixo nõ comparuerit,& non ſatiſdederit,tunc capi poſsit,& debeat;& captus non relaxetur niſi primo ſe obliget,& idoneam fideiuſsionem pręſtet de ſoluendo omnem cõdemnationem,q̃ de eo fieri contingeret,&expenſas parti aduerſæ,caſu quo in accuſatione ſuccumbat,& accuſationi reſpondeat per ſe ſolum vt ſupra in principio diximus.Sed ſi pœna pecuniaria non excedat ſummam prædictam: tunc reus citatus comparens non audiatur, niſi primo, & ante omnia ſe obliget, & idoneã præſtet fideiuſsionem de ſoluendo condemnationem &c. vt in alio caſu diximus, nec poſsit vnus accuſatus pro alio accuſato fideiubere.

Quam

Quā ſi nō prę́ſtiterit, nolumus propterea eum detineri perſonaliter, ſi poſſidet immobilia ęquiualētia ad ipſam cōdemnationem: ſed cōtra eū procedatur, ac ſi nō cōparuiſſet: pręſtita autē fideiuſſione prędicta, tunc Iudex eidē reo petenti copiā dari decernat accuſationis prędictę, ſtatuendo ei terminū competentem prout ei videbitur, ad reſpondendum dictæ accuſationi poſt copiam eius habitam. quo termino elapſo ſi reſponderit, lis ipſo iure habeatur pro legitimè cōteſtata acto re pręſente, vel abſente vt ſupra: & ſtatuatur ad petitionem accuſatoris, vel rei dilatio vtriq; parti ad probandum ſibi incumbentia: quę dilatio non excedat tempus dierum quindecim continuorum. Poſſit tamen Iudex & alias dilationes dare vtriq; parti ad probandum incumbentia in omnibus caſibus prędictis, ſi ei videbitur: dūmodo vnaquęq; dilatio tempus prædictum dierum quindecim non excedat. Vltra tamen tres dilationes dari nō permittimus, quibus omnibus elapſis pro ceſſus publicetur; & teneatur Iudex copiā fieri facere partibus petentibus de proceſſu, & omnibus actis, vt facultas ſit partibus opponendi contra proceſſum, & probationes factas, & acta. Et ſi qua partium voluerit teſtes reprobare in cauſa productos, ſtatuat ei Iudex vnam ſolā dilationem ad reprobandum: quę tamen tempus prędictum dierum quindecim non excedat, niſi loci diſtantia fortaſſe maius tempus exigeret. Omnibus autē publicatis, & auditis partiū allegationibus, ſi allegare voluerint, terminetur accuſatio abſoluendo, vel condemnādo ſecundum formam iuris, & præſentium ſtatutorum. Si autem comparuerit, & non reſponderit in termino, aut non comparuerit accuſatus: tunc citetur, & banniatur publicè ſuper ſcalis palatij communis Ferrarię, ꝙ infra octo dies debeat comparere ad ſe defendendum, & excuſandum ab accuſatione contra eum porrecta, exprimendo tenorem accuſationis, & nomē accuſantis in ipſo banno, infra quem terminum ſi comparere contempſerit, & ſe defendere non curauerit, ſed in contumacia perſeuerauerit, tunc habeatur pro confeſſo, & cōdemnetur iuxta qualitatē criminis in accuſatione, denūtiatione, vel querela contēti, in pœnis pręſentibus ſtatutis limitatis. Quibus deficientibus condēnetur in pœnis ſtatutorū de ſimilibus ad ſimilia. & vbi non reperiatur ſimile, ſecundum iuris communis formam. Quod tamen bannum notificetur bannito eadem die, vel ſequenti, ſi habitationem habuerit in ciuitate Ferrarię, ſi autē ruri, notificetur infra octo dies. & ſufficiat vnica notificatio domi, vel perſonaliter. Si vero in termino banni comparuerit, tunc pręſtita fideiuſſione, vel eo detento vt in ſingulis

X caſibus

caſibus ſupradictum eſt, procedatur, & termini ſtatuantur vt ſupra dictum eſt, & admittantur eius defenſiones, & exinde examinatis probationibus accuſationis, & defenſionibus rei, procedatur ad condemnationem, vel abſolutionem ſecundum formam præſentium ſtatutorũ, & vt ſupra dictum eſt. Humanius tamen agentes volumus eum audiri, & eius defenſiones admitti poſt elapſa tempora banni; ſi vſq; ad ſententiæ publicationem comparuerit, refectis tamen omnibus expenſis ipſi accuſatori, etiam à principio cauſæ factis, non repetendis etiam in caſu victoriæ: non obſtante eius contumacia, & eo non obſtante ꝙ fuerit habitus pro confeſſo. & eo caſu procedatur per Iudicem ad capturam rei, vel ad fideiuſſoris præſtationem in ſuis caſibus; & ſtatuantur per Iudicem termini tam accuſatori, q̃ accuſato; & procedatur vt ſupra dictum eſt, & debeant terminari, & finiri per abſolutoriã, vel cõdemnatoriã ſententiam prędictæ oẽs cauſæ criminales intra ſex menſes continuos, connumerandos à die litis conteſtatæ, vel habitæ pro conteſtata: ſi porrecta accuſa, querela, vel denuntia lis fuerit conteſtata, vel habita pro conteſtata, & hoc etiam habeat locum in cauſis comitatinorum, vel exercentium opera ruſticalia. in quibus ſex menſibus computentur feriæ meſſium, & vindemiarum. Si vero accuſator, querelator, vel denuntiator neglexerit procedere, Iudex ex officio ſtatuat terminum accuſatori, querelatori, vel denuntiatori ad proſequẽdum; & tunc lis habeatur pro conteſtata, notificatione eidem ſemel tm̃ facta perſonaliter, vel domi abſq; alia citatione. & ſi non fuerint terminatæ, inſtantia ipſo iure intelligatur finita, & perempta; & accuſator, denuntiator, vel querelator condemnetur in expenſis, & in pœna ſtatuti pro accuſa non probata, ſi eius facto ſteterit. ſi uero facto rei, condemnetur in expenſis ipſe reus; & ſi ſteterit per Iudicẽ intelligatur eſſe condemnatus ipſe ad omne intereſſe partis, & in libris uigintiquin que march. de ſalario ſuo applicandis cõmuni Ferrariæ. Volentes ꝙ ubi nõ fuerint data indicia, nec receptę informationes prout ſupra diximus in ſtatuto proximo, tunc accuſatus audiatur abſq; eo ꝙ detineatur, aut intret carcerẽ omnibus alijs ſeruatis, quæ ſupra dicta ſunt. & ſi pendente proceſſu ſuperuenerint indicia ſufficientia ad torturã; poſſit & teneatur etiam Iudex procedere per inquiſitionẽ non obſtante pendentia prædicti proceſſus ſecundum formam iuris, & ſtatutorum noſtrorum: & quæ dicta ſunt de accuſatore, intelligantur dicta de denuntiante, & querelante.

Quibus horis fieri debeant cridationes bannorum. VI.

INſvper ſtatuimus, & ordinamus, quod cridationes bannorum, quæ fiunt pro requirendis reis occaſione alicuius maleficij, vel quaſi, vel cauſa citandi reum contumacem in comparendo coram Poteſtate, vel Iudice maleficiorum, de cætero fieri debeant, quando officiales ſedent, & iuſdicentes, vel ſaltem Iudex maleficiorum ad ſua tribunalia in palatio iuris communis Ferrariæ, & in loco conſueto; cum eo tempore propter perſonarum frequentiam facilior ſit bannorum notitia; de quo tempore notarius ſub vinculo iuramenti in ſcripturis ſuis, & de relatione præconis faciat mentionem: aliter facta, aut ſcripta cridatio nulla ſit ipſo iure, nec aliquod inferat præiudicium bannitis, vel citatis.

Quòd in quocunque crimine pandatur accuſans. VII.

STatvimvs, & volumus in quocunque crimine per Poteſtatem, vel Iudicem accuſatorem patefieri reo, vt ſuum cognoſcat aduerſariũ; & aliter nulla condemnatio, ſeu grauamen fiat, vel reo imponatur pro aliqua accuſatione, vel denuntiatione publica, vel priuata. & omnino decernimus non valere, niſi in caſibus, in quibus præſentibus ſtatutis mandatum reperiatur nomen accuſatoris ſub ſecreto teneri, ſi voluerit accuſator.

De maleficijs denuntiandis per maſſarios contratarum, cauarzellanos, & iuratos armorum. VIII.

SEcvndo ordine cauſarum criminalium cognitio fit ex denuntiatione, ſeu notificatione officialis ad hæc deputati. ne ergo delicta remaneant impunita, à perſonis inchoantes ſtatuimus, quòd maſſarij contratarum ciuitatis Ferrariæ, & burgorum, cauarzellani villarum, vel iurati armorum teneantur denuntiare Poteſtati, vel Iudici maleficiorum, & maſſario communis, prout ſupra in primo ſtatuto maleficiorum diſponimus, omnia crimina, & maleficia, ex quibus mors alicuius fuerit ſubſequuta, vel quæ cum ſanguinis effuſione, vel quæcunque alia publica crimina fuerint perpetrata in contratis, vel villis, in quibus talia exerceant officia. Denuntiationes autem maſſarij ciuitatis, & burgorũ infra dies octo à tempore maleficij cõmiſſi:

cauarzellani vero, vel iurati intra quindecim dies facere teneantur: quod ſi non fecerint, pœnam incurrant ſolidorum quadraginta mar. ſi pœna venit imponenda minor librarum quinquaginta marcheſan. ſi vero maior, incurrant pœnam librarum x. march. de ſuo ære perſoluendam communi Ferrariæ: ad quas pœnas poſſit, & debeat Iudex maleficiorum, ex officio ſuo omni iuris ordine omiſſo multare, prius tamen eis citatis, & auditis eorum defenſionibus: & nihilominus cōpellere poſſit eos, & debeat ad denuntiandum vltra terminos prædictos. Vbi tñ commiſſum eſſet homicidium, adeo ꝙ vel ſtatim, vel intra octo dies à die illati vulneris mors ſequuta eſſet, teneātur prædicti maſſarii, & cauarzellani ſuas denuntiationes facere antequam cadauer ſepeliatur, ita vt poſſit miles Poteſtatis, & notarius maleficiorum ire ad videndum cadauer, & vulnera eius deſcribere, ſub pœna prædicta, vt ſupra per eos incurrenda. Prohibentes omnino ne prædicti aliquam denuntiationē faciant alicuius delicti alterius generis, q̄ ſint crimina prædicta. Irritantes eam denuntiationem, & quæcunq; ob eam, vel ex ea fuerint ſubſequuta. Iuratos tñ armorum ex ſuo officio teneri iubemus nuntiare quoslibet arma portantes in villis, in quibus tale exercent officium, & ſolum in prędictis villis portantes, & prohibitos portare, non autem in aliis. & ſi aduerſus prædictam formam aliqua denuntiatio per prædictos facta fuerit, teneatur nuntians contra formam prædictam denuntiato emendare omne damnum, & expenſas, quas dicta ex cauſa fecerit, & quod aliqualiter paſſus fuerit; nec taliter denuntiatus aliquid ſoluere teneatur notariis maleficiorum. & Poteſtas, ac Iudex, qui contra prædicta aliquā denuntiationem fieri ſcienter paſſus fuerit, in pœnam cadat librarum trium march. ipſo iure de ſuo ſalario perſoluendam. Notarius vero, qui ipſam denuntiationē receperit, in libris duabus march. condemnatus intelligatur. quæ pœna applicetur maſſariæ communis Ferrarię.

De forma, & modo denuntiationis prædictæ. IX.

STATVIMVS quòd officiales prædicti maleficia in ſcriptis denuntiare teneantur: ſcripturam autem denuntiationis prædictæ fieri, aut recipi ſine Iudicis præſentia, & mandato prohibemus per aliquem ex notariis maleficiorum, pœna librarum decem eis iminente ſi contra fecerint, ſed per alios eam dictari, & ſcribi volumus. In qua contineatur annus, menſis, & locus delicti perpetrati, qui locus ſaltem duobus confi-

confinibus demonſtretur,ipſiusq; delicti ſubſtantia,& omnes qualitates,& circunſtantiæ eius deſcribantur, & ſubſcribant teſtes dictæ ſcripturæ, qui eius rei notitiam habent, hanc ſcripturam produci ſufficiat, aut coram Poteſtate,aut coram Iudice maleficiorum;cuius productionem ſtatim notarius ſcribat in actis,data tamen copia maſſario communis, prout in præcedentibus ſtatutis diximus. & ſi Iudici admittenda videbitur,tunc Iudex propria manu ſubſcribat diem productionis eius, & denuntiantis nomen. Quibus peractis idem Iudex effectũ dictæ denũtiationis deſcribi faciat infra tres dies immediatè ſequẽtes per notarium maleficiorum in notulam ſuam, & Poteſtatis,& in notulam Syndici palatij, prout in accuſationibus ſupradictum extitit, excepto fideiuſſoris nomine,à cuius præſtatione hoc caſu officialẽ denuntiantem liberamus. Diſponentes ꝙ vigore ſolius,ſimplicis denuntiationis prędictæ non poſſit formari inquiſitio ſpecialis contra aliquem, nec procedi etiam ad citationem, niſi habita fide de contentis in denuntiatione per indicia ſufficientia pro arbitrio ſuo.

De modo citandi prædictos denuntiatos. X.

EXHIBITA denuntiatione prædicta habitis indicijs vt ſupra, volumus,& mandamus reum denũtiatum detineri, aut citari perſonaliter, vel ad domum ſuæ habitationis, ſecundum modum, & formam ſtatũtorum noſtrorum per vnum ex nuntijs cõmunis Ferrariæ; vel ſi habitationem non habuerit,vel ſit vagabundus,per vnum ex bannitoribus ipſius cõmũnis,cum cedula ſubſcripta,aut ſigillata manu Iudicis maleficiorum,ſecundum ordinem,& modum ſupra traditũ,de modo citandi accuſatos re, vel verbo. quẽ modum hic in omnibus obſeruari mandamus, ſub pœnis tam Poteſtati,q̃ notario ibidẽ declaratis.

De modo procedendi contra denuntiatos. XI.

PRAEMISSA citatione rei denuntiati,vt ſupra dictum eſt, volumus, & iubemus ſuper dicta denuntiatione procedi contra denuntiatũ, ſecundum formam traditam ſupra ſub titulo, de forma procedendi contra accuſatos. quę omnia hoc caſu etiam ſeruari diſponimus, ſiue denuntiatus comparuerit, ſiue non, ſiue dederit fideiuſſorem,ſiue nõ, ſiue ſit cauſa, ex qua perſonalis pœna imponi debeat, ſiue pecuniaria, eo addito quòd ſi reus comparuerit, & fideiuſſorem dederit de

ſoluendo oēm condemnationem, quæ de ipſo fieret, ſi pecuniaria ſit pœna, ſiue in carceribus poſitus fuerit, vbi pœna ſit corporalis, & negauerit contenta in denuntiatione contra eum inſtituta, tunc Iudex dilationem ſtatuat denuntiato ad faciendū defenſiones ſuas contra denuntiationem prędictam, quæ dilatio tempus dierum xv. non excedat. In qua dilatione ēt ipſe Iudex citato dicto reo, aut legitimè monito, deferat iuramētum teſtibus in denuntiatione ſubſcriptis, & eos diligenter examinet ſuper contentis in denuntiatione prædicta. & ſi ei opus videbitur, mittere debeat pro officiali denuntiante, vt vltra dictos teſtes in denuntiatione deſcriptos, alios teſtes, aut alias informationes exhibeat, vt rei veritas omnibus argumentis inueniatur. simili modo examinare teneatur oēs teſtes, quos reus pro ſe duxerit producēdos. quorum omnium teſtium dicta diligenter per notarium in actis deſcribantur; pro quibus omnibus teſtibus denuntiatoris, vel ex officio examinatis per Iudicem ipſe Iudex nil percipiat. Pro teſtibus vero rei, vel alterius comparentis pro intereſſe ſuo Iudex percipiat mercedem ſecundum modum, & formam ſtatutorum cōmunis Ferrariæ. Publicato vero proceſſu copiam facere teneatur denuntiato omniū actorum, & teſtium, ac informationum, quas Iudex receperit, & eius allegationes in iure audire, ſi reus prædicta poſtulauerit, vt ſecundum rei veritatem, & probationum efficaciam, de iure condemnando, vel abſoluendo proferatur diffinitiua ſententia.

In quibus caſibus per inquiſitionem procedi poſſit. XII.

QVONIAM per inquiſitiones, & proceſſus ex officio, qui fiunt per Poteſtatem, Iudicē maleficiorum, & officiales ciuitatis Ferrariæ non præcedente accuſatione, vel denuntiatione indiſcretè, & improuidè grauantur ſæpius innocentes, & maxime ab officialibus ſitientibus quodammodo ſanguinem humanum ſub falſo colore honoris; præſenti ſtatuto prohibemus ne Poteſtas, nec eius Iudices, nec aliqui alij officiales ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus, contra aliquem, ſeu aliquos per inquiſitionem, ſeu per officiū ex aliqua cauſa poſſint procedere, niſi contra inculpatos, vel ſuſpectos de crimine læſæ maieſtatis, vel de aliquo, quod vergere poſſet in detrimentum, aut diminutionem honoris, iuriſdictionis, aut ſtatus Illuſtriſsimorum dominorum noſtrorum Ducum, Marchionum Eſtenſium, vel ciuitatis Ferrariæ. Item contra famoſos latrones, prędones, rubatores, aſſaſsinos, raptores,

res,& violatores virginum,ſeu aliarum mulierum honeſtarũ,ſeu quæ honeſtæ reputētur,& falsatores monetarum,fures,ſacrilegos,incēdiarios,proditores, homicidas,de ſodomia inculpatos,&parricidas,& cōtra eos, qui per vim cognouerint carnaliter aliquã mulierem, de qua ſupra,aut ſine volũtate ſua,& qui precio, vel precibus vulnerauerint, vel occiderint aliquē. Et generaliter per inquiſitionē procedi poſsit in omni caſu,in quo imponatur pœna mortis,mutilationis mēbri,sãguinis,vel corporis afflictiua;& vbi,& quando quis fuerit vulneratus, vel verberatus cum armis vetitis,vel etiam cum baſtono maiore mēſura,ſiue cum ſanguine,ſiue ſine ſanguine;& etiam omni caſu,quo ſecundum ſtatuta noſtra venit pœna imponenda librarũ vigintiquinq; & vltra. Et etiam in omni caſu vbi procedi poſsit per inquiſitionē de iure communi,vel ſecundum ſtatuta noſtra.

De modo, & forma procedendi per inquiſitionem. XIII.

NE nimium relaxando arbitrium inquirentis,innocentia periculo indebitæ pœnæ ſupponatur, & nimis reſtringendo, maleficia facile remaneant impunita; & cum nō ſit à tormentis incipiendum, ſtatuimus ꝙ inquiſitio ſpecialis,quo ad delicta & perſonas,formari nō poſsit contra aliquem, niſi pręcedentibus indicijs, quę ſibi videantur ſufficientia: ſuper quibus poſsit,& teneatur Poteſtas recipere prius informationes legitimas, & ad inquirendũ teſtes nō citato reo, ſeu inculpato,& ſcribi faciat per notariũ maleficiorũ. Deinde formata inquiſitione quatenus,& prout ſibi videbitur,ſi reus, vel inculpatus fuerit pręſens,vel in carcere detētus,cōpellatur per ſe perſonaliter reſpōdere inquiſitioni cũ iuramento; qui ſi confeſſus fuerit ſponte cōtenta in inquiſitione procedatur,& cōdemnetur ſecũdum naturam delicti confeſſati.Si vero negauerit,tunc reo petente antequã deueniatur ad torturã,teneatur inquirens dare copiã tituli,& totius inquiſitionis, & indiciorũ,vt poſsit ſe defendere,aut forte indicia purgare; & data ſibi dilatione, quę nō excedat dies octo, teneatur inquirēs recipere informationes,& teſtes pro parte rei productos ad ſui defenſionē. Quibus apertis, & facta iuridica diſputatione,& cognitione ſuper indicijs ſi ipſa indicia purgata nō erunt,& vrgētia,vel ſufficientia viſa fuerint inquirenti,procedi poſsit ad quæſtiones,& tormenta pro arbitrio inquirentis,cum eo tamen moderamine,vt humanitatis memor,& iuſtitiæ zelator eſſe videatur,&innocentię magis defenſor,ꝙ pœnę aui-

dus

ſoluendo oẽm condemnationem, quæ de ipſo fieret, ſi pecuniaria ſit pœna, ſiue in carceribus poſitus fuerit, vbi pœna ſit corporalis, & negauerit contenta in denuntiatione contra eum inſtituta, tunc Iudex dilationem ſtatuat denuntiato ad faciendũ defenſiones ſuas contra denuntiationem prędictam, quæ dilatio tempus dierum xv. non excedat. In qua dilatione ét ipſe Iudex citato dicto reo, aut legitimè monito, deferat iuramẽtum teſtibus in denuntiatione ſubſcriptis, & eos diligenter examinet ſuper contentis in denuntiatione prædicta. & ſi ei opus videbitur, mittere debeat pro officiali denuntiante, vt vltra dictos teſtes in denuntiatione deſcriptos, alios teſtes, aut alias informationes exhibeat, vt rei veritas omnibus argumentis inueniatur. ſimili modo examinare teneatur oẽs teſtes, quos reus pro ſe duxerit producẽdos. quorum omnium teſtium dicta diligenter per notarium in actis deſcribantur; pro quibus omnibus teſtibus denuntiatoris, vel ex officio examinatis per Iudicem ipſe Iudex nil percipiat. Pro teſtibus vero rei, vel alterius comparentis pro intereſſe ſuo Iudex percipiat mercedem ſecundum modum, & formam ſtatutorum cõmunis Ferrariæ. Publicato vero proceſſu copiam facere teneatur denuntiato omniũ actorum, & teſtium, ac informationum, quas Iudex receperit, & eius allegationes in iure audire, ſi reus prædicta poſtulauerit, vt ſecundum rei veritatem, & probationum efficaciam, de iure condemnando, vel abſoluendo proferatur diffinitiua ſententia.

In quibus caſibus per inquiſitionem procedi poßit. XII.

QVONIAM per inquiſitiones, & proceſſus ex officio, qui fiunt per Poteſtatem, Iudicẽ maleficiorum, & officiales ciuitatis Ferrariæ non præcedente accuſatione, vel denuntiatione indiſcretè, & improuidè grauantur ſæpius innocentes, & maxime ab officialibus ſitientibus quodammodo ſanguinem humanum ſub falſo colore honoris; præſenti ſtatuto prohibemus ne Poteſtas, nec eius Iudices, nec aliqui alij officiales ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus, contra aliquem, ſeu aliquos per inquiſitionem, ſeu per officiũ ex aliqua cauſa poſsint procedere, niſi contra inculpatos, vel ſuſpectos de crimine læſæ maieſtatis, vel de aliquo, quod vergere poſſet in detrimentum, aut diminutionem honoris, iuriſdictionis, aut ſtatus Illuſtriſsimorum dominorum noſtrorum Ducum, Marchionum Eſtenſium, vel ciuitatis Ferrariæ. Item contra famoſos latrones, prędones, rubatores, aſſaſsinos, raptores,

res,& violatores virginum,ſeu aliarum mulierum honeſtarũ,ſeu quæ honeſtæ reputẽtur,& falsatores monetarum,fures,ſacrilegos,incẽdiarios,proditores, homicidas,de ſodomia inculpatos,&parricidas,& cõtra eos, qui per vim cognouerint carnaliter aliquã mulierem, de qua ſupra,aut ſine volũtate ſua,& qui precio, vel precibus vulnerauerint, vel occiderint aliquẽ. Et generaliter per inquiſitionẽ procedi poſsit in omni caſu,in quo imponatur pœna mortis,mutilationis mẽbri,ſãguinis,vel corporis afflictiua;& vbi,& quando quis fuerit vulneratus, vel verberatus cum armis vetitis,vel etiam cum baſtono maiore mẽſura,ſiue cum ſanguine,ſiue ſine ſanguine;& etiam omni caſu,quo ſecundum ſtatuta noſtra venit pœna imponenda librarũ vigintiquinq; & vltra. Et etiam in omni caſu vbi procedi poſsit per inquiſitionẽ de iure communi,vel ſecundum ſtatuta noſtra.

De modo, & forma procedendi per inquiſitionem. XIII.

NE nimium relaxando arbitrium inquirentis,innocentia periculo indebitæ pœnæ ſupponatur, & nimis reſtringendo, maleficia facile remaneant impunita; & cum nõ ſit à tormentis incipiendum, ſtatuimus ꝙ inquiſitio ſpecialis,quo ad delicta & perſonas,formari nõ poſsit contra aliquem,niſi prȩcedentibus indicijs, quȩ ſibi videantur ſufficientia: ſuper quibus poſsit,& teneatur Poteſtas recipere prius informationes legitimas, & ad inquirendũ teſtes nõ citato reo, ſeu inculpato,& ſcribi faciat per notariũ maleficiorũ. Deinde formata inquiſitione quatenus,& prout ſibi videbitur,ſi reus, vel inculpatus fuerit prȩſens,vel in carcere detẽtus,cõpellatur per ſe perſonaliter reſpõdere inquiſitioni cũ iuramento; qui ſi confeſſus fuerit ſponte cõtenta in inquiſitione procedatur,& cõdemnetur ſecũdum naturam delicti confeſſati.Si vero negauerit;tunc reo petente antequã deueniatur ad torturã,teneatur inquirens dare copiã tituli,& totius inquiſitionis, & indiciorũ,vt poſsit ſe defendere,aut forte indicia purgare; & data ſibi dilatione, quȩ nõ excedat dies octo, teneatur inquirẽs recipere informationes,& teſtes pro parte rei productos ad ſui defenſionẽ. Quibus apertis, & facta iuridica diſputatione,& cognitione ſuper indicijs ſi ipſa indicia purgata nõ erunt,& vrgẽtia,vel ſufficientia viſa fuerint inquirenti,procedi poſsit ad quæſtiones,& tormenta pro arbitrio inquirentis,cum eo tamen moderamine,vt humanitatis memor,& iuſtitiæ zelator eſſe videatur,&innocentiȩ magis defenſor,ꝙ̃ pœnȩ auidus

dus vltor;niſi adeò vrgentia,ac indubitata indicia militent contra in culpatū, vt adeo vehemens fama cum alijs indicijs de crimine inculpato laboret cōtra eum,vt quaſi de delicto videatur inquirēri,vel iudici cōſtare:his caſibus, aut altero eorum in arbitrio Iudicis ſit dare, vel non dare copiam,& dilationē prædictas ante quęſtionem habendam, poſtquam torturam congruentē facto, & ſecundū qualitatem perſonarū,&delicti,ſi inquiſitus cōfeſſus fuerit delictū, & oīa ratificauerit, in qua ratificatione adeſſe debeat maſſarius collegij notariorū ciuitatis Ferr. qui ſit rogatus de ipſa ratificatione vnà cū notario maleficiorum, aliàs ipſa ratificatio non valeat, nec teneat; dato termino ad ſe defendendū,cauſa cognita, & auditis defenſionibus rei,ſi ſe defendere voluerit, procedat inquirens ad cōdemnationem, vel abſolutionē ſecūdum formam iuris,& ſtatutorum noſtrorū. Si vero fuerit abſens reus,vel inculpatus de crimine,& præceſſerint aliqua indicia ſufficiētia arbitrio inquirentis contra ipſum,tunc formata inquiſitione,citetur eo modo,& forma prout diximus in accuſato,vel denuntiato: & ſi comparuerit, non audiatur niſi intret carceres, vel fideiubeat, prout ſupra ſub titulo, de forma procedendi cōtra accuſatos diſponitur: & ſi intrauerit,vel fideiuſſerit,procedatur vt ſupra proximè. Si autem nō comparuerit,tunc citetur,& banniatur,ac procedatur, vt ſupra diximus etiam in accuſato; ſaluo q̀ ſi comparuerit ante ſententiam, audiatur, dummodo intret carceres,vel fideiubeat vt ſupra,& procedatur etiam prout ſupra: & ſi aliter factum fuerit inquiſitio, proceſſus, ſentētia ipſo iure nullus, & nulla ſit. Et poſsit reus donec fuerit præſens, vel carceratus defendere ſe per procuratorem; teneatur tamen perſonaliter reſpondere inquiſitioni, capitulis, ſiue poſitionibus ſine eius procuratore,& aduocato, & eorum præſentia. Et poſtquam reſponſum fuerit inquiſitioni,fiat,ac detur facultas loquendi cum incarcerato, ſi vult procuratorem conſtituere, & etiam eum informare de aliqua re,cum præſentia tamen Iudicis maleficiorum. Quæ omnia volumus obſeruari etiamſi procedatur ex mero officio inquirentis, vel alio quocunq; ſimili modo. Volentes q̀ Poteſtas Ferrariæ, & quilibet Iudex inquirens teneatur finire, & terminare condemnando, vel abſoluendo prędictas cauſas, & proceſſus inquiſitionum infra quattuor menſes à die reſpōſionis factę per inquiſitum, etiamſi fuerit abſens inquiſitus, & non cōparuerit à die citationis factæ, ſub pœna librarū vigintiquinq; march. ſi pœna imponenda fuerit pecuniaria; ſi vero corporalis fuerit, ſub pœna librarum quinquaginta march. quę pœnę cō

mittãtur

mittantur ipſo iure, & applicentur maſſariæ communis Ferrariæ; & maſſarius poſsit, & teneatur eas retinere de paghis ſuis:nihilominus teneatur terminare vt ſupra infra dies quindecim ſequentes ſub eadē, & ſimili pœna, & tantę quantitatis. Volentes ꝙ Syndicus palatij etiā non finito officio inquirentis teneatur procedere, & punire ſub vinculo iuramenti in prędictis caſibus. Adijcientes tamen ꝙ Poteſtas, vel Iudex maleficiorum, etiam nulla pręcedente inquiſitione, poſsit reum inculpatum in carceribus exiſtētem ponere ad torturam, pręcedentibus tamē legitimis indicijs arbitrio eiuſdem; de quibus tamen indicijs teneatur dare copiam, vel non dare prout ſupra diſpoſitum eſt. Et vt calumnioſis inſtigationibus occurratur, prouidemus ꝙ vbi Iudici videatur inquiſitus abſoluendus, poſsit Iudex in eadē ſententia calumnioſum inſtigatorem in expenſis inquiſito ipſi reficiendis condemnare, cuius Iudicis in hoc conſcientiam oneramus.

De tempore ſtatuto infra quod accuſationes, & denuntiationes fieri debeant. XIIII.

STATVIMVS, & ordinamus inuiolabiliter obſeruari, ꝙ quælibet perſona, quę voluerit accuſare aliquem, vel denuntiare, vel facere denuntiari de aliquo crimine, ex quo ex forma ſtatutorum, vel de iure communi pati deberet pœnam mortis, vel membri abſciſsionem, aut aliam pœnam corporalem, ſeu corporis afflictiuam, teneatur ipſam accuſationem, vel denuntiationem facere, aut proponere infra biennium à die cōmiſsi criminis computandū; ſi malefactorē ſciuerit, & delictum cōmiſſum; & ſi ignorauerit malefactorem, teneatur denūtiare ſaltem crimen, vel maleficium curiæ Poteſtatis Ferrariæ, vel Iudicis competentis. Et poſtquam depoſita fuerit accuſatio, ſiue denūtiatio, finiri, & determinari debeat modo, & forma, ac tempore, de quibus ſupra in alijs ſtatutis diximus: & ſi elapſo dicto tempore biennij vellet accuſare, vel denuntiare, nullatenus audiatur, & non valeat ipſa accuſatio, ſeu denuntiatio, nec proceſſus inde ſequutus, nec ſententia ipſo iure. Similiter nec etiā audiatur poſt decem annos, ſiue ſciuerit ſiue non malefactorem, vel delictum. In alijs vero criminibus, & delictis, in quibus non imponerentur, vel non ſequerentur pœnæ prędictę; nō audiatur elapſo ſex menſium ſpatio, ſi ſciuerit delictū commiſſum, & malefactorem. Si vero ignorauerit malefactorem, vel delictū, non audiatur elapſo quadriennio à die cōmiſsi delicti. Adijcientes ꝙ nec ēt

per

per inquiſitionem procedi poſſit in caſibus prædictis,elapſis dictis tēporibus ſupra poſitis,modo,& forma ſupradictis. Ita tamen ꝙ in caſu ſcientię conſtare debeat in actis de ſcientia curiæ, vel Poteſtatis, vel Iudicis competentis.

Quòd vbi non poteſt per accuſationem, vel denuntiationem procedi, nec per inquiſitionem procedatur. XV.

STATVIMVS ꝙ in criminibus,& maleficijs,in quibus non poteſt procedere Poteſtas,vel Iudex maleficiorum, vel alius Iudex accuſatione, vel denuntiatione inſtituta, non poſſit procedere per inquiſitionem,nec alio modo: & ſi fieret proceſſus,nō valeat ipſo iure,niſi in caſu pręcedentis ſtatuti,& niſi quatenus permiſsū eſt per ſtatuta noſtra.

Quòd non recipiatur accuſatio, vel denuntiatio de alterius iniuria. XVI.

VOLENTES calumnijs,& temerariis accuſationibus,ſeu denūtiationibus obuiare, ſtatuimus ꝙ nemini liceat aliquem accuſare, vel denuntiare de aliena iniuria, vel de armis, ſeu alio quocunq; priuato delicto, qui non ſuam, vel ſuorum vſque ad quartum gradū iniuriam proſequatur; niſi eſſet officialis iuratus,& legitimè deputatus ad prædicta,qui ratione officij ſibi cōmiſsi ipſam accuſationem, vel denuntiationem porrigeret, vel aliter diſpoſitū eſſet per ſtatuta noſtra. & ſi cōtrafactum fuerit,non valeat ipſo iure,pœna nihilominus imminente accuſatori,ſiue denuntiatori ſolidorum quadraginta march. maſſariæ communis Ferrariæ applicanda,& cum refectione expenſarum ipſi parti.& eadē pœna Iudici ſcienti,& ipſam accuſationē,& denūtiationē recipienti imminere intelligatur auctoritate præſentis ſtatuti.

Quòd minor annis vigintiquinq; in criminalibus admitti, & teſtificari poſsit. XVII.

STATVIMVS minorem annis vigintiquinq;, maiorem tamen annis ſexdecim,etiam ſi filiusfamilias ſit,poſſe in criminalibus cauſis tam accuſando,quàm defendēdo, & aliter quomodocūq; interuenire, etiā ſine conſenſu patris,& curatoris auctoritate; & etiam acta valeāt,nec reſtitui poſsit in integrum. Volentes ipſum in omnibus cauſis criminalibus

nalibus legitimam habere perſonam. Ipſum quoq;,& eiuſdem ætatis, & maioris,& mulieres maiores annis viginti ad teſtimonium admitti in eiſdem cauſis,& eorum dicto credi permittimus.

Quòd Poteſtas non teneatur inquirere niſi de crimine, quo arctatur per formam ſtatutorum. XVIII.

VBICVNQVE Poteſtas,vel eius familia arctatur ex forma pręſentiũ ſtatutorum ad inquiſitionem faciendam de aliquibus maleficijs, id vendicare ſibi locum intęlligi volumus,ſi denunciatio, vel accuſatio facta fuerit de ipſis criminibus Poteſtati, vel Iudici maleficiorum per offenſum,vel eius attinentes,aut per alios, qui ad denunciandum maleficia admittantur ex forma ſtatutorum; dummodo de nomine denunciantis, vel notificantis appareat. poſsit tamen contra fures,& latrones inquiri etiam ſine alterius denuntia,& querela,& in aliis caſibus de quibus in ſtatuto ſub tit. in quibus caſibus per inquiſitionẽ &c. & ſi aliter proceſſum fuerit, non valeat ipſo iure.

Quòd de rixis, & iniurijs pace facta Poteſtas Ferrariæ, vel alius Iudex nullam faciat condemnationem. XIX.

STATVIMVS ꝙ de rixis, & iniuriis, quæ fierent inter aliquos in ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, pace facta, & probata ſiue per ſcripturam, ſiue per teſtes, aut alio legitimo modo ante ſententiæ prolationem, de qua conſtet in actis, inter eos qui ſe inuicem offenderunt, vel iniuriati fuerunt,nulla per Poteſtatem, & eius officiales fieri poſsit condemnatio. Si vero fuerint offenſiones cum ſanguinis effuſione cum armis,baſtonis,vel aliis inſtrumentis ſimilibus,ex quibus veniret tantum pœna pecuniaria imponenda; tunc non poſsit fieri cõdemnatio niſi in dimidia eius pœnæ,quæ pro tali maleficio, ſeu maledicto imponi deberet ſecundum formam ſtatutorum præſentium: & aliter factum omnino irritamus:& idem ſeruetur,ſi reus ipſe maleficium ſponte confeſſus fuerit. Quod ſi & ſponte confeſſus fuerit,& pacem habuerit vt ſupra,ſolum in quarta parte pœnæ cõdemnari poſſit. Quæ omnia non intelligantur in iniuriis,& offenſis,ex quibus debetur pœna mortis,membri afflictiua,vel alia corporalis pœna.

Quòd

Quòd Iudex ad maleficia deputatus diebus iuridicis,horis conſuetis in palatio iuris communis Ferrariæ ſedeat. XX.

STATVIMVS quòd Iudex ad maleficia deputatus ſingulis diebus iuridicis in palatio iuris communis Ferrariæ,horis conſuetis ſedere ſacraméti vinculo teneatur;nec liceat ei in cameris ſuis diebus iuridicis de criminalibus cauſis cognoſcere,nec aliqua acta ibidem conficere, ſed in dicto palatio quibuſcunq; poſcentibus ſe publicè exhibere.& ſi contrafactum fuerit,quicquid fiet non valeat ipſo iure.

Qualiter, & quando procurator interuenire poſsit in cauſis criminalibus. XXI.

STATVIMVS,& ordinamus quòd in quibuſcunq; accuſationibus officialium,ſeu aliorum denuntiationibus,& inquiſitionibus inſtitutis contra aliquem occaſione alicuius criminis, aut delicti, ex quo de iure communi, aut ex forma præſentium ſtatutorum poſſet, vel deberet ſequi pœna mortis,abſciſſio mēbri,aut corporis afflictiua,aut quæuis alia pœna corporalis,ſeu capitalis,quæ ſupra relegationem ſit (intelligendo,& accipiendo relegatum pro bannito, vel confinato, etiā vbi bona publicanda non venirent) non poſſit,nec valeat ad proponendum aliquam exceptionem,vel excuſationem,ſeu defenſionem, aut ad aliquam probationem innocentię vel aliter faciendā pro accuſato, inquiſito, aut denuntiato de aliquo crimine, comparere aliquis procurator,ſeu defenſor, etiam tanquam quilibet de populo; vel etiā pater pro intereſſe quolibet proprio,etiā vt legitimus adminiſtrator, vel aliter quomodocunq; nec alia quælibet eius coniuncta perſona vel extranea ēt ex officio iuſdicētis,niſi aliquis allegaret inculpatum mortuum eſſe,vel infirmum,aut alibi carceratum, vel aliter iuſtè impeditum, & id probaret intra dilationem arbitrio Poteſtatis, & Iudicis ſtatuendam,quam aſsignari mandamus:ſed teneatur talis accuſatus, inquiſitus, aut denuntiatus comparere perſonaliter, & carcerem communis Ferrariæ ſubintrare prout in ſuperioribus ſtatutis diſpoſuimus,nec aliter nec alio modo audiatur. Si tamen reus fuerit in carceribus detentus ex cauſis antedictis,volumus tunc eum, & eius procuratorē,ſeu defenſorem pro eo admitti,prout ſupra diximus in ſtatuto ſub titulo, de modo & forma procedendi per inquiſitionem, & tunc procedatur ſecundum formam ſtatutorum. In alijs vero criminibus, vel de-

vel delictis etiam vbi pœna corporalis in defectum pecuniariæ veniret imponenda idem obſeruetur, niſi inculpatus prius pręſtet idoneã, & ſufficientem fideiuſsionem arbitrio Poteſtatis, ſeu Iudicis maleficiorum, & maſſarij communis Ferrarię, vt ſupra diximus in ſtatuto, de forma procedendi contra accuſatos, & dicetur infra in ſtatuto ꝙ nullus in pecunia condemnandus detineatur &c. Qua præſtita admittatur ipſe, & eius procurator, ſiue defenſor, dummodo ſi pœna exceſſerit libras vigintiquinque march. reus ipſe perſonaliter & per ſe ſolum ſine præſentia procuratoris, & aduocati inquiſitioni, & capitulis, ſiue poſitionibus reſpondeat ſolus. Et quę omnia volumus, & mandamus obſeruari, non obſtante aliqua lege, vel aliquo ſtatuto, aut conſuetudine, quibus quantum ad pręmiſſa derogamus, & derogatum eſſe volumus: ita vt etiam nulla obſeruantia, ſiue conſuetudo contra pręmiſſa induci valeat, vel inducta attendi debeat. Poſsit tamen ex officio ad nullius inſtantiam iuſdicens audire, & recipere informationes vel probationes ad defenſionem innocentię rei abſentis intra tempus banni, & illas in ſcriptis redigi facere. Quę ſi ſufficientes, vel concludentes ſibi videantur ad plenam defenſionem, non procedat ad condemnationem; ſi minus, procedat ſecundum formam pręd1ctã, & prout iuſtum videbitur. & ſi poſtea reus ipſe per contumaciam bannitus, & pro confeſſo habitus, & condemnatus iuxta formam ſtatutorũ noſtrorum, aliquãdo forte detentus, & incarceratus fuerit, volumus pro bando contrarium eius, de quo habitus eſt pro confeſſo, ſe defendere poſſe etiam per procuratorem ſecundum formam prædictam. Declarantes quod in omni, & quacunque cauſa criminali ex parte accuſatoris procurator poſsit interuenire, ſimiliter procurator rei in omni caſu, quo poſsit comparere reus abſq; eo quòd intret carceres, ſiue de iure communi, aut municipali, ſiue vigore reſcripti poſsit interuenire; teneatur tamen reus ſemper perſonaliter reſpondere inquiſitioni, accuſationi, denuntiæ, aut querelæ, vel poſitionibus vt diximus ſupra in alijs ſtatutis.

Quòd licitum ſit impune ſe defendere. XXII.

SIQVIS percuſſerit, vulnerauerit, vel occiderit aliquem in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu ad ſui defenſionem, vel aliter iure permittente, abſoluatur ab accuſatione, vel inquiſitione contra eum de hoc inſtituta, & cõdemnatio ex hoc facta de eo, nulla ſit ipſo iure, pro

armis tamen condemnetur omnino, niſi ea aſſumpſerit ſe defendendo, uel aliàs ſibi licuerit ea portare.

De domibus, arboribus, & vineis ob maleficia non deſtruendis. XXIII.

SI propter aliquod delictum bona delinquentis fuerint publicata, inter quæ ſint domus, arbores, vineę, & ſimilia, res prædictas deſtrui, aut incidi omnino prohibemus; ſed prout commodius erit, aut vendantur, aut conſeruentur pro communi Ferrariæ.

Quòd liceat vnicuiq; furem capere, & tenere. XXIIII.

STATVIMVS quòd liceat vnicuiq; ſine Poteſtatis, vel Iudicis licentia ſeruientem ſuum cuiuſcunq; ſexus impune capere, ſi diceret per eum, vel eam ſibi furtum commiſſum eſſe: & captum; & captam tenere per duos dies, & non vltra: & in arbitrio ſit capientis captum tradere Poteſtati, aut eum liberè relaxare. Nec Poteſtas de prædictis, aut alius iuſdicens poſſit, aut debeat aliquam iniuriam capienti facere, & ſi vltra dictum tempus tenuerit, cadat in pœnam librarum decem march. communi Ferrariæ applicandam. Similiter liceat vnicuiq; capere alium furem repertum in domo ſuæ habitationis, vel extra domum cum furto, & illum intra viginti horas ducere ad Poteſtatem, vel Iudicem maleficiorum.

Quòd liceat verberare famulos, filios, & vxores ſuas. XXV.

PERMITTIMVS dominis, parentibus, patruis, & maritis ſibi ſeruiẽtes, filios, nepotes ex fratre, & alios deſcendentes verberare; & vxores ſuas, & concubinas impune, dummodo modum caſtigationis non excedant. Quod Iudicis arbitrio relinquimus, attenta cauſa, & qualitate criminis, vel delicti.

Quòd commorantes in eadem domo, ad inuicem rixantes non poſſint puniri. XXVI.

STATVIMVS quòd ſi parentes, filii, vel fratres, mulieres, & familiares, vel alii cohabitãtes omnes in vna domo, & ad vnum panem, & vinum inuicem commorántes verba inter ſe habuerint, vel ſe iuxta

vulgare

vulgare ſgramignauerint, vel ſe percuſſerint, in nullo condemnari, & puniri poſsint, ſi concordes fuerint de prædictis; niſi pro homicidio, & percuſsionibus ſanguinolentis factis cum armis vetitis; & niſi fuerit filius qui patrem, vel auum, matrem, vel auiam, vel quemlibet aſcendentem verberauerit, vel nurus ſocerum, vel ſocrum, vel gener ſocerum, vel ſocrum, uel vxor virum; vel famulus, aut famula dominum, aut dominam, uel liberos eorum: in quibus ius commune, & ſtatuta ſeruentur.

Quòd nullus contendat de parte Guelſa, vel Gebellina. XXVII.

VNITATEM ciuium cupientes, ſtatuimus nulli licere in ciuitate Ferrariæ, uel eius diſtrictu de parte Guelſa, uel Gebellina contendere, nec de aliquibus ſimilibus partibus quocunque nomine cenſeantur, nec alicui de ſimilibus partibus improperare. & contrafacientes pœna librarum uigintiquinque march. puniantur applicanda pro dimidia communi Ferrariæ, pro alia dimidia accuſatori, uel denuntiatori.

Quòd banniti in ciuitate Ferrariæ intelligantur banniti in omnibus terris tentis per dominos Duces Eſtenſes, & econtra. XXVIII.

LOCVM refugij delinquentibus denegantes, ſtatuimus ꝙ quælibet perſona cuiuſuis conditionis condemnata, uel bannita in ciuitate Ferrariæ pœna mortis, uel alia corporali pœna ob aliquod maleficium commiſſum in ciuitate, uel diſtrictu, uel alibi; ſit & eſſe intelligatur ipſo iure & facto condemnata, & bannita de omnibus, & ſingulis terris, locis, & ciuitatibus, quæ per dominos Duces, & Marchiones Eſtenſes, & eorum nominibus tenentur, & poſsidentur mediatè, uel immediatè, & eorum ditioni ſubiectæ ſunt, & in futurum tenebuntur, & erunt. Et è contra quoque diſponimus ꝙ quælibet perſona condemnata, uel bannita ad mortem, uel aliam corporalem pœnam in aliqua ciuitate, terra, uel loco eiſdem dominis Marchionibus ſubiectis, ſit & eſſe intelligatur bannita de dicta ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu; & in quolibet dictorum caſuū poſsit, & debeat puniri, ſicut puniretur in loco, ubi fuit condemnatus, uel bannitus.

De occidente, vel occidi faciente bannitum. XXIX.

STATVIMVS ſi quis aliquem bannitum occiderit, vel occidi fecerit, vel aliter quomodocunq; eum percuſſerit, vel vulnerauerit, vel percuti, vel vulnerari fecerit in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, qui ſit in banno ob tale delictum, propter quod ſi in forciam communis veniret, mortis pœnam pateretur ex legum diſpoſitione, vel ex forma ſtatutorũ, penitus inhibemus ne Poteſtas, vel eius Iudices, aut alius qui iuriſdictionem habeat in ciuitate Ferrariæ, ad vltionem aliquam realem, vel perſonalem vllo modo procedat, ſed ipſo iure eum ab omni pœna, & grauamine pręſenti ſtatuto abſoluimus. Et ad hanc defenſionem allegandam, & probandam, quæ defenſio per Poteſtatem, & eius curiam recipi debeat, eius procuratorem, & quamlibet eius coniunctam perſonam, & quemlibet de populo admitti volumus.

De his qui non reperiuntur ſcripti in libris condemnationum maſſariæ communis Ferrariæ. XXX.

NE ſub prætextu liciti quandoq; cõmittatur illicitum, ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nullus intelligatur, habeatur, vel reputetur bannitus, vel condemnatus, ex quacunq; cauſa bannitus, vel condemnatus dicatur in cõmuni Ferrariæ; niſi condemnatio ſcripta reperiatur, & ſit in libro condemnationum maſſariæ cõmunis Ferrariæ, in qua cõtineatur nomen, prænomen, & cognomen ipſius condemnati, & forma condemnationis factæ de ipſo, cum adictione pœnæ in ipſa condemnatione contentæ. & contra talem bannitum, & condemnatum, cuius nomen non reperitur deſcriptum in libro condemnationũ maſſariæ communis Ferrariæ, nec ipſius condemnationis forma, vt ſupra dictum eſt, occaſione ipſius banni, vel condemnationis, quę de ipſo facta dicatur, non poſſit aliqua pœna infligi, nec aliquod grauamen, vel præiudicium inferri, donec fuerit deſcriptus, vt ſupra.

Quod bona ſequeſtrata occaſione maleficij non conducantur in forciam communis, niſi ſit quæſtio terminata. XXXI.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ ſi pro aliquo maleficio aliqua bona ſint ſequeſtrata in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, mandato Poteſtatis, vel alterius officialis apud maſſarios contratarum, vel cauarzellanos villarũ, vel alias perſonas ſingulares; nõ poſſit dicta bona

conduci

conduci Ferrariam,& nec in forciam communis poni: niſi ſuper maleficio facta fuerit diligens examinatio,& terminatio, ita ꝙ appareat commune in dictis bonis ius habere: Si quis tamen ſe obtulerit ad defenſionem ipſorum bonorum intra tempora à ſtatutis limitata, audiatur,& eius iura examinentur,& ſi meliora iura habuerit,ꝗ commune, tradantur ei pro qualitate rei,& iuris ſui,& debiti quantitate:aliàs officialibus communis expeditè conſignentur, niſi pro expenſis deſcriptionis,& annotationis bonorum,prout inferius declarabitur.

De alienatione bonorum facta per malefactorem ante maleficium commiſſum. XXXII.

MALORVM fraudibus obuiare cupientes ſtatuimus,quòd ſi aliqua perſona ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus, fecerit alienationem,ſeu aliquem contractum alienationis de omnibus ſuis bonis mobilibus,vel immobilibus,vel nominibus debitorum, vel maiore parte ipſorum, vel precioſiori: & poſtea commiſerit maleficium, propter quod bona ſua debeant publicari, aut ſibi alia pecuniaria pœna imponi; ſi alienatio prædicta facta fuerit intra dies triginta proximè præcedentes tempus commiſsi maleficii; & tempore maleficii commiſsi idem malefactor ipſa bona alienata tenuerit, licet conſtituiſſet ſe nomine alterius etiam precario poſsidere: alienatio prædicta pro ſimulata,& irrita reſpectu communis habeatur ipſo iure: & exactio pœnæ impoſitæ pro maleficio in dictis bonis pro communi fieri valeat,ac ſi nulla alienatio præceſsiſſet; ſaluis iuribus omnium, qui potiora iura in eis haberent, quàm commune.

De iniuria alicui emendanda. XXXIII.

STATVIMVS, ꝙ ſi Poteſtas, vel Iudex maleficiorum contra aliquem pro aliquo delicto, vel quaſi proceſſerit accuſatione contra eum inſtituta; & in libello accuſatorio accuſans damnum, & iniuriam,ſiue intereſſe ſibi emendari poſtulauerit,faciat Poteſtas in pecunia ſolui iniuriam paſſo id, quod ei congruum viſum fuerit, inſpecta perſonæ offenſæ conditione,& facti qualitate; pro qua quantitate,præmiſſa tamen prius per eum taxatione,iuramentum deferat ipſi iniuriam paſſo:& id quod Poteſtas taxauerit cum iuramento iniuriam paſsi,teneatur recipere,nec vltra petere poſsit,niſi damnũ paſſus verè damni æſtimationẽ probauerit,& poſsit peti æſtimatio in eodem libello. Idẽ

 obſer-

obſeruari cenſemus ſi Poteſtas, vel Iudex maleficiorum contra aliquē proceſſerit ex officio, vel ex officialis denuntiatione, ſiue iniuriā paſſus comparuerit pendente proceſſu, & iniuriam ſibi emendari poſtulauerit, ſiue etiam iam pro maleficio aliquem condemnauerit, & poſtea damnum paſſus comparens ſibi emendari iniuriā voluerit. Quæ omnia locum habeant niſi iniuriam facienti pax facta fuerit, vel aliter quomodocunq; iniuria ſit remiſſa. Poteſtas tñ, vel Iudex nihilominus pro poſſe ſtudeat partes ad pacem reducere, & firmare, prout expedire crediderit. & idem ſeruari volumus, etiamſi ciuiliter pro iniuria ageretur: nolumus tamen prædicta procedere quando ageretur pro iniuria verbali.

Quòd bannitus de banno non extrahatur niſi de voluntate eius, qui eum in banno poni fecit. XXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ non poſſit aliquis de banno extrahi, qui pro aliquo maleficio, vel alia cauſa in banno poſitus fuerit, niſi de illius proceſſerit voluntate, ad cuius petitionem ille in banno poſitus fuerit, vel hæredum ſuorum; vel eius, ad quem pacem facere ſpectaret; & niſi id etiam proceſſerit de mādato Illuſtriſs. domini noſtri Ducis, vel niſi quatenus per ſtatuta noſtra aliter prouiſum eſſet.

Quòd Poteſtates villarum nō cognoſcant de maleficijs, nec de damnis datis, nec de ciuilibus vltra tres libras march. XXXV.

INSVPER ſtatuimus ꝙ Poteſtates, & capitanei comitatus Ferrariæ, nullo modo cognoſcant de aliquibus maleficiis, vel damnis datis, nec de aliqua ciuili cauſa, quæ æſtimationem librarum trium march. excedat ſub pœna librarum decem march. fiſco applicanda: & quicquid in contrarium factum fuerit, ipſo iure irritamus, niſi à Principe noſtro aliud demandetur.

Quòd Poteſtas Milliarij non cognoſcat de cauſis criminalibus, ex quibus pœna corporalis imponatur, ſed Poteſtas Ferrariæ. XXXVI.

ETSI antiquis temporibus Poteſtas Milliarii haberet merum, & mixtum imperium, & gladii poteſtatem; tamen ſanctius deliberātes decernimus, ꝙ dictus Poteſtas de cætero de cauſis criminalibus

non

non cognoſcat, ex quibus deberet ſequi pœna mortis, vel alia pœna corporalis, vel corporis afflictiua; ſed omnem dictarum cauſarum cognitionem ei penitus denegamus. Ad Poteſtatem vero Ferrariæ dictarum cauſarum cognitionem volumus pertinere, qui facinoroſos homines puniat ſecundum ordinem ſtatutorum noſtrorum, qui delicta commiſerint in locis ſub dicta poteſtaria Milliarij conſtitutis. & ne graue foret hominibus dictæ poteſtariæ ſubiectis propter expẽſas, quæ pro familia Poteſtatis Ferrariæ, & notariorum exigerentur in deſcriptionibus bonorum delinquentiũ; prohibemus ne dictus Poteſtas Ferrariæ aliquem illuc tranſmittat pro dictis deſcriptionibus faciendis, ſed quum primum ſciuerit ipſe Poteſtas Milliarij, fieri faciat deſcriptionem bonorum, vel ad litteras ipſius Poteſtatis Ferrariæ deſcriptionem diligenter fieri faciat per notarium ſuum; quam continuo ad Poteſtatem Ferrariæ tranſmittere teneatur. & ſi vltra corporalem pœnã bonorum confiſcatio, aut alia pecunaria pœna delinquentibus imponeretur, pœnas illas, & bona cameræ Illuſtriſ. domini noſtri Ducis, & Marchionum applicari mandamus, ſicut ante fieri ſolitum erat, cum Poteſtas Milliarij de dictis cauſis cognoſcendi habebat poteſtatem. Et ſi dictus Poteſtas Milliarij, vel Poteſtas Ferrariæ defecerint, & negligentes fuerint circa ſupradictam deſcriptionem, ex nunc cadãt in pœnam librarum quinquaginta march. Ducali cameræ applicandarum.

De ſecuritate præſtanda per eum, de quo timetur. XXXVII.

SI quis coram Poteſtate, vel Iudice maleficiorum comparens propoſuerit ſe aliquem timere, ne eum offendat, & iuſtam cauſam timoris allegauerit, & eam probauerit, etiam per vnum teſtem, parte non citata cum iuramento ipſius allegantis, ſi Iudici videbitur, attẽta qualitate perſonarum; & iurantis etiam ſe timere ne eum offendat; tunc Poteſtatem, vel Iudicem arctamus, vt faciat præſtari idoneam ſecuritatem ei, qui ſic iuſte timuerit per aduerſam partem de nõ offendendo eũ; & verſa vice teneatur ille eam præſtare aduerſario ſuo, ſi ea petita fuerit. Quam ſecuritatem ſi ille præſtare recuſauerit, aut non potuerit, quo caſu nolumus iuratoriam cautionem ſufficere, volumus eum in carceribus communis poni; nec relaxetur niſi aut ſecuritatem præſtiterit, aut fuerit in concordia. Et ſi detineri, vel capi non potuerit, vel captus aufugerit, tunc ponatur in banno, & condemnetur in libris decem march. applicandis communi Ferrariæ: & ſi redierit ponatur in carcere, & non relaxetur niſi præſtiterit ſecuritatem, vel aliter

fuerit

fuerit in concordia,& condemnationem ſoluerit vt ſupra: & in prædictis procedi poſsit nullo iuris,& ſtatutorum ordine ſeruato. Statuentes ꝙ capti pro ſuſpectis de aliquo offendendo, fideiuſsionem non inuenientes elapſo mēſium quattuor ſpacio,poſsint arbitrio Iudicis inſpecta perſonarum qualitate,pœnitentia, & emendatione de carcere dimitti:capi tamen faciente,cum quo non ſint in concordia,volente & inſtante banniantur,& extra territorium ſtare compellantur.

Quòd nullus in pecunia condemnandus detineatur, ſi fideiuſſorem præſtiterit. XXXVIII.

PRAESENTI lege prohibemus, & omnino vetamus aliquem detineri poſſe,aut carcerari, ſiue ex accuſatione,ſiue ex officio contra eum procedatur pro aliquo delicto,qui pecuniaria pœna damnari debeat,ſi idoneam fideiuſsionem præſtare cum effectu paratus ſit de ſoluendo omnem condemnationem,quam de eo fieri contigerit occaſione dicti criminis, ſecundum formam præſentium ſtatutorum, ſub pœna Poteſtati imminente librarum quindecim march. & cuicunq; alii officiali librarum decem march. fiſco applicañ. & reficere teneatur damna,& expēſas illi indebitè detento,aut carcerato, ſaluis tñ his caſibus,de quibus tractatum eſt ſupra,de modo procedendi contra accuſatos,& caſibus ſimilibus,in quibus comparens reſpondere cogitur perſonaliter propoſitis contra eum. Et poſtea præſtito fideiuſſore eũ relaxari volumus,niſi aliud ſit prouiſum per ſtatuta noſtra.

Quòd bona principalis primo excutiantur, quàm à fideiuſſore condemnatio exigatur. XXXIX.

SIQVIS penes Poteſtatem, aut alios officiales ad vtilitatem fiſci, & communis noſtri Ferrariæ pro alio, contra quem ex aliquo crimine procedatur, interceſſerit, ſiue fideiuſſerit, iubemus in primis condemnationem exigi debere à principali reo:cuius ſubſtantia deficiente,& bonis mobilibus,& immobilibus,& ſeſe mouentibus tñ eius excuſsis,ſoluat fideiuſſor:niſi fideiuſſor in promiſsione,quam fecit,renũtiauerit beneficio de fideiuſſoribus,& cuilibet legum auxilio: quo caſu nulla excuſsione facta de bonis principalis, grauari poſsit ipſe fideiuſſor.& ſi fideiuſſor præſentauerit reum condemnatũ in forciã communis Ferrariæ intra tempus condemnationis ſoluendæ, aut poſtea

quando-

quandocunq; ante ſolutionem, adhuc prohibemus fideiuſſorem grauari ad ſoluendam condemnationem. Si vero fideiuſſor condemnationem ſoluerit maſſario communis Ferrariæ, teneatur Poteſtas habita fide de ſolutione, ſine alia iudiciorum ſolennitate principalē capi, & carcerari facere ad volūtatem fideiuſſoris, donec cum eo fuerit in concordia; nec beneficio præſentis ſtatuti renunciari poſſit.

De modo recipiendi dicta teſtium in maleficijs, & de eorum examinatoribus. XL.

SI ex denuntiatione officialis, vel ex inquiſitione contra aliquem procedatur, legitimos teſtium examinatores eſſe decernimus Poteſtatem, & Iudicem maleficiorum vt ſupra in ſtatuto poſito ſub titulo, ut ſpecialis deſcriptio officij Iudicis maleficiorū &c. Poſſit tamē ad inſtātiam inquiſiti ſi voluerit, in examinatione teſtium adhiberi Iudex appellationum, qui requiſitus teneatur adeſſe ipſi examinationi ſub mercede debita. Si vero ex accuſatione inſtituta proceſſum fuerit, idem ſeruari cenſuimus, niſi litigantes ipſi alios voluerint examinatores eligere, cum quibus etiam ſit Poteſtas, vel Iudex maleficiorum, cū mercede debita ſoluenda per vtranq; partem pariter. Qua electione facta, volumus eis, & notario dicta teſtiū ſcribenti debere iuramentū deferri prout in cauſis ciuilibus iam ſtatutum eſt. Hunc autē ordinem ſeruari volumus in teſtibus recipiendis, vt ipſi recipiētes vulgariter, & ſeriatim legant teſti accuſationem, denūtiationem, inquiſitionem, notificationem, intētionem, poſitionem, & capitulum, & cōtenta in eis, ſuper quo, vel quibus producetur, ſemel, & pluries, & quouſq; intellexerit contenta in prędictis. demum interrogent teſtem, quid ſcit de prędictis: & ea, quæ ſcire dixerit, per ordinem integraliter nihil ex dictis teſtium omittendo ſcribantur: nec ſufficiat abſolutè dicere vera eſſe, quæ in prædictis, vel aliquo prædictorum continentur: nec etiam ſi teſtis dixerit dico, vt dixit alius teſtis, vel ſi notarius dicat, dixit vt alius; ſed ore proprio dicat ipſius rei geſtę ordinem, & exitum, & quid de ipſis ſciat: & ſubinde interrogetur, & examinetur de cauſis ſcientiæ dicti ſui, cum alijs ſuis interrogatorijs ſigillatim, & ſeparatim, & non in confuſo, quæ neceſſaria videbuntur diſcretioni examinatoris, omiſſis ſuperfluis, & captioſis interrrogationibus. Et ſi quis contra prædictam formam depoſuerit, dictum eius omnino irritum ipſo facto decernimus, adeo vt nec fidem, nec probationem aliquam, nec indiciū

inducat

inducat, nec aliquod præiudicium etiam quale quale generetur. Et aliter dicta teſtium recipientes, aut notarij ſcribentes pœnam patiantur librarum quinque march. & ſit popularis hæc accuſatio. Declarantes ꝙ Poteſtati, Iudici maleficiorum, & notario dicti officij, aut alicui alteri officiali nõ liceat aliquid accipere de examinationibus teſtium de cætero recipiendorum ad indiciandum, & pro indicijs ſumendis occaſione alicuius delicti; niſi ſpecialiter, & ſpecificè pars querelãs, ſeu denuntians nominauerit, & affirmauerit aliquẽ fuiſſe malefactorem, & delinquentem, & contra ipſum ad eius inſtantiam procedi velle dixerit: poſsint tamen hoc caſu percipere ſecundum taxam datam per ſtatuta noſtra in ciuilibus vni examinatori. Ad quas tamen expẽſas teneatur malefactor ſi inuentus fuerit. Vbi vero aliquis detineretur pro aliquo delicto, & tandẽ innocẽs eſſe reperiatur ad aliquas expẽſas minimè teneatur, immo per Poteſtatẽ, ſeu Iudicẽ liberè relaxari debeat abſq; vlla ſolutione, ſub pœna ſolidorũ decẽ march. pro quolibet, & qualibet vice in aliquo præmiſſorũ fuerit cõtrafactũ, maſſariæ applicãda, & p̃ eius exactorẽ ſtatim exigẽda. Statuẽtes ꝙ cõtra huiuſmodi officiales ſi cõtrafecerint, ſtet & ſtari debeat iuramẽto partis cũ vno teſte.

Ex quibus cauſis, & quando poſſit quis torqueri. XLI.

DISTRICTE, & inuiolabiliter prohibemus aliquem quouis tormentorum genere torqueri poſſe per Poteſtatem, vel Iudicem maleficiorum, vel quemuis alium Iudicem ordinarium, vel delegatũ, niſi eſſet famoſus latro, vel fur, vel falſator monetæ, vel proditor, vel qui homicidium commiſerit, vel fœminam rapuerit, vel per vim ſine eius voluntate carnaliter cognouerit, vel prece, ſiue pretio vulnerauerit, ſiue occiderit aliquem, vel vulnerari, aut occidi fecit, vel incendium fecerit, vel ſuper ſtrata derobauerit, & generaliter in omni caſu, quo de iure, vel ſtatutis noſtris pœna mortis, vel membri abſciſionis imponeretur. quod etiam obſeruari volumus in alijs maleficijs commiſsis cum ſanguinis effuſione, vel membri debilitatione, vel oſsis fractione, ex quibus pœna librarum vigintiquinq; march. vel maior imponeretur; vel ſi ſint maleficia ſine ſanguinis effuſione, vel membri debilitatione, vel oſsis fractione commiſſa; dummodo ex eis pœna imponeretur libras vigintiquinq; march. excedens. His ergo caſibus reum torqueri permittimus, præcedentibus tamen legitimis indicijs, vel talibus præſumptionibus, ex quibus prædicta cõmiſſa eſſe veriſimiliter videantur. Quorum indiciorum, vel præſumptionum copiam dari

mandamus

mandamus reo, aut eius legitimo procuratori, ſi id poſtulauerit, cum termino competenti iudicum arbitrio ſtatuendo ad purganda indicia, ſeu præſumptiones prædictas, ſecundum formam ſtatuti, de modo, & forma procedendi per inquiſitionem. & ſuper his indiciis, & purgationibus audiantur allegationes iuris, & defenſiones rei, & facta ſuper his diſputatione, Poteſtas & Iudex declarent abſque conſilio alicuius ſapientis, cõcedendo de indicijs, & purgationibus id, quod iuſtum ſibi videbitur. Poteſtas autem contrafaciens condemnetur in libris vigintiquinque march. Iudex vero in decem libris march. & ad omnem aliam pœnam, quæ ſyndicatoribus videretur, inſpecta conditione perſonæ, & rei qualitate. & tamen confeſsio contra prædictam formam extorta, irrita ſit ipſo iure, nec faciat aliquod præiudicium etiam quale quale ſit.

De capiendis malefactoribus à maßarijs & hominibus contratarum, & cauarzellanis villarum, & de fideiußione per eos praſtanda. XLII.

OMNIBVS delinquendi occaſionem auferentes, ſtatuimus ꝙ maſſarij burgorum ciuitatis Ferrariç, & cauarzellani villarum, & homines ipſorum burgorum, & villarum, teneantur capere omnes malefactores, qui aliquem vulnerauerint cum ſanguinis effuſione, vel occiderint in contratis eorum, & villis; ſub pœna lib. xxv. march. tantum, quotquot fuerint malefactores, & plus, & minus Poteſtatis arbitrio: in quam pœnam poſsit Iudex maleficiorum ex officio condemnare ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij etiam extraordinariè, non poſsit tamen procedere niſi prius ipſi iudici conſtet etiam non citata parte, ꝙ aliqua culpa, ſiue negligentia villæ, vel villarum interceſſerit. & teneatur Poteſtas vinculo ſacramenti, cogere dictos maſſarios, & cauarzellanos præſtare ad officium maſſariæ communis Ferrariç idoneam fideiuſsionem de lib. xxv. march. de prædictis malefactoribus capiendis, & deducendis in forciam communis Ferrariæ. Quilibet ergo maſſarius in ſua contrata, & quilibet cauarzellanus in ſua villa cum ſuis hominibus teneatur perſequi, & capere dictos malefactores, & eos in forciam communis Ferrariæ reducere: vel ſaltem dicti maſſarij, & cauarzellani teneantur facere ſuum poſſe in capiendo malefactores prædictos: & an pro poſſe fecerint, vel non, arbitrio, & determinationi Poteſtatis, & Syndici palatij committimus, vt ſi eorũ

iudicio

iudicio capere potuerunt,& non fecerunt,tunc puniãtur dicta pœna. Si vero iudicauerint eos non potuiſſe capere tunc non puniantur, & hoc ſi maleficium fuerit de die perpetratum; ſi vero de nocte tunc prę dicti, ſeu vicinia nõ teneantur dictos malefactores capere niſi in ani mo ſederit Poteſtatis homines cõtratæ, ſeu villæ, in qua tale delictum commiſſum eſt de nocte,potuiſſe capere malefactores. Ab hoc tamẽ onere capiẽdi malefactores,& in forciã deducẽdi excipimus;ſi rumor, vel maleficiũ fuerit cõmiſſum ſine armis vetitis in cõtratis, vel villis, etiã cũ ſanguinis effuſione,niſi fuerit homicidiũ vt ſupra. Inſuper præ dicta declarantes adijcimus;ꝙ omnes & ſinguli habentes ſtationes,& tabernas in contrata, burgo, vel villa in quibus maleficium commiſſum fuerit,& in ipſa artes ſuas exercẽtes, licet non ſint de vniuerſitate, vel hominibus dictæ contratæ, nec in extimo dictæ contratæ poſiti, quo ad malefactores capiendos, habeantur perinde ac ſi eſſent de hominibus, & de vniuerſitate dictæ contratæ, in qua maleficium fuerit commiſſum, & teneãtur conferre cum vniuerſitate, & hominibus dictæ contratæ pro expenſis occaſione dicti maleficij factis : & pœna malefactoris non capti,nec in forciam reducti. Contra aliquam vero contratam,villam, vel burgum, ſiue homines prædictorum locorum, nolumus ꝙ Poteſtas procedat occaſione malefactoris non capti, niſi de conſcientia expreſſa Syndici palatii, cuius cõſcientiam oneramus; vt diligenter cõſideret an vniuerſaliter tranſierit in notitiam cõtratę, vel villæ: & an potuerit capi malefactor, & ſi ipſi videbitur poſſe imputari negligentiæ contratæ,vel villæ,tunc licentiam impartiatur,& alio modo non. Et ſi aliter proceſſum fuerit cõtra aliquam contratã, vel villam per Poteſtatem,& Iudicem,proceſſum,& omnem condem nationem irritamus,& notarios omni mercede priuamus. Volentes ꝙ ſi maleficium commiſſum fuerit in confinibus alicuius contratę,vel villæ, & malefactor tranſiuerit in aliquam contratam, vel villam, ꝙ maſſarius cum ſuis hominibus contratæ,vel villæ, in qua commiſſum fuerit maleficium, teneatur, & debeat illum ſequi in aliena contrata, vel villa, & nihilominus cauarzellani,ſeu maſſarij aliarum contratarum,ſeu villarũ,in quas aufugerint dicti malefactores,cum ſuis hominibus teneantur illi præſtare auxiliũ in capiendo tales malefactores, ſub pœna prædicta. Et prædicta omnia, & ſingula vendicent ſibi locũ ſi maſſarij contratarum, & homines earum,vel cauarzellani villarum notitiam de ipſo maleficio habuerint, vel veriſimiliter habere potuerint, & aliter non.

De condemnatis malefactoribus capiendis, & denuntiandis à cauarzellanis, & hominibus villarum. XLIII.

QVIA ſine receptatoribus malefactores diutius latere nõ poſſunt: & quia quo minor delinquentibus aderit in terris habitandi facultas, eo magis adimetur eiſdem commoditas delinquendi: idcirco ſtatuimus quòd nulla terra, caſtrum, vel villa comitatus Ferrariæ, ſeu homines dictorum locorum, vel aliquis in particulari ſponte recipiant, vel receptent, ſeu habitare permittant, ſeu permittat aliquem bannitum, & condemnatum pro homicidio, pro ſtrata robata, pro incendio, pro fœmina violata, & generaliter pro aliquo alio delicto, ex quo impoſita ſit pœna mortis, vel membri abſciſsio, ſecundum formam præſentium ſtatutorum; vel ſecundum formã iuris cõmunis vbi ſtatuta deficiunt. nec etiam ei dare cibum, vel potum, niſi bannitus fuerit coniunctus vſque ad quartum gradum ſecundum ius ciuile incluſiuè. quo caſu liceat dare potum, vel cibum raro, & tanquam viatori, receptare tamen nullo modo liceat. Si vero homines dictorum locorum, aut aliquis in particulari bannitos, & condemnatos ex aliqua dictarum cauſarum ſtare, ſeu aliquo modo moram facere in terra, caſtro, vel villa permiſerint, & talem cõdemnatum non cœperint, & in forciam cõmunis Ferrariæ non duxerint, vel ſaltem Poteſtati Ferrariæ non denuntiauerint ꝙ talis condemnatus ſtat, & moratur in ſua terra, caſtro, vel villa, tunc puniantur, & condemnẽtur dicti homines in libris centum march. vel in maiori quantitate, prout Poteſtas arbitrabitur ſecundũ facultates terrę, caſtri, vel villę. cauarzellanus vero condemnetur de ſuo ære in libris decem march. & iurati armorum in libris quinque march. & ſi fuerit aliquis particularis, qui receptauerit, vel cibum, aut potum dederit, condemnetur, & puniatur ſecundũ, & prout diſpoſitum eſt infra in ſtatuto de pœna recipieñ. rebelles, & bannitos: nec occaſione alicuius ignorantiæ ꝙ ſteterit, & habitauerit in dicto loco, ſe quoquo modo tueri poſsint in omnibus caſibus ſupra ſcriptis. & hoc ſi palam, aut à pluribus, & pluribus viſus fuerit malefactor ſtare in dicto loco: Et ſi ſciuerit ipſum eſſe bannitum, vel veriſimiliter ſcire potuerit, de quã ſcientia ſtetur arbitrio Poteſtatis, & ſyndici, & in prædictis procedi poſſit per inquiſitionem.

De deſcriptione, ac inquiſitione facienda de bonis malefactorum, & de ſalario notarij, & familia Poteſtatis pro prædicta deſcriptione. XLIIII.

SI QVIS maleficium commiſerit in ciuitate, vel comitatu Ferrariæ, propter quod bona eius veniant publicanda communi in toto, vel in parte, & pœna corporalis principalis, vel ſecundaria ſequi deberet, iubemus, & mãdamus q; facta diſcusſione, de qua in ſtatuto ſupra, ſub titulo, Vt ſpecialis deſcriptio Iudicis ante finem, notarius ad officiũ actorum maſſariæ communis Ferrariæ deputatus ire debeat, & compelli poſſit, vt in ſtatuto infra ſub titulo, quòd maſſarius cõpellere teneatur notarium &c. cũ milite Poteſtatis, & aliquibus ex familia ſua ad deſcribendum bona malefactoris tam mobilia, quam immobilia, ſe mouentia, & iura, & vulnera, ſeu plagas interfecti, ſeu vulnerati ad mortem. Et cum redierit ad ciuitatem Ferrariæ, teneatur incontinenti dare maſſario communis ipſorum bonorum deſcriptionem, & ipſemet illam deſcribere in libro deſcriptionum maſsarij communis: & dare etiam in ſcriptis notario maleficiorum, qui proceſsum illum habuerit, vulnera dicti interfecti, ſeu vulnerati, ſub pœna ſolidorum centum march. communi Ferrariæ applicanda. quam ſtatim Iudex maleficiorum exigere teneatur. & talis notarius habere debeat à maſsario pro quolibet die, quo ſteterit in comitatu pro prędictis faciendis ſexdecim ſolidos march. intelligẽdo q; dies, qua receſserit, & dies qua redierit, ſint vna dies; in ciuitate, & burgis ſolidos octo march. quos denarios maſsarius ſoluat de bonis dicti malefactoris, vel obligati pro eo vigore alicuius ſtatuti: nec poſsit dictus notarius aliquid habere, petere, vel exigere à cauarzellano, vel alia perſona, nec in bonis malefactoris directè, vel indirectè, ſub pœna librarum decem march. in quã ipſo facto incurrat, à dicto maſſario ſubito exigendam. Prohibemus autem notarijs maleficiorum hanc bonorum, vel vulnerum deſcriptionem, ſed ſoluere debeat maſsarius prædictus dictis notarijs maleficiorum pro ſuo proceſſu de bonis dicti malefactoris, & vt ſupra. Et ſi non erunt bona malefactoris, ſoluat de bonis communis Ferrariæ. Miles vero pro ſe, & familia, & equis, quos ſecum duxerit, habeat, & percipiat id, quod ſupra taxatũ eſt in ſtatuto de ſalario præconũ, poſt deſcriptionẽ factam de bonis malefactoris. Et ſi fecerit plures deſcriptiones, omnes contribuant pro rata: quos denarios dictus maſsarius exigat de bonis malefactoris vnius, vel plurium, & vt ſupra ſecun-

dum prædictam diſtinctionem. Nec liceat militi, aut alicui de familia prædicta, aliqua ratione directè, vel indirectè aliquid accipere, petere, vel exigere in bonis malefactoris, & vt ſupra, nec à cauarzellano, nec ab alia aliqua perſona, neq; cibum, neq; potum, ſub pœna librarum vigintiquinque march. per dictum maſſarium incontinenti, & ſubito exigenda de ſalario Poteſtatis. Poſt ipſius vero malefactoris condemnationem, volumus ꝙ maſſarius communis Ferrariæ diligenter inquirere debeat de omnibus rebus tentis, & poſſeſſis per condemnatum tam in ciuitate Ferrariæ, quam in eius comitatu, tempore delicti commiſsi; & ea in ſcriptis reducere cum confinibus, & coherentiis, & quantitatibus, & qualitatibus earum, in libris maſſariæ communis Ferrariæ: nec ex ea cauſa poſsit inquietare aliquem poſſidentem, niſi primo ex inquiſitione inuenerit ipſa bona fuiſſe malefactoris, vel in ipſis ius aliquod habere, & poſsidentem ea non iure poſsidere, ſed ſine cauſa, vel ſine aliquo iuſto titulo. & poſſeſsiones, ac res, & bona prædicta malefactoris & vt ſupra, vendat maſſarius cõmunis propinquioribus illius, qui maleficium cõmiſerit, ſi emere voluerint iuſto precio. si vero emere noluerint, ſub haſta vendantur, & plus offerenti dentur: & teneatur maſſarius inſtare, & compelli facere prædictam deſcriptionẽ fieri modo, & forma ſupradictis, ſub pœna librarum viginti march. de ſalario ſuo auferenda, & fiſco applicanda. Si autem contingeret fieri deſcriptionem in aliquo caſu, quo fiſcus Ferrariæ putaret hæreditatem, vel bona ab inteſtato ſibi deberi, vel ad inſtantiã fiſci bona quoquo modo deſcriberentur; maſsarius communis Ferrariæ de bonis prædictis omnem expenſam perſoluat. Adiicientes ꝙ Poteſtas, ſiue Iudex maleficiorum, ſiue notarius maleficiorum, ſub vinculo iuramenti, & pœna quinque librarum, & intereſse communis Ferrariæ, quumprimum ad notitiam alterius eorum peruenerit aliquod maleficium, ex quo debeat fieri deſcriptio bonorum vt ſupra, teneatur, & debeat incontinenti ſine aliqua dilatione notificare maſsario communis Ferrariæ, qui ſtatim curet, & compellat deſcriptionem fieri ſecundum formam ſuperius in præſenti ſtatuto comprehenſam. & ſi negligens fuerit, cadat in pœnam prædictam ipſo iure, quam ſtatim exigere teneatur Syndicus palatij.

Infra quantum tempus audiri debeant, qui dicere volunt ſe ius aliquod habere in bonis alicuius confiſcatis; & de modo in prædictis procedendi, ac ſoluendi aduocatis, & procuratoribus fiſci. XLV.

STATVIMVS, & ordinamus ꝙ ſi contigerit aliquam perſonam condemnari per quemcunq; Iudicem, aut officialem ad publicationem alicuius partis, aut omnium ſuorum bonorum applicandorum communi Ferrariæ; ꝙ quilibet qui ſe prætenderit creditorem dictæ perſonæ taliter condemnatæ, vel qui diceret, aut dicere poſſet, aut vellet omnia bona prædicta, vel eorum partem eſſe ſuam, vel ad ipſum quomodocunq; ſpectare, & pertinere, vel ſi in dictis bonis, aut aliquo eorum meliora, & potiora iura, vel aliquod ius habere poſsit; teneatur, & debeat intra triginta dies, à die talis condemnationis numerandos, comparere coram Iudice maſſariæ communis Ferrariæ, & offerre in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, & prouiſionum communis Ferrariæ libellum, ſeu petitionem ſuam. quo ſic libellum, ſeu petitionem infra dictum tempus offerente, teneatur dictus Iudex maſſariæ in dicta cauſa procedere ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ferijs non obſtantibus: & teneatur dictam cauſam per ſententiam terminare infra terminum ſexaginta dierum continuorum à die litis conteſtatæ, vel habitæ pro conteſtata numerandorum. In quo tamen termino nō computentur feriæ inductæ in honorem Dei per formam ſtatutorum communis Ferrarię tempore Natiuitatis, & tempore Paſchatis reſurrectionis domini noſtri: teneaturq; talis actor comparens, de die in diem ſecundū ꝙ fuerit opportunum, de ſua pecunia ſoluere nuntijs, & notarijs cauſę pro ſuo proceſſu, & pro faciendo, & fieri faciendo copias ſcripturarū, actorum, & iurium productorum, pro examinationibus teſtium, pro ſalario Iudicis maſſariæ, & pro ſalarijs, & mercede procuratoris dicti communis, & etiam aduocati, & pro omnibus alijs expēſis occurrētibus in cauſa tam pro ſua parte, quam pro parte dicti communis, eatenus tamen quatenus Iudex, vel electi de voluntate partiū taxauerint, niſi cōparens tēpore delicti poſsideret in toto, vel in parte dicta bona & niſi perſona, quæ comparuerit, habeat publicū inſtrumentū dotis, vel crediti, ac iurauerit ſe eſſe verū creditorē tunc, nec ſibi aliquo modo ſatisfactū in toto, vel in parte. Quo caſu nō teneatur ad prędictas expēſas ante ſententiā exburſandas. ꝙ ſi ad mandatū Iudicis creditor

qui

qui, vt prædicitur, expenſas ſoluere teneatur, recuſauerit ſoluere, poſſit, & teneatur ipſe Iudex, & maſſarius communis tantũ de bonis perſonæ condemnatæ vendere, alienare, aut pignori dare, etiam ſub vſuris; ꝙ pro dictis expenſis pro parte dicti communis faciendis integrè ſatisfiat; quas tamen expẽſas, ſi per talem actorem factæ fuerint, & quatenus per eum factæ fuerint, poſsint inde, & ſuper bonis prędictis tantum recuperare, vel ab ipſo communi, bonis prædictis deficientibus. Quam recuperationem ita demum facere poſsit, ſi Iudex dictum cõmune in expenſis condemnauerit, vel quatenus condemnauerit, & aliter, & alio modo non. Quòd ſi dicta cauſa intra terminum prædictum ſexaginta dierum non fuerit terminata per ſententiam, tunc intelligatur, & ex nunc intelligi volumus, prędictum terminum lapſum fuiſſe negligentia talis actoris; & ipſum actorem in omnibus expenſis condemnatum, niſi intra tres dies tunc proximè ſequentes actor ille coram Iudice plenè docuerit de legitimo impedimento, & quãto tẽpore fuerit legitimè impeditus. quo caſu ad tm̃ tempus reſtituatur. & à lapſu dictorum trium dierum, & à pronuntiatione Iudicis, qua declarauerit eum iuſtè fuiſſe impeditum, eumdem actorem ad tantum tempus ipſo iure reſtituimus, quanto fuerit impeditus: quo tempore adhuc elapſo, ſi dicta cauſa non fuerit per ſentẽtiam terminata, tunc actorem in omnibus expenſis condemnatum vt ſupra intelligimus; niſi docuerit per Iudicem ſtetiſſe, quo caſu intelligatur ipſe Iudex cõdemnatus in prædictis expenſis. Elapſo autem dicto termino triginta dierum dato ad libellum, ſeu petitionem offerendum, ſi nemo comparuerit, uel etiam elapſo dicto termino ſexaginta dierum dato ad terminationem cauſæ, vel elapſo tempore reſtituto, ſi quod fuerit reſtitutum, ſi quis in termino triginta dierum cõparuerit, & cauſa, vt prædicitur nõ fuerit terminata, poſsit, teneatur, & debeat Iudex maſſariæ incorporare, & incorporari facere communi Ferrariæ dicta bona, de quibus facta eſt condemnatio; & ea bona in poteſtatem maſſarij communis Ferrariæ deſignari, & ei tenutã, vel corporalem poſſeſsionem, vel quaſi dari facere: & poſsit de dictis bonis uendere, & inſolutum dare, & diſponere ſecundum exigentiam, & debitum ſui officij, non obſtante contradictione alicuius perſonæ, & non obſtantibus aliquibus ſtatutis huic contradicentibus; nullumq; regreſſum dicti actores, aut contradictores habeant, vel habere poſsint, nec aliquo modo audiri debeant cõtra emptores dictorum bonorũ, aut inſolutũ habentes, aut qui cauſam quoquo modo ab ipſo communi mediatè, vel immediatè

habuiſſe reperirentur, non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium facientē. in his autem caſibus quemlibet pro alio admitti volumus ad agendum, dummodo legitimum habuerit mandatum, aut ſi non habuerit, promittat ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & ſi Iudici videbitur, idoneè ſatiſdet, illum, pro quo vult agere, quicquid cũ eo geſtum fuerit ratum habiturum. Per hanc autem conſtitutionem nullum pręiudicium fieri permittimus dictis taliter agentibus, ſeu agere volentibus, quominus contra commune Ferrariæ actiones ſibi cõpetẽtes exercere poſſint, etiam poſt lapſum dictorum temporum, ſed commune eatenus tantum teneri volumus, quatenus ad ipſum de ipſis bonis, vel eorum occaſione conſtiterit perueniſſe, & aliter non. Vbi aũt ab Illuſtriſs. dño Duce noſtro donarentur aliqua bona confiſcata, intelligantur reſeruata iura creditorũ, & quorumcunq; ius aliquod in eis habentiũ contra ipſa bona, ſicut & in caſu prędicto cõtra maſſariã.

Quòd medici teneantur denuntiare Poteſtati, vel Iudici maleficiorum quemlibet vulneratum. XLVI.

PRouidemus ꝙ omnes medici, vel barbitonſores, vel alij medicantes, ea die, vel ſequenti, qua requiſiti fuerint pro medicando alicui percuſſo, vel vulnerato cum ſanguinis effuſione, teneantur notificare Poteſtati, vel Iudici maleficiorum ipſum percuſſum, vel vulneratum, & nomen eius, & in qua contrata, ſeu villa moretur: & exinde procedi poſſit iuſtitia mediante. & contrafaciens ipſo iure incidat in pœnam vigintiquinque ducatorum applicandorum communi Ferrariæ pro dimidio, & alio dimidio accuſatori, ſeu denuntiatori.

De appellatione interdicta in cauſis criminalibus. XLVII.

VT maleficia facilius puniãtur, ſtatuimus ꝙ omnes, & ſingulæ ſententiæ, etiam abſolutoriæ, banna, & condemnationes, quæ pronuntiabuntur per Poteſtatem, Vicarium eius, & Iudicem maleficiorũ in conſilio generali curię ipſius Poteſtatis, vel a rengo ſuper aliquibus accuſationibus, denuntiationibus, vel inquiſitionibus aliquorum maleficiorum: ex quibus alicui imponatur pœna corporalis, vel corporis afflictiua, pecuniaria, ſeu cuiuſuis generis, vel aliqua alia pœna; ſimiliter & omnes interloquutoriæ latæ vt ſupra in maiori, & generali conſilio curiæ prędictę, videlicet Poteſtatis, Vicarij, & Iudicis maleficiorũ,

ſine

ſine aliqua pulſatione campanæ, ſed parte ipſa citata, adeo ipſæ ſententiæ tam diffinitiuæ, q̃ interloquutoriæ validam obtineant roboris firmitatem; quòd ab omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis ſententiis appellari non poſsit, nec poſsint dici nullæ, nec aduerſus eas poſsit beneficium reſtitutionis in integrum poſtulari, nec aliquo modo etiam Iudicis officio infringi, vel retractari, vel aliquo modo ſuſpendi: ſed plenam, & irreuocabilem modis omnibus obtineant firmitatem. & idẽ volumus obſeruari in quibuſcunq; tam interloquutorijs, q̃ diffinitiuis ſententijs per Poteſtatem ſolum, vel cum Iudice maleficiorum latis in cauſis, de quibus ſupra.

Quòd pulſatio campanæ conſilij habeatur pro citatione legitima in ſententia diffinitiua. XLVIII.

STATVIMVS ꝙ omnes condemnationes, & abſolutiones, quæ fiunt per Poteſtatem, & alios officiales, ac rectores ciuitatis Ferrariæ ſuper aliquibus maleficijs, vel eorum occaſione, ac etiam pro damnis datis, fiant, & fieri debeãt in conſilio publico, ſiue generali curiæ Poteſtatis, vel a rengo, & ſonata campana, vt moris eſt; cuius pulſatio campanæ pro citatione legirima habeatur ad ſententiam audiendam, & aliter factæ ipſo iure non valeant.

Quando pax producitur poſt ſcriptam condemnationem, ante tamen publicationem. XLIX.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ ſi quis accuſatus, denuntiatus, ſeu inquiſitus de crimine aliquo, pro quo pax, vel remiſsio quoquo modo prodeſſe poſsit ex forma præſentium ſtatutorum, paſſus fuerit ſe deſcribi in folio condemnationis, ſeu condemnationum; vel poſtquam ſic ſcriptus fuerit in dicto folio, comparens coram Poteſtate, vel Iudice maleficiorum, remiſsionem, vel pacem factam producat de ipſa accuſatione, denuntiatione, vel inquiſitione: remiſsio, vel pax ei nõ proſit, nec quouis modo admitti debeat, niſi primo talis deſcriptus ſoluerit maſſatio communis Ferrariæ, vel eo non reperto, & non exiſtente in palatio communis Ferrariæ, depoſuerit penes Poteſtatem Ferrarię ſine aliqua condemnatione ſolidos viginti march. ſi condemnatio ſe qui debeat de decem libris march. vel abinde infra. A decem vero libris ſupra uſque ad uigintiquinque libras ſoluere teneatur, uel depo-

nere

nere ſolidos quadraginta march. A uigintiquinque libris ſupra, uſque ad quinquaginta libras march. ſoluat, uel deponat libras quattuor. Abinde uero ſupra, ſoluat, uel deponat libras decem march. & prędicta non habeant locum in damnis datis, & condemnationibus per officium damnorum datorum fiendis.

De ferijs in cauſis criminalibus. L.

OMNIBVS diebus feriatis, & quacunque cauſa procedi poſſe ſtatuimus in cauſis criminalibus, etiam ad condemnationes ex dictis cauſis promulgandas. Exceptis ferijs ob reuerentiam diuini numinis introductis, & repentinis, niſi in condemnationibus, & proceſsibus corporalibus contra præſentes, ſiue incarceratos; in quibus feriæ repentinæ, & etiam in honorem Dei non attendantur.

Quòd maſculinum genus contineat fœmininum. L I.

STATVIMVS ꝙ in omnibus ſtatutis noſtris pœnalibus id obſeruetur, ꝙ ſi qua oratio ſub maſculino genere concepta ſit, etiam fœminas eo ſermone, & oratione comprehenſas eſſe intelligatur; niſi in aliquo ex dictis ſtatutis expreſsè facta ſit maris, & fœminæ diſcretio.

Modus procedendi ſi prædæ, & robariæ fierent tempore rumorum populi Ferrariæ. L I I.

SI contingeret (quod Deus auertat) populum noſtrum Ferrariæ in rumorem inſurgere, & eo tempore prędas, & robarias fieri, & damna multipliciter inferri: statuimus, & ordinamus, ac ſtrictè mandamus, ꝙ ſedato populo fiat crida per ciuitatem Ferrarię in locis conſuetis tribus diebus de mandato Poteſtatis, in qua contineatur, ꝙ quælibet perſona, quæ fuerit culpabilis in dictis prædis, robariis, & damnis, ſiue in prædando, & derobando, ſiue in dando auxilium, & fauorem derobantibus quoquo modo, vel cauſa, poſsit ſe concordare, & componere ſuper prædictis cum perſonis damna paſsis vſque ad vnum menſem à tempore dictæ proclamationis; ſcientes, quòd quęcunque compoſita fuerint per eos, rata habebuntur per Poteſtatem, & contra eos nullo modo procedetur, qui concordes fuerint intra terminum prædictum cum damnũ paſsis, occaſionibus prædictis. Contra alios vero

prædicta

prædicta facere contemnentes, teneatur Poteſtas, & Iudex maleficiorum ad poſtulationem cuiuslibet dicentis ſe damnum fuiſſe paſſum ſuper his à quocunque, & de quocunque recipere accuſationem, & denuntiationem, & contra accuſatos, ſeu denũtiatos procedere pro qualibet prædictarum viarum, ac etiam per viam inquiſitionis, & ad quæſtiones procedere præcedentibus legitimis indiciis. & in prędictis admittantur teſtes, etiam de domibus, & familiis illorum, qui derobati fuiſſent, qui teſtes viderint prædicta fieri: & contra eos procedere teneatur ad condemnationem realiter, & perſonaliter, prout qualitas, & forma, ac modus delicti ſuaſerit, non obſtante aliqua pręſcriptione, & non obſtantibus aliquibus feriis, & aliquibus ſtatutorum, prouiſionum, & legum adminiculis.

De captis in villis deſignatis cauarzellano, & cæteris vicinis. LIII.

SI contigerit aliquos bannitos, & pro armis, vel alijs maleficijs captos, per familiam Poteſtatis, vel alios officiales communis Ferrariæ oportere deſignari hominibus alicuius villæ; volumus aſsignationes illorum captorum fieri debere cauarzellano, & quattuor de melioribus, & ditioribus hominibus villarum, quos ipſe cauarzellanus nominauerit, & non paucioribus: & ſi forte cauarzellanus nõ eſſet in villa, tradantur, & conſignentur ſex de melioribus hominibus villæ. qua deſignatione facta de prędictis ipſi cauarzellanus, & homines, quibus tales perſonæ fuerint deſignatæ, teneantur illas perſonas deſignatas ſuo proprio periculo in forciam communis Ferrariæ præſentare: itaq; commune, & alii homines dictarum villarum nullum ex hoc patiantur detrimentum, ſi aliqua condemnatio fuerit ſubſequuta, quia illi capti non fuerint in forciam communis Ferrarię conducti.

Quòd condemnatus in expenſis, aut in alia re in cauſis criminalibus, poßit pro eis detineri. LIIII.

SICVT pro condemnationibus communis, in cauſis criminalibus pecunialiter factis poteſt quis perſonaliter detineri vt ſoluat; ſic quoq; ſtatuimus condemnatum in expenſis in cauſis criminalibus factis, poſſe perſonaliter capi, & detineri, non ſeruato aliquo iuris ordine, donec totum ſoluerit, in quo extiterit condemnatus. Idem etiam

volumus

volumus poſſe fieri, ſi ad aliquid aliud dandum, vel ſoluendum, aut reſtituendum alicui fuerit condemnatus.

Quòd Syndicus palatij iuris communis Ferrariæ, & maßarius communis intereße debeant in examine condemnationũ pecuniariarum cum alijs officialibus palatij. LV.

NVLLVM inſidijs locum relinqui arbitramur, ſi quid plurium ſententiis inſinuatum fuerit, pluriumq; oculis, & manibus commiſſum extiterit; ideoq; ſtatuimus quòd maſſarius communis Ferrariæ, & Syndicus, ac inquiſitores palatii iuris, aut alter eorum, ſi plures eſſe contigerit, intereſſe debeant vna cum Poteſtate Ferrariæ, vel Vicario generali, & Iudice maleficiorum ad examinandum omnes, & ſingulos proceſſus criminales coram eis agitatos ad officium maleficiorum ſuper quibuſcunque accuſis, inquiſitionibus, denuntiis, & que relis, ſiue earum occaſione: ex quibus ſequi debeat pœna pecuniaria, vel etiam corporalis, ſiue capitalis in abſentes tantum, non autem corporalis in præſentes. & ſecundum quod in tali examine per dictos Poteſtatem, vel vicarium generalem, Iudicem maleficiorum, & maſſariũ communis Ferrariæ, & Syndicum palatii iuris vnanimiter, ac concorditer actum, ſtatutum, ac terminatum fuerit, tempore examinis dictorum proceſſuum, in condemnando culpabiles, vel abſoluendo inſontes, fiant de cætero condemnationes, vel abſolutiones ex cauſis prę dictis, de qua determinatione conſtare debeat in actis per notarium maleficiorum. Quæ omnia ſibi locum vendicent in omnibus iudicibus palatii iuris communis Ferrariæ, quos ibidem eſſe contigerit, videlicet Poteſtate, Vicario generali, Iudice maleficiorum, Iudice maſſariæ communis Ferrariæ, officiale, ſeu officialibus conſulis iuſtitiæ, Iudice damnorum datorum, & Iudicibus aggerum tam intra ciuitatẽ Ferrariæ, q̃ extra, & quibuſcunq; aliis Iudicibus, quos eſſe contigerit in dicto palatio, pro aliquo officio exercendo. Et hoc in omnibus caſibus, ſiue proceſsibus pœnalibus coram ipſis, vel aliquo eorum agitatis per modum accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, aut inuentionis factę per officiales conſulis, aut quocunq; alio modo, ex quibus ſequi poſſet condemnatio pecuniaria cõmuni Ferrariæ applicanda, aut abſolutio ſecundum formam ſtatutorũ noſtrorũ. Si qua vero condemnatio, vel abſolutio facta fuerit per aliquos officiales non ſeruata prædicta forma, valeat quidẽ cõdemnatio, vel abſolutio reſpectu

con-

condemnati, vel abſoluti, ſed Iudex qui talẽ condemnationem, vel abſolutionem tulerit non ſeruatis prædictis ipſo iure in pœnam tantæ quantitatis pecuniæ incidat, quanta in tali condemnatione continebatur: quam quantitatem teneatur maſſarius detrahere de ſalariis Poteſtatis, vel alterius officialis cõtrafacientis ſalariati à dicta maſſaria. Et ſi non eſſet ibidem ſalariatus, tunc dictus maſſarius eam exigat in bonis ipſius Iudicis contrafacientis. Si vero ſententia talis fuerit abſolutoria, tunc Poteſtas, vel Vicarius generalis ipſo iure incidant in pœnam librarum xxv. march. pro qualibet abſolutoria ſententia fiſco applicandam: & quilibet alius Iudex eam ferens ipſo iure incidat in pœnam eius quantitatis pecuniæ, in qua ille abſolutus fuiſſet condemnatus, ſi repertus fuiſſet culpabilis: quas pœnas maſſarius communis teneatur exigere vt ſupra. Quę omnia maximè locũ habere cenſemus in officialibus conſulis iuſtitiæ, quibus omnino interdicimus poſſe aliquam gratiam facere alicui perſonę, in remittendo ei aliquam pœnã, vel condemnationẽ faciẽdam, in quam talis perſona incidiſset ob aliquod factum, vel omiſsum ex inuentione per officiales facta, propter quod talis inuentus eſset condemnandus, ſub pœna tantę quantitatis pecuniæ, in quanta condemnari debeat talis inuentus, cui gratia facta per officiales fuerit. Quę pœna per maſsarium de eorum ſalario detrahatur, & exigatur vt ſupra. Et nihilominus is, cui gratia facta fuerit per eos, condemnetur ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum.

Quòd Poteſtates, & alij officiales comitatus Ferrariæ teneantur exequi commiſſiones curiæ Poteſtatis ciuitatis Ferrar. LVI.

PRo faciliori executione officii Poteſtatis Ferrariæ, & cuiuslibet officialis communis Ferrariæ, ſtatuimus ꝙ ſi Poteſtas Ferrarię, vel conſilium Iuſtitiæ, aut quilibet alius officialis communis Ferrariæ, ſeu Illuſtriſs. domini Ducis ſcripſerit, aut ſcribi fecerit ad aliquem Poteſtatem, officialem, vel rectorem alicuius loci, vel locorum territorii, & diſtrictus Ferrariæ de citando aliquem pro officio eorum, aut de faciendo, & exequendo aliam aliquam commiſsionem; teneatur ille Poteſtas, officialis, vel rector citari facere nominatum, vel nominatos in prædictis litteris, & quamlibet commiſsionem, ſeu ciuilem, ſeu criminalem exequi ſpectantẽ, & pertinẽtem ad officium ſcribentis, ac ẽt intra dies quattuor à die receptionis litterarum, reſcribere, & reſpõdere per litteras de citatione facta, vel commiſsione exequuta, & ſi opus

erit

erit per vnum ex hominibus ſibi ſubditis trāſmittendas, ſub pœna librarum decem march. de ſalario ſuo auferenda: cuius dimidia applicetur communi Ferrariæ, alia dimidia domino Poteſtati, vel Syndico palatij iuris communis Ferrariæ, qui prius condemnauerit, aut exequutus fuerit dictam pœnam.

Quòd nullus aliquid recipiat pro ligando aliquem ad torturam, vel ponendo ſibi compedes. LVII.

Illicitis extorſionibus obuiantes, prohibemus ꝙ miles Poteſtatis, vel aliquis alius non poſſit recipere aliquid ab alia perſona pro ponendo, vel ligando aliquem ad torturam, nec pro capiendo aliquē in ciuitate Ferrariæ ex cauſa, & occaſione alicuius maleficij, vel quaſi, vel maledicti; nec etiam poſſit cuſtos carcerum, aut quiuis alius recipere aliquid ab incarceratis pro ponendo compedes, cippos, vel alia inſtrumenta ad ligandum, vinculandum, vel aliter reſtringendum ipſos incarceratos in toto, vel in parte ſub pœna cuilibet contrafacienti librarum quinq; march. pro qualibet vice, applicāda pro dimidio cōmuni Ferrariæ, & pro alio dimidio accuſatori: nec poſſit Poteſtas, ſeu eius miles aliquid accipere pro ponendo, vel extrahendo aliquem in carcere franchinæ ex quacunq; cauſa, ſeu pro reponēdo aliquem captum de vno carcere in alium, nec pro reducendo, vel conducēdo captum de vno loco ad alium in palatio Poteſtatis, nec pro ponendo, ſeu extrahendo compedes. Idem diſponimus in carcerum cuſtode, pro ponēdo in cōpedibus, & ex eis eximēdo: qui cuſtos etiā nō poſſit habere pro quolibet ſequeſtro, niſi ſolidum vnum march. nec poſſit etiam aliquid accipere pro examine faciendo vno, vel pluribus de carceratis cuſtodiæ ſuæ commiſſis, nec pro deductione ad examen, ſub pœna quolibet dictorum caſuum reſtituendi, quod acceperit & librarū quinque march. per eum qualibet vice ipſo facto irremiſsibiliter incurrenda, applicāda pro dimidio communi Ferrariæ, & pro alio dimidio accuſatori. & in omnibus prædictis caſibus credatur iuramento carcerati, vel alterius, qui pro eo ſoluiſſet, quo ad reſtitutionem eius, quod acceperit, ſi id videatur Poteſtati veriſimiliter, attenta perſonarū qualitate. Quo vero ad incurrendam pœnam prædictam, aliquid vltra iuramentum requiratur arbitrio Poteſtatis, cuius conſcientiam oneramus in prædictis, quacunq; conſuetudine in quolibet prædictorū hucuſq; obſeruata penitus non attenta.

Quòd

Quòd ſtatuta loquentia in perſonam cenſeantur ſcripta in rem. LVIII.

STATVIMVS ꝙ omnia ſtatuta in criminalibus edita loquentia de faciente, aut committente, intelligantur, & extendantur ad mandantem, vel auxilium, aut fauorem præſtantē: & locum habeant ac ſi ſcripta forent in rem, niſi aliter per ſtatuta noſtra diſpoſitum fuerit.

Quòd in publicatione bonorum intelligantur reſeruata iura creditorum. LIX.

VOLVMVS, & ordinamus ꝙ in omnibus ſtatutis, in quibus publicātur bona delinquentis, aut malefactoris, ſemper intelligantur reſeruata iura dotium, & creditorum, qui etiam non haberent hypothecam tacitam, vel expreſſam, ita ꝙ præferantur fiſco; niſi quatenus per ſtatuta noſtra ſpecificè aliter fuerit diſpoſitum.

Quòd minor annis quattuordecim non poßit puniri occaſione alicuius delicti, pœnis in ſtatutis contentis. LX.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ nullus minor annis quattuordecim poſſit puniri cauſa, vel occaſione alicuius delicti, vel quaſi pœnis in ſtatutis noſtris contentis; ſed Poteſtas teneatur, & poſſit extraordinariè punire ipſum minorem pro arbitrio ſuo cum ferula, ſcutica, aut alijs verberibus, conſiderata qualitate delicti, & conditione perſonarum. & ſi fortè pater vellet potius ſoluere pecunias, quam filium ſuũ puniri verberibus vt ſupra, poſſit ipſe Poteſtas in pecunijs ſoluendis per patrem, pœnā cōmutare ēt ad intereſſe offenſi: & non poſſit procedi in prædictis niſi ad inſtantiam offenſi: nec ēt volumus fieri aliquem proceſſum, ſed pluſquam ſummariè, & manu regia procedatur.

Quòd ſtatuta ciuilia in procedendo obſeruentur etiam in criminalibus. LXI.

STATVIMVS ꝙ omnia ſtatuta ciuilia in procedendo obſeruari poſſint, & debeant in criminalibus cauſis, niſi & quatenus per ſtatuta criminalia fuerit aliter expreſsè prouiſum, vel aliquo modo contraria fuerint ſtatutis criminalibus.

AA APOSTO-

APOSTOLICVM INDVLTVM contra Clericos in minoribus delinquentes,& contra voluntarios homicidas ad Eccleſias confugiẽtes. LXII.

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam: Romanum decet Pontificẽ prouidere, vt ij, qui Clericalem decorem ſuis flagitijs deturpare non verentur,Clericali priuilegio minimè perfruantur,ne quod in fauorem bonorum inductum eſt, improbis delinquendi licentiam ſubminiſtret. ſanè dilectus filius nobilis vir Hercules Ferrarię Dux nobis nuper expoſuit, ꝙ licet ipſe zelo iuſtitiæ feruens improbos, & pernitioſos, ac facinoroſos homines,qui ſine publica,& priuata iactura tolerari non poſſunt,de ſuo dominio eijcere, vel eorum exceſſus punire,& ſuper omnia iuſtitiam in eodem dominio vigere ſummo anheler deſiderio; tamen quia nonnulli in minoribus ordinibus conſtituti, à quorum oculis Dei timor, & mundanus honor abſceſſit,de Eccleſiaſticæ diſciplinæ clementia nimium confidentes,varia enormia crimina quotidie perpetrant: Qui licet Clericali ſint charactere inſigniti, tamẽ re vera actibus,& operibus vitam ducunt laicalem,& in ſuis delictis deprehenſi, ſe priuilegio Clericali defendere,& iuſtitiam ſecularem eludere conantur: Nonnulli etiam voluntaria homicidia committentes,poſt perpetrata homicidia huiuſmodi, ne capiantur; & vt deinde captata opportunitate impune fugere poſsint,ad Eccleſias, & loca eccleſiaſtica, vt ſub illorum immunitate ſalui ſint,confugiunt: vnde improborum ſcelera remanent impunita, Clericorum ſtatus decoloratur, ipſius Ducis iuſtum deſiderium, ipſaq; iuſtitia non mediocriter impeditur. Quare prædictus Dux aſſerens quòd in partibus illis homines ad arma etiam leuibus ſumptis occaſionibus, admodum procliues ſunt, & propenſi; & propterea eorum audacia, & exceſſus non immerito fræno iuſtitiæ arcenda ſunt, & comprimenda; nobis humiliter ſupplicauit, ut pro dicti ſui dominij quiete, & ſtatu tranquillo, ſuper ijs opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes, quòd Clerici pro decentia habitus extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem oſtendere debeant,non indignum arbitrantes

trãtes viam, quam ſibi huiuſmodi homines ad impune delinquẽdum per idem priuilegiũ ſibi ſpe eccleſiaſticæ clemẽtiæ quæſiuerũt, opportunis remedijs amputare: huiuſmodi ſupplicationibus ĩclinati, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſciẽtia, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus ꝙ huiuſmodi Clerici in dictis minoribus ordinibus conſtituti, in dominio prædicti Ducis delinquentes, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, vel conditionis fuerint, ſi tempore perpetrati per eos delicti, & per tres menſes ante, in habitu clericali non inceſſerint (poſtquam tamen præſentes Chatedralibus eccleſijs dominij prędicti publicatę fuerint) per Iudicem ſecularem liberè, & licitè capi, inquiri, diſtringi, & puniri poſſint, nec ſe ſub prætextu priuilegij Clericalis tueri, & defendere, & ad curiam eccleſiaſticam recurrere valeant. Quòdque etiam volũtaria homicidia huiuſmodi in dicto dominio committentes ad eccleſias, ac eccleſiaſtica loca confugientes, etiam inde per Iudicem ſecularem capi, & extrahi, ac puniri poſſint. Nequeantq; propterea eccleſiaſtica immunitate ſe tueri, & gaudere; dummodo antequam contra eos ad pœnam procedatur, per Iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem coniunctim, an dictum homicidium voluntarium fuerit, cognoſcatur: & ſi compertum extiterit voluntarium non fuiſſe, tunc ſic captus, loco, ſiue eccleſiæ à quibus extractus fuerit, reſtituatur: Diſtrictius inhibẽtes locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis, ne contra ſtatutum, & ordinationem huiuſmodi quouis modo directè, vel indirectè venire præſumant. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his ab eis, & alio quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtingeret attẽtari: nõ obſtantibus præmiſſis apoſtolicis, necnõ prouincialibus, & ſynodalibus concilijs edictis, generalibus, vel ſpecialibus cõſtitutionibus, & ordinationibus quibuſlibet, priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis quorumcunq; tenorum exiſtant: per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter nõ inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumq; totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris ſpecialis mentio: quæ quo ad hoc nolumus cuiquam vllatenus ſuffragari, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Per hæc autẽ eidem priuilegio quo ad alios, qui veri eccleſiaſtici fuerint, & ipſam militiã honeſtè, & efficaciter proſequuntur, nõ intendimus in aliquo derogare. Et inſuper volumus ꝙ ſingulis annis litteræ prædictæ in principio anni, in aliqua ſolenni feſtiuitate, in eiſdem eccleſijs cathedralibus denuo publicẽtur, ne quis ignorãtiã prętendere valeat.

AA ij Et

Et quia difficilè foret præſentes litteras ad ſingula quæq; loca, in qui bus expediens fuerit, deferre, illarum tranſumptis manu publici notarij inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munitis, vel curiæ eccleſiaſticę, ea prorſus in iudicio, & extra, & aliàs vbilibet fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi eſſent adhibitę, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, cōſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ, milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, tertio menſis Maij, Pontificatus noſtri anno octauo &c.

DE VARIIS DELICTORVM POENIS.

De pœna eius, qui vituperauerit Deum, & beatam Virginem, & alios ſanctos, & ſanctas Dei. LXIII.

POENARVM terribilem tractatum proſequentes, in primis initium faciemus contra eos, qui diuini numinis contemptores verbis, aut factis verendam omnipotẽtis Dei maieſtatem, & Sanctorum ſuorum temerariè vituperare conātur; quamuis exiſtimemus has horrẽdas blaſphemias potius in caput maledicum iuſto Dei iudicio conuertendas. & licet in eos eſſet pro admiſſo tanto facinore ſeuerius vindicandum, mitius tamen agentes, & lubrico linguę aliqua ex parte parcentes, ſtatuimus ꝙ nullus ciuis, diſtrictualis, vel forenſis in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ audeat, vel præſumat blaſphemare omnipotentem DEVM, & glorioſiſs. matrem ſuam Virginem Mariam, cęteroſq; Sanctos, & Sanctas Dei, nec aliquod verbum vituperoſum de ipſis proferre, ſiue per verba clara, ſiue per dubia, quæ ad blaſphemiam, vel interpretationem blaſphemiæ trahi poſſent (quoniam ad tollendas huiuſmodi nefandiſsimas blaphemias verba dubia ad effectum pœnarum infraſcriptarum in deteriorẽ partem interpretari volumus) ſub pœna librarum quinquaginta marc. blaſphemanti Deum, ſeu beatam Virginem eius matrem: cæteros autem Sanctos, & Sanctas librarum xxv. march. maſſarię cõmunis Ferrariæ pro tertia, & pro tertia fabricæ peſtiferatorum, & pro alia tertia accuſatori, ſeu denuntiatori applicanda. Sitq; huius criminis accuſatio popularis, & teneatur accuſator ſecretus ſi voluerit; cuius ſacramento credi volumus, ſi perſona valde fide digna videbitur Poteſtati, aliàs cum vno teſte, ẽt parte nõ citata recepto, cuius dictum reducatur in ſcriptis, qui deponat de loco, & tẽpore, vt poſsit ſe defendere accuſatus. Admonentes quoſcunq; fideles qui diuinam maieſtatem, aut eius beatiſs. genitricem, vel alios Sanctos, & Sanctas blaſphemare, vel aliter vituperare audierint, ꝙ omnibus poſtpoſitis humanis reſpectibus zelo diuini honoris commoti, velint huiuſmodi nefanda crimina, & eorũ auctores propalare. Sciturí ꝙ vltra partẽ condemnationis, de qua ſupra per eos conſequendam, magnum præmium apud diuinam maieſtatem conſequẽtur, & apud

homines maximum honorem.& huius condemnationis tertiam partem accuſanti vt ſupra applicatam, maſſarius communis Ferrariæ ei dare teneatur,& non alii pro eo,ita tñ ꝙ prius iuret ꝙ non participauit, nec participabit cum ipſo Poteſtate, nec cum aliquo officiali de familia Poteſtatis,nec cũ aliquo pro dicto Poteſtate,officiale, vel alio de familia ipſius Poteſtatis agente.Hanc autem pœnam ſi condemnatus ſoluere nequeat,luat in corpus ſuum,& aut fuſtibus,aut funis aculeo, aut temporali carcere, aut lingua per ſpacium aliquod temporis ligno infixa caſtigetur,prout Poteſtas ipſe exiſtimauerit puniendum. Si quis vero nefandiori ſcelere imaginem Saluatoris noſtri, aut Virginis glorioſæ auſu temerario contaminare, turpare, aut percutere, vel comburere iniurioſè tentauerit,puniatur pœna dextrę manus ſibi amputandæ. Sed ſi in aliorum Sanctorũ imagines hoc tentauerit,in libris xxv.march.puniatur:quam pœnam ſi ſoluere non poterit,luat in in corpus eius,vt ſupra dictum eſt. Si autem ſoluere poterit,ad ſoluendum omnibus modis cogatur,etiam nullo iuris ordine ſeruato. Et hęc proclamari volumus omni ſemeſtri bis videlicet in die ſabbati, & die dominico, vt omnibus innoteſcat, ad quod fieri faciendum teneatur Poteſtas:& nihilominus eo proclamate non facto,delinquẽtes incurrant in dictas pœnas,reſeruata tamen Poteſtati Ferrariæ,cum participatione Illuſtriſs.domini noſtri Ducis,auctoritate augẽdi pœnas prædictas in quantitate,&qualitate habita ratione qualitatis blaſphemię, loci,& temporis,ac ſcandali ex ea generati. Si vero fuerit Iudęus, qui aliquid prædictorum commiſerit, viuus comburatur. & in prædictis omnibus, & ſingulis poſsit, & debeat extraiudicialiter, & nullo iuris, aut ſtatutorum ordine ſeruato procedi, ac etiam per inquiſitionẽ. & Iudex inquirens lucretur partem vt ſupra accuſatori conſtitutam.

Pœna eius, qui de Principe noſtro maledixerit, aut crimen læſæ maieſtatis commiſerit. LXIIII.

SI quis omiſſo pudore,& graui modeſtia in Principẽ noſtrũ quoquo modo maledixerit,&ad Principis ſcientiã per Poteſtatẽ Ferrar.referatur,puniatur ea pœna,q̃ ipſe Princeps putauerit imponendã. Si vero crimen in eum cõmiſerit læſę maieſtatis, niſi Princeps aliud obſeruari mandauerit,pœnis legalibus,& quæ in ſtatuto ſequenti continentur, feriatur:& tali caſu procedatur,vt in codẽ ſequẽti ſtatuto dicetur.

Pœna venientis contra Illuſtriſſimum Ducem noſtrum, aut populum Ferrariæ cum armis vetitis. LXV.

SI QVIS contra Illuſtriſs. Ducem noſtrum, vel populum, & commune Ferrariæ hoſtiliter cum armis vetitis venerit, ponatur in banno perpetuo, & bona ipſius publicētur; & ſi in fortiam prælibati Illuſtriſs. Ducis, ſeu communis Ferrariæ venerit, puniatur pœna criminis lęſæ maieſtatis. Nec liceat alicui conducere aliquem cum armis contra aliquem Ducem, ſeu Capitaneum Principis, vel populi Ferrariæ, nec cōtra prædictum Principem, vel populum, ſub eiſdem pœnis. Et quia dignum ducimus, eos qui in principem per dolū, fraudemúe quicquā auſu temerario moliuntur, atrociſsimoq; lęſæ maieſtatis crimine obnoxij fiunt, quiuè in patriam ipſam, populumque Ferrarienſem cum armis vetitis veniunt, aut contra eum aliquid moliuntur, nedum ſeueriori pœna plectendos eſſe, ſed etiam celerius, & faciliori expeditione debitis pœnis feriendos: Propterea ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas Ferrariæ, & Iudex maleficiorum, & quilibet eorum, ad cuius notitiam huiuſmodi immania crimina deuenerint, ſeu delata fuerint, poſsint & valeant, teneanturque, & debeant de ipſis criminibus, vel eorū aliquo contra ipſos accuſatos, inculpatos, vel querelatos inquirere, & procedere cum ijs indicijs, quæ ſibi videbuntur ſufficere. quod in eorum, & cuiuſlibet eorum mera, & libera voluntate eſſe volumus; ita vt etiam indiciorum copiam tradere non teneātur, ac repertos culpabiles condemnare, & punire in pœnis à iure communi, & per ſtatuta noſtra impoſitis: & vltra eas ad damnationē memoriæ ipſorū delinquentiū, cum declaratione etiam ꝙ eorum deſcendentes in perpetuū ſint infames, & incapaces quorumcunq; bonorum, & dignitatum, ac ſucceſsionum tam ex teſtamento, q̃ ab inteſtato in ciuitate Ferrariæ, & eius ducatu, ſummariè, ſimpliciter, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, nullo iuris communis, vel ſtatutorū Ferrariæ ordine ſeruato, ſed omni ordine prorſus circumſcripto. Et ſufficiat ipſos delinquentes citari per nuncium publicum ad domum eorum ſolitæ habitationis, cum cedula continente effectum delicti, quæ oſtio eorū ſolitę habitationis affigatur; vel ꝑ per bannitorem cōmunis Ferrariæ citētur, & vocētur ſuper ſcalis palatij iuris communis Ferrariæ, vt cōpareant ad ſe defendendum, & excuſandum ab accuſatione, ſeu inquiſitione contra eos propoſita. & quæ citatio, ſeu copia eius nihilominus portæ palatij prædicti affigatur per vnum ex nuntijs communis

Ferrariæ,cum præfixione horæ, ad quam debeat comparere, & vnica tantum citatio ſufficiat in altero ex dictis locis. & ſi non comparuerint in dicta hora,ſufficiat iterum eos citari,& banniri ſuper ſcalis prę dictis modo quo ſupra,ꝙ infra octo dies comparere debeant ad ſe excuſandum,& defendendum à prædictis.& eis in contumacia perſeuerantibus,ipſo iure habeantur pro confeſsis, & contra eos deueniatur ad condemnationē,& ſententiam,ipſis citatis,ſiue per pulſationē cāpanæ,ſiue per citationē ad eorum ſolitā habitationē,aut ſuper ſcalis, ſeu porta dicti palatij, ēt ſemel tātum factam. quæ citationes quomodocunq; factę fuerint,pro legitimis habeantur. Et à ſententijs, & condemnationibus per prædictos Iudices,ſeu alterum eorum latis ſuperinde,non poſsit appellari,ſupplicari,querelari,de nullitate dici, etiā prætextu cuiuſcunq; ordinis non ſeruati,etiam præſentis ſtatuti prætermiſsi,nec reſtitutio aliqua peti, vel officium Iudicis implorari.

Pœna percutientis Poteſtates, vel iuſdicentes, & familiam Poteſtatum Ferrariæ, LXVI.

SI qua perſona cum armis vetitis Poteſtatem,Vicarium, vel Iudicē maleficiorum,vel alium iuſdicentem in ciuitate Ferrarię,vel aliquē Poteſtatem deputatū in comitatu, & diſtrictu Ferrariæ per dominos Duces Eſtenſes,vel commune Ferrariæ,infra confines eiuſdem poteſtariæ percuſſerit cum ſanguinis effuſione, durante eorum officio, ad manus amputationē condemnetur,nulla exceptione, præterq̄ defenſionis à iure permiſſæ obſtante. Si vero ſine ſanguine,vel cum ſanguine,ſed abſq; armis,condemnetur in tribus ictibus funis,&libris centū march. Quòd ſi militem,vel cōteſtabilē ipſius Poteſtatis Ferrariæ percuſſerit, ſi quidem cum ſanguine, & armis vetitis,condemnetur in libris quinquaginta march. Si verò ſine ſanguine,vel cum ſanguine,& abſq; armis vetitis,in libris xxv. march.Sed ſi aliquem alium de familia dictorum Poteſtatum percuſſerit, condemnetur in libris x. march. Et hæc omnia intelligantur vltra alias pœnas pro huiuſmodi delictis per ſtatuta noſtra impoſitas,nulla ſimiliter exceptione, pręterq̄ defēſionis permiſſæ attenta:quæ pœnæ applicentur cōmuni Ferrariæ. quę omnia locum habere cenſemus etiam in aſſociantibus tales delinquētes,& eis prębentibus auxilium vel fauorem.

Pœna

Pœna offendentium aduocatos, cauſidicos, & tabelliones. LXVII.

TVrpe, & inhoneſtum reputamus aduocatos, cauſidicos, & tabelliones multa veneratione dignos, ab aliquo facto, vel verbis offendi: Ideo ſtatuimus quòd ſi quis aduocatum deſcriptum in matricula collegij iuriſtarum ciuitatis Ferrariæ offenderit in perſona ex cauſa aduocationis; quod præſumatur ſi durante lite, vel poſt intra annum ab aduerſa parte, vel ab aliquo de eius familia offenſus fuerit, puniatur talis offendens in pœnam quadrupli pœnarum contentarum in ſtatutis noſtris, & in tribus ictibus funis de die dandis eidem in publico: ſi autem offenſus fuerit aliquis procurator, vel cauſidicus ex cauſa eorum officij, quod præſumatur vt ſupra, offendens puniatur pœnis corporalibus ſupraſcriptis, & in triplo pœnarum aliarum in ſtatutis noſtris contentarum. Si autem fuerit notarius ex cauſa ſui officij offenſus, quod præſumatur vt ſupra, puniatur offendens in duplo pœnarum contentarum in dictis ſtatutis. Si autem offenſa fuerit in verbis, ſiquidem contra perſonam aduocati, iniuriantē puniri volumus in libris triginta marc. & ſi fuerit procurator in libris viginti march. & ſi fuerit notarius iniuria affectus, puniatur in libris decem march. quæ pœnæ toties committantur, & exigi poſsint quoties verbis fuerint perſonæ prædictæ offenſæ: & quę pœnæ pro dimidio maſſariæ communis, & pro alio dimidio hoſpitali orphanorum ciuitatis Ferrarię applicentur. & de offenſa verbali facta contra prædictos, credatur iuramento eorum cum vno teſte, cōtra quem dicta fuerit: ſaluo etiam iure dictis perſonis agendi contra iniuriantes iniuriarum actione.

Pœna committentis delictum in plateis communis Ferrariæ, & intra confines eius, aut in palatio iuris communis Ferrariæ, vel in eccleſiis. LXVIII.

PVniri iubemus in amputatione manus, quicunq; in platea communis Ferrariæ, vel palatio iuris, aut in eccleſia aliqua percuſſerit aliquem cum armis, ſiuę cum ſanguinis effuſione, ſiue non, aut actum minatorium aduerſus aliquem fecerit cum armis vetitis, deueniendo ad actum proximum. Si autem percuſſerit ſine armis cum ſanguinis effuſione, puniatur pœna trium ictuum funis, & librarum xxx. march. quòd ſi ſine ſanguinis effuſione, puniatur pœna duorū ictuum funis, & librarum viginti march. ſed ſi actum minatorium fecerit non deueniendo

ueniendo ad actum proximum, cum armis euaginatis, ſiue denudatis, vel etiam ſolum contra aliquem arma euaginauerit, vel denudauerit, puniatur pœna vnius ictus funis, & librarum quindecim marc. Si vero ſine armis, vel cum armis non denudatis actum minatorium, vt ſupra fecerit contra aliquem, puniatur in libris xv. march. qui oẽs ictus funis in publico da ridebeant, vt cæteris tranſeat in exemplum. Et in omnibus prædictis caſibus, vltra prædictas pœnas habeant etiã locum pœnæ per ſtatuta noſtra impoſitę pro inſultu, pro armis, & pro vulneribus, ac percuſsionibus, prout caſui occurrenti adaptabuntur; niſi aliter Illuſtriſs. domino Duci noſtro viſum fuerit: in cuius arbitrio ſit augere, & minuere pœnas prædictas, habita ratione conditionis perſonarum, & qualitate delicti, ac aliarum circumſtantiarum. Declarantes confines plateæ, quo ad hunc dumtaxat effectum, extendi vſq; ad palatium cerdonum incluſiuè ex vtraq; via: verſus viam ſancti Pauli vſq; ad voltam palatij Poteſtatis Ferrarię incluſiuè: verſus viam Trinitatis, vſq; ad eccleſiam Trinitatis excluſiuè: verſus viam, qua itur, ad ſanctum Dominicum, quantum ſe protendit palatium Illuſtriſsimorũ dominorum Ducum: verſus burgum Leonis vſq; ad viam iudeccæ excluſiuè: verſus ſanctum Iulianũ, vſq; ad eccleſiam ſancti Iuliani excluſiuè: verſus viam ſancti Romani, vſque ad confines palatij iuris incluſiuè, & verſus viam Gorgadeli vſq; ad voltam palatij Epiſcopatus Ferrariæ incluſiuè. Includentes intra confines prædictos Epiſcopatum Ferrariæ, & loca officiorum publicorum, ac beccharias magnas, non autem domos, vel apothecas priuatas, quæ eſſent iuxta, vel intra, ſeu infra confines prædictos.

Pœna eripientis captum de manibus familiæ Poteſtatis Ferrariæ, vel alterius perſonæ, & prohibentis exequutionem aliquam fieri. LXIX

NVLLVS etiam forenſis audeat, vel præſumat aliquem captum per familiam Poteſtatis, vel alterius officialis, vel per aliquos de ciuitate, aut diſtrictu Ferrariæ, cauſa conducendi in forciam communis Ferrariæ, eripere, aut cauſam præſtare, vt ille captus aufugiat de manibus eorum, vel ne capiatur. & cõtrafacientes condemnari iubemus, & condemnatos eſſe volumus ipſo iure, & facto, in ea pœna, quam talis captus, & ereptus ſuſtinere debebat ex forma pręſentium ſtatutorum, vel iuris communis, ſi in forciam cõmunis fuiſſet conductus, ſiue illa

fuiſſet

fuiſſet pœna pecuniaria,ſiue corporalis,ſi conſtaret de delicto capti;ꝙ ſi de delicto non conſtaret,puniatur arbitrio Poteſtatis,etiam corporaliter citra mortem,& membri abſciſsionem,nec per hæc euadens liberatus intelligatur, Et prædicta omnia obſeruẽtur etiam cõtra eum, qui captum relaxauerit,aut cauſam, vel occaſionem præſtiterit in relaxando,vel fugiendo. Si vero aliquis pro debito pecuniario publico, vel priuato captus fuerit per præconem,& familiam Poteſtatis,aut alterius officialis ciuitatis Ferrariæ;tunc eripiens,aut fugæ cauſam pręſtans, etiam ne capiatur, ad ſolutionem debiti creditori ipſius, modis omnibus, & nullo iuris ordine ſeruato, etiam per capturam perſonæ compellatur: qua ſolutione facta,principalis debitor liberetur,contra quem ſoluens per eo quod ſoluerit,nullam habeat actionem. Et vlterius incidat eripiens in pœnam librarum quinquaginta march. fiſco applicandam. Et idem per omnia ſeruetur cõtra eum,qui exequutionem realem per vim commiſſam fieri impedierit , dummodo non ſit is, contra quem huiuſmodi exequutio commiſſa fuiſſet, vel aliquis de eius familia, quoniam eum ſolummodo puniri volumus in libris vigintiquinq; march. niſi pignora per exequutores iam accepta, & extra domũ, vel locum vbi erant per notabile ſpatiũ arbitrio Poteſtatis cõducta, auferre præſumpſerit: quo caſu pœna librarum L. ſupra impoſita locũ habeat. Et vbi impediendo exequutionẽ in aliquo ex caſibus ꝑdictis aliquis ex exequutoribus fuerit vulneratus,vulnerans ipſe cadat in pœnam amputationis manus, vltra alias pœnas pecuniarias in ſtatutis contentas,quas ſi ſoluere nõ potuerit,puniatur duobus ictibus funis. Declarantes ꝙ in omnibus,& ſingulis caſibus prædictis, de impedimentis, & prohibitionibus exequutionum prædictarum, ſtari debeat depoſitioni ipſorum exequutorũ,ſi plures duobus fuerint,cum eorum iuramento, aliàs cum vno teſte fide digno, quouſq; contrariũ probatum fuerit. Adijcientes ꝙ ſi infra bimeſtre a die exequutionis factæ,executores fuerint vulnerati,vel aliter in perſonã offenſi ab ijs cõtra quos exequutiones feciſſent, vel ab alijs de eorum commiſsione, ſupradictæ pœnæ locum ſibi vendicent,perinde ac ſi tempore exequutionum huiuſmodi delicta fuiſſent perpetrata, niſi noua cauſa probaretur,propter quam prædicta veriſimiliter facta fuiſſet. Inſuper ne ex propalatione officialium exequutionibus præiudicium fiat,ſtatuimus ꝙ nullus officialis ſignificare debeat alicui mediatè,vel immediatè, ꝙ capiendus ſit ex cauſa criminali, ſub pœna cuilibet contrafacienti librarum vigintiquinque march. applicanda pro duabus partibus com

muni

muni Ferrariæ,& pro alia tertia accuſatori,ſeu denuntiatori,& ſi eſſet præco, vel ſatelles qui prædicta cómiſerint, puniátur illico duobus ictibus funis, & in libris quinque march. vt ſupra applicandis.

Pœna homicidium committentis, vel inſultantis animo occidendi,& de loco ad locum inſectantis. LXX.

IMAGINEM Dei extinguentes grauiſsima pœna ſunt plectendi;ideo ſancimus,& ordinamus ꝙ ſi quis in ciuitate,vel diſtrictu Ferrarię aliquem occiderit, vel occidi mandauerit, ita ꝙ mors fuerit ſubſequuta, capitali ſententiæ,ſi captus fuerit,cōdemnetur,ita ꝙ moriatur.Et omnia eius bona mobilia, & immobilia, ſeſe mouentia, iura, & actiones communi Ferrariæ ipſo iure à die cōmiſsi criminis publicentur. Quorum duæ partes ſint ipſius communis,alia tertia pars applicetur hæredibus defuncti, reſeruatis dotibus vxorum, & iuribus creditorum etiā hypothecam expreſſam non habentium in bonis illorum homicidarum: & ſi captus non fuerit, perpetuo banniatur de ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, & ipſius bona omnia publicentur, vt ſupra: & ſi quo tempore peruenerit in fortiam communis Ferrariæ, morte puniatur vt ſupra. Si vero inſultū fecerit animo occidendi,& ex propoſito præmeditato, & nō occiderit, ſed ad actum proximū venerit, vulnerādo cum ſanguinis effuſione,amputetur ei manus,in qua magis poſsit, & ſoluat libras ducentas march. cōmuni Ferrariæ: & vltra etiam teneatur ad eam maiorem pœnā, quam arbitrabitur Illuſtriſs. dominus noſter Dux habita ratione delicti, & perſonarū, etiam vſq; ad mortē incluſiuè. Si autem non vulnerauerit,ſed ad alium actum proximum deuenerit, vel etiam ſolum ſectatus fuerit aliquem de loco ad locū: vel firmus ſteterit ad expectandum, ꝙ per certum locum tranſire debeat animo eū occidendi,licet effectus aliquis non fuerit ſequutus,vt quia inſidiatus non eſſet repertus,vel non tranſiuerit inde, vbi expectabatur: quolibet caſuum prædictorū puniatur pœna quinq; ictuum funis, & ſoluat libras centum march. communi Ferrariæ vt ſupra. Quarum omniū pœnarum pecuniariarū medietas applicetur offenſo in recompenſationem iniuriæ ſibi factæ. Et prædicta locum ſibi vendicent,ſiue ſit vnus,ſiue plures,qui inſultum,& alia de quibus ſupra fecerint,quoniā quemlibet eorum volumus ſupradictis pœnis eſſe ſubiectum.

Pœna frangentis pacem factam. *LXXI.*

QVi pacem factam fregerit, vel frangi fecerit occidendo, vel mẽbrum abſcindendo, ſeu à perſona ſeparando, ſi non capiatur, perpetuo ſit in banno, etiamſi ad pacem venerit; & omnia bona ſua communi Ferrariæ pro duabus partibus, pro alia vero tertia parte ipſi offenſo, ſi viuet, alioquin ſuis hæredibus applicentur. Et ſi capiatur poſt q̃ ruperit pacẽ vt ſupra, capite puniatur ita ꝙ moriatur, & bona ſua diuidãtur vt ſupra. Si vero cum armis vetitis, vel cum baculo aliter q̃ ſupra eũ percuſſerit, pacẽ frangendo, ſanguinẽ faciendo, vel oſſum rumpendo, ſeu aliter mẽbrum debilitãdo, vel faciẽ deformando cum cicatrice perpetuo remanſura, condemnetur cõi Ferrariæ in centum libr. marc. ẽtſi ad pacem peruenerit. & ſi cum aliquo alio telo, vel qualitercunq; percuſſerit quoquo modo, condemnetur in libris xxv. marc. & in quolibet prædictorum caſuũ, vltra prædictas pœnas, locũ ſibi vendicent aliæ pœnæ præſentibus ſtatutis impoſitæ, tam pro percuſſionibus, q̃ pro armis, firmis ẽt manentibus pœnis quibuſcunq;, ſi quæ in inſtrumento pacis appoſitæ fuerint inter ipſas partes. quæ oĩa vendicẽt ſibi locũ, & ſi non apparuerit quis primus iterũ offenderit: quo caſu dicantur ambo pacẽ fregiſſe, quo ad pœnã pecuniariã applicandã fiſco. Non tñ vendicent ſibi locũ prædicta, ſi ex euidenti, & vrgenti noua cã prędicta offenſio eueniſſet: de qua cauſa ſtetur Iudicis arbitrio. & inter ipſos ſe adinuicem offendentes nulla admittatur compenſatio.

Pœna ruſtici occidentis, vel vulnerantis ciuem Ferrarienſem, vel econtra ſi ciuis ruſticum occiderit. *LXXII.*

SI ruſticus de Ferrarienſi diſtrictu, vel in eo habitans, ſiue ſit paterfamilias, ſiue filiusfamilias, vel deſcendens occiderit aliquẽm ciuem Ferrarien. capitali pœna puniatur ita ꝙ moriatur, ſi in forciam cõmunis Ferrariæ deuenerit: & ſi non deuenerit, perpetuo ſit in banno. & vtroq; caſu oĩa eius bona fiſco applicentur ipſo iure à die cõmiſſi criminis. Quorum duas partes habeat cõe Ferrariæ, aliam partem hæredes occiſi. Si vero non occiderit, ſed percuſſerit, pœna in eum duplicẽtur, quæ alijs percutientibus imponitur per ſtatuta noſtra. ꝙ ſi ciuis Ferrariẽſis ruſticum aliquem occiderit, tunc præſens capite puniatur vt ſupra: abſens vero perpetuo bãniatur, ſed de bonis eius non publicẽtur, niſi quantũ reperiuntur valere bona ruſtici occiſi diuidendũ inter

commune Ferrariæ,& hæredes occiſi vt ſupra. Ruſticum autem intelligimus quo ad pœnam huius ſtatuti quemcunque opera ruſticalia facientem, etiam ſi fuerit ciuis ex priuilegio.

Pœna occidentis, vel vulnerantis, aut occidi, vel vulnerari facientis prece, vel pretio. LXXIII.

DISTRICTE prohibemus, ne quis precio, aut precibus occidat, vulneret, aut occidi, vel vulnerari, aut percuti faciat aliũ, nec tractatũ aliquem habeat cum aliquo de eiſdem, contrafaciens vero ſi inde mors ſequuta fuerit, ſi in fortiam cõmunis Ferrariæ deuenerit, decapitetur, ipſius bonis omnibus publicatis: quorum duæ partes ſint communis Ferrariæ, alia tertia hæredum occiſi: ſi vero in fortiam non venerit, ſit in banno perpetuo, & bona omnia ipſius publicentur, & diuidãtur vt ſupra. ſi autẽ precibus, vel precio vulnerauerit, vel vulnerari fecerit, percuſſerit, vel percuti fecerit, ſanguinẽ faciendo, vel oſſum rumpendo, vel faciẽ deformãdo, vel membrũ debilitando, ita ꝙ mors non ſequatur ex vulnere, vel percuſſione, condemnetur mandans ad amputationem manus, ſi mandatarius mandatum non exceſſerit, ſed præciſe mandatum eſſet, quod poſtea ſequutum fuit: aliás condemnetur mandans in libris trecentis march. & in eo pluri, quod videbitur Poteſtati inſpecta condicione perſonarum, & qualitate delicti; etiam corporaliter, citra mortem, & membri abſciſſionem. & ſit in banno perpetuo, niſi ad pacem peruenerit, & prędictam pœnam communis Ferrariæ ſoluerit: & ſi caperetur, non relaxetur de carceribus, niſi ſoluerit dictam pœnam, & pacem habuerit vt ſupra. Mandatarius vero, qui delictũ perpetrauit condemnetur in amputatione manus dextrę. Si autem dicta percuſſio facta fuerit ſine ſanguine, vel oſſis fractione, vel faciei deformatione, vel membri debilitatione, tunc ſi mandans, vel mandatarius fuerit forenſis, vel ruſticus, condemnetur quilibet eorum in libris ducentis march. & in banno ſit perpetuo, donec ad pacẽ peruenerit: ſi vero fuerit alterius cõdicionis condemnetur in libris centum march. & vltra prædictas pœnas, mandatarius vnoquoq; caſuũ prædictorum puniatur pœna trium ictuum funis. Si vero neque mors, neq; vulnera, aut percuſſiones fuerint ſecutæ, ſed ſimpliciter fuerit habitus tractatus prædictorum; tunc tam mandans, ꝗ̃ mandatarius puniatur in libris quinquaginta march. & plus arbitrio Illuſtriſs. domini Ducis noſtri, attenta conditione perſonarum & qualitate facti;

fiſco

fiſco applicandis, ſi ad notitiam peruenerit. Et in omnibus caſibus prędictis torturam fieri permittimus, vt veritas eruatur, pręcedētibus tamen legitimis indicijs, ſeu præſumptionibus. Si quis tamē de prædictis, aut aliquo prædictorum faciendis fuerit requiſitus, & illum manifeſtum fecerit illi, de cuius morte, vel vulnere tractabatur, quinquaginta libras march. percipiat à cōmuni, de bonis mandātis poſtea exigendas per maſſarium: & forenſem, quo ad hoc intelligimus quēlibet etiam habitantem in ciuitate Ferrariæ, qui factiones non fecerit per annos decem. Si quis autem dictas pœnas ſoluere non potuerit, corporali pœnę ſubiaceat, aut funis ictibus, aut fuſtibus, aut tēporali carcere caſtigetur, prout Poteſtas elegerit, & voluerit. Et quoniam compertum eſt, ꝙ aliquando vnus volēs facere aliquam vindictam, vel vltionem, ſeu laborare, vel laborari facere aliquam rem, vel in aliqua re, aut fructus ex ea percipere, dubitans impediri ab aliquo forte poſſeſſore, cōducit de alieno diſtrictu perſonas, vt habeant etiā violenter reſiſtere cum armis, propter quod cædes, & vulnera ſequuta ſunt; & tales malefactores aufugiūt, & talia delicta remanēt impunita: Ideo ſtatuimus ꝙ ſi aliquis cōduxerit decętero de alieno diſtrictu ad ciuitatē Ferrarię, vel eius comitatum perſonas aliquas vnā, vel plures, habētes habitationem, ſeu habitationes in diſtrictu alieno; & talis conductus, ſeu conducti cōmittat, ſeu cōmittant aliquod maleficiū tendens in vindictam cōducentis, vel alterius de eius familia, vel ꝙ talis conducens laboraret, ſeu laborari faceret rem aliquam, ſeu in aliqua re, de qua eſſet cōtrouerſia iudicialis, vel extraiudicialis, inter talem conducentem, & offenſum, vel qui fructus aliquos ex re ipſa percipere vellet; fictione pręſentis ſtatuti pręſumatur tale maleficium commiſſum de mandato talis conducentis, & incidiſſe intelligatur in omnem pœnam, in quā incidiſſet, vel incidere deberet talis malefactor ex ſuo delicto.

Pœna accuſantis aliquem pro aſſaſſino, & non probantis, & quomodo in dicta accuſatione procedatur. LXXXIIII.

ASSASSINVM etiam eum appellamus, qui prece, vel pretio alium interfecerit, vel vulnerauerit ad alterius inſtantiam. Si quis ergo accuſatus fuerit, vel denūtiatus, quòd tamquam aſſaſſinus vulnerauerit vel occiderit, vel per aſſaſſinum aliquem vulnerari fecerit, vel occidi; Poteſtas Ferrariæ audire teneatur defenſionem cuiuſlibet comparētis, & tales denūtiatos, vel accuſatos excuſantis, ꝙ illi tāq̄ aſſaſſini

vel per aſſaſsinum maleficium prædictum non fecerint. Et teneatur Poteſtas ex officio inquirere, ſi tanquam aſſaſsinus ille deliquerit, vel per aſſaſsinum fieri fecerit maleficium, vel an ille qui percuſſerit, vel occidit, conſueuerit eſſe aſſaſsinus, vel famam obtineat aſſaſsini: quo reperto poſsit ad vltionē faciendā procedere, ſecundum formam ſtatuti loquentis de eo, qui prece, vel precio vulnerauerit. Si vero nihil eorum reperiatur, tunc ſuper denuntiatione, vel accuſatione procedere teneatur, ſecundū ꝙ in alijs maleficijs procedi debet ſuper banno, & ſentētia facienda. Si quis autem aliquem tamquam aſſaſsinum accuſauerit, vel ꝙ per aſſaſsinum aliquem occidi, vel vulnerari fecerit; niſi hoc probauerit, condemnetur fiſco in libris decem march. & officio Iudicis maleficiorum cōdemnetur accuſato in refectione omniū expenſarū totius cauſę, & pro infamia eius in libris xxv. marc. cōdemnetur, & vltra arbitrio Poteſtatis, inſpecta cōditione iniuriā paſſi.

Pœna venenantis, vel venenum habentis, vel venenari facientis aliquem. LXXV.

OCcvltis inſidijs graui pœna occurrentes, prouidemus, ꝙ ſi qua perſona ciuis, ruſtica, vel forenſis venenum alicui perſonæ ſcienter dederit, vendiderit, emerit confecerit, habuerit, vel tenuerit in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictū, cauſa venenādi aliū, & exinde mors ſequuta fuerit, capitali ſentētia dānetur, ita ꝙ moriatur: & omnia eius bona publicentur ipſo iure à die commiſsi criminis: quorum duæ partes ſint fiſci alia pars ſit medietas hęredum defuncti. Si vero mors non fuerit ſequuta, & deuenerit ad actum proximū, tunc puniatur in libris quingentis march. fiſco applicandis, & in amputatione manus in qua magis poteſt: quas pœnas incurrant etiam venenum dari facientes, & omnes illi, qui ſcientes circa prædicta, vel prædictorum aliquod præſtiterint auxilium, conſilium, vel fauorem. Si vero nō deuenerit ad actum proximum, condemnetur in libris ducentis march. quas ſi ſoluere nō poterit, puniatur quattuor ictibus funis, & ſtet in carceribus per annum: & vltra hoc in quolibet prædictorum caſuum teneatur iniuriā & damnum emendare parti Iudicis arbitrio æſtimandū, inſpecta perſonarum conditione. Si quis tamen prædicta, vel aliquod prædictorū fecerit, non tamen animo, nec cauſa occidendi perſonam, tunc ſi ſciebat illud eſſe venenum malum, arbitrio Poteſtatis citra mortem puniatur pro facti, & perſonarū qualitate. Et ꝙ ſit malū venenū vel nō,

in

in arbitrio ſedeat iudicantis. in prædictis aũt caſibus,aut aliquo prædictorum pacem prodeſſe propter criminis immanitaté denegamus.

Pœna Poteſtatis, vel alterius de ſua familia aliquem occidentis in tormentis, vel relinquentis. LXXVI.

NE rectorum,& iudicum ſit impunita temeritas,ſtatuimus ꝙ ſi Poteſtas,aut eius Iudex maleficiorum,vel Vicarius, vel aliquis alius de familia Poteſtatis, vel alius qu ilibet aliquem poſuerit,uel poni fecerit ad tormentum propter aliquod maleficium, ex quo poni poſsit, uel non poſsit ad tormentum ex forma iuris, aut præſentium ſtatutorum,adeo modum ſeruare debeat, ut non moriatur, ſed ſaluus innocentiæ, ſeu ſupplicio remaneat. Si uero ita ultra modum, & acriter, ac immoderatè tortus in tormentis moriatur,uel tormentorum occaſione,tunc Poteſtas, vel Iudex maleficiorũ, Vicarius, & quilibet alius de ſua familia,aut alius quilibet cõtra prędicta faciens, vel fieri faciẽs decapitetur,vel puniatur prout Illuſtriſs. dñs noſter Dux exiſtimauerit:& quilibet poſsit eſſe verus,& iuſtus accuſator.Adijcientes ꝙ ſi Poteſtas,Iudex maleficiorũ,Vicarius, vel alius de familia Poteſtatis, vel quilibet alius,qui aliquem fecerit tormentari,de loco tormentorũ receſſerit cũ in tormentis relinquentes per aliquod notabile interuallũ, tunc Poteſtas in libris ducentis,Iudex maleficiorũ,Vicarius, vel alius de ipſius familia in libris quinquaginta march. pro qualibet vice condemnetur:de quo ſtetur iuramento tormentum paſsi, cum vno teſte fide digno:& in his omnibus accuſatio ſit popularis.

Pœna Poteſtatis,vel eius familiæ aliquem percutientis, vel interficientis. LXXVII.

NON liceat Poteſtati,Iudici maleficiorum,vel aſſeſſori,militi, aut alteri de familia Poteſtatis,aliquem officialem,vel ciuem, aut diſtrictualem ciuitatis Ferrariæ percutere, aut verberare cum baculo, manu, vel pede; niſi eſſet in exercitu, vel caualcata generali, vel intereſſet aggeribus, vel incendijs, dummodo non dolo faciat, ſed vt quis in prædictis melius exerceatur. Poteſtas contrafaciens in duplo eius,in quo priuatus alius eſſet cõdemnatus,aſſeſſores,& Iudices eius, & miles eius in lib. vigintiquinque march. cæteri de familia in libris decem march. indilatè condemnẽtur per Syndicum generalẽ palatij.

Si vero cum armis aliquem ex alia cauſa percuſſerint, vel occiderint, pœnis præſentium ſtatutorum ſubiaceant, & puniantur.

Pœna filijfamilias homicidiũ, vel raptum cõmittentis. LXXVIII.

SI quis filiusfamilias in patris, vel aui poteſtate conſtitutus, vel etiã emancipatus, cũ patre, vel auo habitans in ciuitate, vel burgis, aut diſtrictu Ferrariæ homicidium cõmiſerit, vel vi fœminam communi opinione pro honeſta reputatam cognouerit, vel rapuerit, eam de loco ad locum conducendo in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, patre, vel auo ipſius delinquentis inſcio, ad capitis amputationem condem netur, & ad bonorum ſuorum confiſcationem. Quorum duæ partes ſint communis, alia pars ſit hæredum defuncti; ſaluo tamen vſufructu cõpetenti patri, vel auo in bonis filij, vel nepotis, & ſaluis dotibus mulierum, & iuribus creditorum: ipſiusq; legitima habito reſpectu ad tẽpus mortis publicetur, quæ ſibi contigerit in bonis patris, vel aui, ſi tẽpore delicti pater, vel auus non fuiſſet rebus humanis exemptus: quæ legitima viuente patre, vel auo nullatenus fiſco, aut maſſariæ, nec hæredibus defuncti deuoluatur, nec ab ipſis occupetur: ſed ea vti, & frui poſſit pater, auus toto tempore vitæ ſuę, omni inquietatione ceſſante. quibus mortuis ad ipſum commune, & hæredes defuncti ius integrũ reſpectu dictæ legitimæ deuoluatur ipſo iure, niſi contigerit ipſum filium delinquẽtem naturaliter præmori patri, vel auo, vel niſi cauſa ingratitudinis commiſſa fuerit per filium in parentem, vel auũ, & parẽs, vel auus filiũ priuauerint legitima: quo caſu ad patrẽ, vel auum ipſa legitima redeat ipſo iure. Quòd ſi poſt perpetratũ delictũ per filium cõtingeret alios filios ex eodẽ parente procreari, quotcũq; fuerint, per concurſum inter eos cũ delinquente volumus facere ſibi partes: itaq; eis, vel alicui eorum per aſſignationem legitimæ in pœnam delinquẽ tis vt ſupra confiſcandæ, & applicandę, nullum cauſetur pręiudicium. & in prædicto caſu non fiat deſcriptio bonorum, niſi poſt mortem patris: fiat tñ nota in libris maſſarię, & teneatur notarius actorũ maſſarię cũ milite Poteſtatis nihilominus deſcribere vulnera expenſis maſſariæ. Verũ ſi dictus homicida, vel raptor, vel vi cognitor vt ſupra, ſeorſum à patre, vel auo habitauerit, tunc ſolum ipſius bona publicentur, nec eius pater, vel auus vllo pacto moleſtẽtur in bonis ſuis: pœnis alijs, quæ contra ruſticos occidentes ciues, vel vulnerantes, capientes, vel vi cognoſcentes ſupra ſcriptæ ſunt, in ſuo robore permanſuris.

De

De occidente, vel vulnerante inuentum in domo de nocte. LXXIX.

FAcilitatem delictorum comprimentes ſtatuimus, ꝙ ſi quis habitãs in ciuitate Ferrariȩ, vel burgis, poſt ſecundam horam noctis inuenerit aliquam perſonam in domo ſuæ habitationis, quæ intrauerit dictam domum ſine dicti habitatoris voluntate; liceat dicto habitatori dictum ingreſſum occidere impune, vel vulnerare, vel derobare ipſo iure. & ſi ſibi placuerit capere, & eum in forciam Poteſtatis Ferrariæ deducere, ut de eo iuſtitia fiat, quem volumus puniri debere pecunialiter, & perſonaliter Poteſtatis arbitrio, inſpecta conditione perſonarum, & cauſa, ex qua ille domum illam fuerit ingreſſus. & ſi capi nõ potuerit, teneatur Poteſtas ad petitionem inuenientis contra eum procedere. & puniatur modo ſupraſcripto, nullo iuris ordine ſeruato: & ad probandum talem inuentum eſſe, & fuiſſe mortuũ in domo, admittantur teſtes domeſtici, & de familia ipſius occidentis, & reperientis.

Pœna facientis inſultum ad domum alicuius de die. LXXX.

QVia domus vnicuiq; tutum debet eſſe refugium, ideo ſancimus ꝙ ſi quis inſultum in aliũ fecerit de die cum armis vetitis ad domum, vel in domo, ſeu apotheca propria, vel conducta, vel iuxta, vel prope per decẽ pedes cõmunis Ferrariæ domum ſuȩ habitationis, vel ſub porticu domus, vel in oſtio eius, condemnetur in libris quinquaginta march. Si vero ſine armis, condemnetur in libris xxv. march. & hoc ſi in dicto inſultu nulla fuerit facta percuſsio. Si vero ex eo percuſſio ſequatur, alias pœnas vnà cum ſupraſcriptis in alijs ſtatutis appoſitas locum ſibi volumus vendicare.

Pœna facientis inſultum alibi quam ad domum de die. LXXXI.

SI quis alium inſultauerit alibi quam ad domum ſuæ habitationis, vel prope, vt in proximo ſtatuto cum armis vetitis, & de die; condẽnetur in libris. xxv. march. Si vero ſine armis, condemnetur in libris xv. march. & hoc ſi nulla percusſio ſequuta fuerit: Si autem fuerit ſubſequuta percusſio, dictis pœnis, & alijs præſentibus ſtatutis incluſis eum puniri volumus: quas pœnas duplicari mandamus, ſi prædicta in mercato, vel in cõſilio extra plateã, vel in concione fuerint perpetrata.

Et

Et hæc locum habeant, ſi vnus inſultum fecerit. Si uero duo, uel plures appenſatè, ſiue ex propoſito id fecerunt, puniatur quilibet eorum in pœnis prædictis duplicatis. & ſi in platea, uel eius cõfinibus, uel ad domum id factũ fuerit, uel in eccleſijs, alijs ſtatutis ſatis prouiſum eſt.

Pœna facientis inſultum tempore noctis. *LXXXII.*

SI quis inſultum fecerit de nocte, poſt primam horam noctis cõtra aliquem cum armis uetitis, uel cum aliquo inſtrumento, uel materia offenſibili, ſi percuſſerit ſiue cum ſanguine, ſiue ſine ſanguine, amputetur ſibi manus dextera; ſi non percuſſerit, puniatur quattuor ictibus funis de die dandis, ut aliorum ſit exemplũ, & in libris quinquaginta fiſco applicandis: ſi ſine armis, & ſine aliquo alio inſtrumento, uel materia, ſiue percuſſerit, ſiue non, puniatur in libris quinquaginta march. firmis remanẽtibus in omni caſu alijs pœnis per ſtatuta noſtra impoſitis, & poſsit procedi in dictis caſibus, & quolibet eorum per inquiſitionem per Poteſtatem Ferrariæ, & eius curiam.

Pœna ſtercorizantium, & deturpantium oſtia tempore nocturno. *LXXXIII.*

STATVIMVS q̃ ſi quis tempore nocturno deturpauerit, dehoneſtauerit, ſeu ſtercorizauerit oſtia, ſeu parietes alicuius domus in ciuitate, burgis, & comitatu Ferrarię, pingendo etiam in eis oſtijs, & parietibus aliquas inhoneſtates, ut puta præputia, cornua, & huiuſmodi, uel ſimilia; uel ante oſtium alicuius furfur, aut aliam aliquam rem ſeminauerit, cadat in pœnam librarum quinquaginta march. applicandarum pro dimidio maſſariæ Ducali, pro alio uero dimidio accuſatori, & in pœna ictuum trium funis. Si quis uero prædicta, aut aliquod prædictorum tempore diurno cõmiſerit, cadat in pœnã lib. xxv. march. ut ſupra applicandarum. Si quis uero laruatus, uel non laruatus tempore diurno aliquem in faciẽ, uel in perſonam uerberauerit eum deturpando, inhoneſtando, ſiue ſtercorizando, uel aliter quomodocunq; eum cum ſtercore deturpauerit, ut puta iaciendo in eum aliquid plenum ſtercore, uel ipſum ſtercus, cadat in dictã pœnã lib. quinquaginta mar. applicañ. ut ſupra, necnõ ictuum trium funis: ſitq; in arbitrio Illuſtriſs. Principis, & Excellentiſs. dñi noſtri, dñi Ducis augere, & minuere huiuſmodi pœnas inſpecta qualitate facti, loci, & perſonarum.

Pœna fran-

Pœna frangentium oſtia, & feneſtras. LXXXIIII.

NVllus audeat oſtia, vel feneſtras cuiuſcunq; qualitatis ſint domus alterius frangere, aut frangi facere, vel proijcere, aut in terram proijci facere, vel aliter de loco ſuo contra habitantis voluntatẽ in iniuriam eius mouere, aut moueri facere: pœna cuilibet contrafacienti librarum vigintiquinque march. ſi de die prædicta, vel aliquod eorum facta fuerint. Si vero de nocte, ſupradicta pœna duplicetur, applicanda in vtroque caſu pro dimidio iniuriam paſſo, & pro alio communi Ferrariæ.

Pœna percutientis cum armis vetitis. LXXXV.

PErcutientes alium cum armis vetitis, & ſanguinis effuſione, in bãno perpetuo poni volumus de ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, de quo nunquã extrahi poſſint, niſi pacem habuerint ab offenſo, vel eius hæredibus: quos etiam condemnari mandamus in libris quinquaginta march. pro quolibet vulnere, & pro armis, & in eorum amiſſione. Forenſem vero, qui percuſſerit ciuem, vel habitantem, vel diſtrictualem ciuitatis Ferrariæ condemnari volumus banno perpetuo, & in libris trecentis march. pro quolibet vulnere, & pro armis, & in eorum amiſſione. & capiatur forenſis, & quilibet alius percutiens quolibet tempore ante condemnationem, præcedentibus indicijs ſecundũ ſtatuta noſtra: & poſtea captus de carceribus non relaxetur, donec cõdemnationem perſoluerit, & pacem cũ offenſo habuerit, vel de ipſius offenſi voluntate proceſſerit. & ſi delinquens captus nõ eſſet, condemnari vt ſupra, & banniri volumus de ciuitate Ferrariẹ & eius diſtrictu: de quo banno exire non poſſit, niſi pacem habuerit ab offenſo, & ſi cõdemnationem perſoluerit. Has pœnas inducimus duplicatas, ſi prædicta fuerint cõmiſſa veniendo, vel redeundo ad reddẽdum teſtimoniũ vel ſi percuſſor oſſum fregerit, vel membrum debilitauerit, vel faciẽ deformauerit cum cicatrice perpetuo remanſura. Si vero membrum aliquod euulſerit, vel abſciderit, vel penitus inutile reddiderit, condemnetur in libris centum marc. pro dimidio fiſco applicandis, & pro alio dimidio parti offenſẹ & in tribus ictibus funis, vltra alias pœnas. Si aũt cum armis percuſſerit ſine ſanguinis effuſione, condemnetur pro armis ſecundum formã ſtatuti loquentis de pœna portantium arma vetita, & in libris xxv. march. fiſco applicandis, non derogantes per hoc ſtatutis loquentibus de alijs, vel maioribus pœnis.

Pœna

Pœna percutientis cum baculo, lapide, vel alio fuſte, manu, vel pede, vel alio inſtrumento. LXXXVI.

SI cum baculo, vel alio quocunq; fuſte, vel alia re, vel lapide, quæ tamen non ſint de armis vetitis, quis alium percuſſerit, ſanguinẽ non faciendo, nec oſſum rumpendo, nec faciem deformando, nec membrum debilitando, libras decem ærario noſtro perſoluat. Quam pœnã duplicamus, ſiue quis ſanguinem fecerit, ſiue tumefactionem, quam oportuerit abſcindere, ſiue oſſum ruperit percutiendo, ſiue membrũ debilitauerit; niſi aliter viſum fuerit Poteſtati: qui inſpecta conditione perſonarum, qualitate, quantitate delicti, & percuſsionis, atque loci, poſsit in vnoquoque caſuum prædictorum, & infraſcriptorum augere dictam pœnam pro arbitrio ſuo: quam ſi ille ſoluere nõ poterit, luat in corpore. non tamen poſsit procedi per inquiſitionem, niſi oſſum ruperit, vel membrum debilitauerit, & in alijs caſibus infraſcriptis. Si vero faciem deformauerit, vel oculum euulſerit, aut aliquod membrum inutile reddiderit, puniatur vt diximus in præcedenti ſtatuto. Et etiam ſi prædicta commiſſa fuerint in eccleſia, vel in domo habitationis percuſsi, aut prope domum per decẽ pedes, vt ſupra in alio ſtatuto de inſultu, aut ſub porticu eius, ſoluat pœnam pecuniariam duplicatam: ſed ſi manu, pede, dente, vel pugno percuſſerit, etiam ſi non ceciderit in terram, vel ſpinxerit ita, vt quis ceciderit, ſanguinem ibi faciendo, libras decem march. perſoluat: ſi ſanguinem non fecerit libr. quinque march. quas etiam pœnas duplicamus, ſi fuerint in locis ſupraſcriptis perpetrata delicta.

Pœna decapillantis, vel ſcorlantis, vel capucium accipientis, vel manum ad dorſum alicuius ponentis. LXXXVII.

SI quis aliquem decapillauerit, vel capucium, aut biretum iniurioſè de capite alicuius acceperit, vel deiecerit, vel eum ſcorlauerit, vel aliter per iniuriam ad dorſum alicuius manum poſuerit, in libris quinque march. condemnetur fiſco applicandis. quę pœna duplicetur quoties in platea, aut eccleſijs, vel in publica concione, aut palatio iuris prædicta fieri contingerit, vel aliquod eorum.

Pœna dicentis verba iniurioſa alicui. LXXXVIII.

SI contra aliquem etiam abſentem quis verba iniurioſa protulerit, dicendo q eſt vnus becchus, vel meretrix, vel lena, vel vacca, ſi eſt fœmina, vel proditor, vel fur, ſeu latro, & leno, vel homicida, aſſaſsinus, vel falſarius, vel ei improperando mortem patris, vel aui, vel fratris, vel matris, vel alterius ſui propinqui, vel alia verba his ſimilia, cõdemnetur in libris decem march. Pro alijs vero quibuſcunq; verbis iniurioſis pœna librarum quinque march. ſufficiat. In prædictis autem caſibus poſsit Poteſtas pro arbitrio ſuo, inſpecta conditione perſonarum, & qualitate delicti, ac loci, pœnas prędictas etiam notabiliter augere, dummodo non excedat quantitatem librarum centum march. non præiudicando per pœnas prædictas iuri ciuiliter agendi.

Pœna portantium arma vetita per ciuitatem Ferrariæ, vel burgos, & quæ ſunt arma vetita. LXXXIX.

DEFERENTES de die arma vetita ad offenſionẽ tantum, vel ad offenſionem, & defenſionem ſimul, per ciuitatem Ferrariæ, vel burgos, multati ſoluãt libras decem march. pro quolibet armorum genere, & arma perdant communi applicanda; niſi iuerint de noſtro diſtrictu ad alium diſtrictum, vel de alieno diſtrictu redierint, ſaluis tamen infra dicendis ſub titulo, de licentia portandi arma conceſſa ciuibus. Deferentes vero de die arma ad defenſionem tantum, ſoluant cõmuni libras quinque pro quolibet armorum genere, nec perdãt arma. Arma autem ad defenſionem ſunt hęc, videlicet cerueleria, celata, colarium, panceria, lamma, coracia, coracina, rotella, brachialia, guanti ferrei, gamberiæ, ſchineriæ, ſcarpæ ferreæ, & his ſimilia. Arma ad offẽſionem vetita ſunt hęc videlicet, cultellus cum puncta longior ſemiſſe vltra manubrium, cultellus à ferire, lãcea, lanzonus, bordonus, dardus, ſpatha, ſiue enſis, fachinus, cathelana, brochaleus, parmeſana, arcus cum ſagittis, baliſta, aut ſtamberluna cũ ſagittis, forconus, & forchetta de ferro, ſpontonus, ronchonus, & ronchetta ferrea, ſpetus amplus, & etiam ſpetus à carnibus, manaria cremonenſis, falzonus à cauezo, clauus amolatus, ſtochus, & ſtochertus quadratus, & cuiuſcunq; maneriti, trãsferſius, aza, maza ferrea, manareta à becho, manareta ſine becho, baſtonus de ferro, ſeu plumbo, plumbinus, ballota ferrea, ſiue plũbea, ſiue lapidea, ſiue de alio metallo, giauarina, giauarotus, sbirus,

media

media lancea,tabulatius ferratus, ſtilus,ſtiletus,pugnaletus,dagheta, alabarda,ſchiopetrus,arcusbuſus, & his ſimilia. Has quidem pœnas pecuniarias tantum duplicamus: ſi quis de nocte arma prædicta ſine lumine portare fuerit inuentus, & captus, vel ſi per duos teſtes idoneos probaretur de portatione armorum. Quia tamen ſclopi lapidei ſunt arma valde nocibilia. ideo mandamus q; nullus audeat eos portare,vel portari facere, ſub pœna vltra prædictas pœnas quattuor ictuum funis. Solent autem Principes noſtri ex cauſa, vel ex tempore,prout de prædictis plura apparent edicta, pœnas prædictas ampliare, & variè diſponere. Quæ omnia, ſi id fieri contigerit, obſeruari mandamus.

Pœna portantium arma vetita per palatium, vel plateam. X C.

PORtantes arma vetita per palatium iuris communis Ferrariæ, vel ſubtus palatium,vel in domo,in qua Poteſtas habitat, vel in cōcione,uel in platea,& eius confinibus in libris quindecim marc. penitus condemnentur,& in armorum amiſsione.

Pœna ruſtici, & forenſis portantis arma. XCI.

RVSTICOS, & forenſes omnino arma uetita portare prohibemus, ſiue ad defenſam, ſiue ad offenſam;niſi ruſticus ille ſit cuſtos terrarum,& uinearum, vel camporum,vel aquarum,vel niſi ſit cauarzellanus,vel batifangus,qui tantum pro ſuo officio portent,ſub pœna librarum viginti march. communi applicanda,& amiſsionis armorū: niſi irent ad alienum diſtrictum,vel de alieno diſtrictu redirent. & cōtra prædictos procedatur per Poteſtatem Ferrariæ tam ex denuntia iuratorum,q̃ ex accuſatione, ſeu denuntiatione facta per quamcunq; perſonam,& alio quocunq; modo.

Pœna portantium, vel tenentium arma in aliqua congregatione. XCII.

STATVIMVS,& ordinamus q nulla perſona comitatina,ſeu exercēs opera ruſticalia,aut continuè habitans in burgis, ſeu villis diſtrictus Ferrariæ cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat

portare

portare arma ad aliquam congregationem, nec tenere arma in qualibet congregatione perſonarum, ſeu triuio, aut quadriuio, nec in aliquo alio loco, in quo, ſeu qua fiant nuptiæ, vel tripudia, vel feſtiuitates, aut ludi; etiam ſi talis perſona habeat licentiam portandi liberè, & impune dicta arma à quocunq; officiali, vel etiã à Principe noſtro niſi expreſsè in licentia derogatum eſſet per Principem ipſum huic ſtatuto; ſub pœna librarum vigintiquinq; march. & perdendi arma applicanda maſſariȩ communis Ferrariȩ, & ſecundum ſtatuta noſtra. Et quilibet poſsit eſſe accuſator, & denuntiator, & tenebitur ſecretus ſi voluerit, & lucrabitur dimidium dictæ pœnȩ, ſi illud probauerit per duos teſtes, quod denuntiauerit.

Pœna portantis baſtonum groſſum, vel cum eo percutientis. XCIII.

NON audeat, vel præſumat quiſquam portare per ciuitatem Ferrariæ, vel eius diſtrictum, aliquem baſtonum aptum ad nocendũ alteri, adeo groſſum ꝙ ingredi non poſsit per annulum ferreum, qui infixus ad tribunal Poteſtatis hac de cauſa demonſtratur, ſub pœna librarum trium marc. fiſco applicanda. Si quis autem cum eo alium percuſſerit, non condemnetur tanquam ſi cum armis vetitis percuſſerit, ſed alio fuſte, vt ſuperioribus ſtatutis continetur.

Pœna percutientis cum ſagitta, vel balotta ferrea. XCIIII.

SI quis cum ſagitta ferrata, vel bolzono non ferrato, vel balotta ferrea, vel plumbea, vel terrea dolosè alium percuſſerit cum ſanguinis effuſione, arcu, vel baliſta ſagittando, vel balottaria, & zarabotana, vel alio inſtrumento proijciendo balottas, pro pœna libras vigintiquinq; march. perſoluat. Si vero eum non percuſſerit, ſed animo percutiendi in alium ſagittauerit, librarum quindecim march. pœna puniatur. quam pœnam patiatur, etiam ſi ſanguis non exiuerit: has duplicari volumus, ſi extra domum exiſtens, aduerſus alium in domo exiſtentem, vel ad feneſtram prȩdicta commiſerit. Et ſi membrum debilitauerit, vel inutile reddiderit, aut faciem deformauerit cum cicatrice perpetuo remanſura, aut maius damnum intulerit, pœna in alijs ſtatutis ſibi locum vendicet.

De licentia portandi arma conceſſa ciuibus, & quibuſdam alijs. XCV.

PRAESENTI edicto concedimus ciuibus Ferrariæ, qui tamen opera ruſticalia non exerceant, & ſuis familiaribus licentiam impune omnia arma portandi etiam vetita, præter ſclopos lapideos, & ballottas ferreas, vel terreas, eundo de ciuitate ad villam, aut ad terras, vel vineas ſuas poſitas in burgis etiam, vel redeundo, vel de vna villa ad aliam, vel ibi itinerando. Licentiã etiam concedimus brentatoribus, & romeis portandi bordonos, & magiſtris lignaminis portandi manariam, & alia ferramenta ad eorum artem neceſſaria; & becharijs portandi cultellos, & falzonos pro ſua arte opportunos: & laboratoribus vineatũ, & ruſticis, qui ſuos cultellos putatorios, & alia ferramenta ad agriculturã apta ſine fraude portare poſſint, eundo, ſtando, vel redeundo à laborerijs ſuis, & hæc omnia tempore opportuno ſolum. & forenſibus tranſeuntibus dum veniunt ad hoſpitium, vel inde recedunt. & hoſpites teneantur cuilibet ſuo hoſpiti denuntiare, ne portet aliter arma vetita per ciuitatem Ferrariæ: quod ſi non fecerint, condemnentur ipſi hoſpites in libris tribus marc. ſi hoſpes eorum ex hoc damnum fuerit paſſus. Cultellos autem putatorios poſſint ruſtici quocunq; loco, & tempore portare. Poſſint etiam aduocati, procuratores, & notarij cum eorum famulis portare quæcunq; arma vetita, præter ſclopos lapideos, & ballottas terreas, aut ferreas, & arma inhaſtata impune per ciuitatem, extra ciuitatem autem, vel per ciuitatem dum ſunt in via eundi extra ciuitatem, poſſint etiam arma inhaſtata portare cum eorum famulis vt ſupra: cum merito propter exercitium eorum dignum ſit eos priuilegiatos eſſe. & huic priuilegio non intelligatur in futurum per quæcunque verba derogatum, niſi in indiuiduo de eo mentio facta eſſet.

De vitijs carnis, & primo de pœna agentium contra naturam. XCVI.

QVONIAM frequẽtiora ſunt vitia carnis, & quaſi naturali iure hominibus inſita, ideo acrioribus pœnis vindicanda ſunt, vt quo facilius, & frequentius ad ea trahuntur delinquentes, tanto magis ſint acerbitate pœnarum penitus retrahendi. Vitium igitur ſodomiticum, quod quantum Deo odioſum ſit, adhuc veſtigia furoris eius mon-

monſtrantur in terris, in primis coercentes, hac ſalubri lege præcipimus, ne quis audeat, vel prçſumat cuiuſcunq; ſtatus, & cōditionis exiſtat, ſiue maſculus, ſiue fœmina tale horrendum facinus, & ſcelus perpetrare. Quod ſi ſpreto Dei iudicio, ac mandatis noſtris commiſerit, laqueo ſuſpenſus ita q̃ moriatur, ſtatim igni concremetur; & omnia eius bona fiſco applicentur: in quam pœnam incidat quicunq; domum, vel aliud quodcunq; auxiliũ, conſiliũ, & fauorem prçſtiterit ad illud ſcelus committendum. Patiens vero citra mortem, & membri abſciſsionem puniatur arbitrio Poteſtatis habita ratione an volens, vel inuitus, aut deceptus paſſus fuerit. Et quilibet poſsit de hoc vitio eſſe accuſator, vel denuntiator, dummodo de hoc ſufficientia prçbuerit indicia, & demonſtrationes de accuſato, vel denuntiato prædicto; & ſequuta codemnatione delinquentis, lucretur dimidium bonorum ipſius vſque ad libras ducentas march. ſi autem minus fuerit in bonis, ſuppleatur ei à maſſaria communis Ferrariç vſq; ad libras centum march. Ad hanc vero accuſationem, vel denuntiationem admittatur quilibet, qui huius deliđi particeps fuerit, excepto agente: & immunis erit à prçdictis pœnis, & lucrabitur vt ſupra eſt prçfinitum. Et confeſsio patientis perſeuerata conſtanter prçbeat ſufficiens indicium ad torturã, attenta & conſiderata conditione, & qualitate perſonæ, arbitrio Poteſtatis Ferrariæ. Eadem pœna puniatur quicunq; cum beſtijs coitum fecerit. Et ad defenſionem huius delicti non admittatur procurator, nec defenſor etiam ad prçparatoria iudicij, nec ad cauſas abſentiæ. Et quolibet anno in Kalendis menſis Ianuarij Poteſtas teneatur ſub vinculo iuramenti hoc ſtatutum facere publicari, & præconizari, prout iacet de verbo ad verbum, materno ſermone: & in prçdictis omnibus, & ſingulis procedi poſsit, & debeat per inquiſitionem. Admonentes quoſcunq; qui tam horrendi ſceleris ſodomitici conſcij fuerint, vt omnibus poſthabitis humanis reſpectibus quicquid ſciuerint, debeant Poteſtati Ferrariæ propalare, ne impuniti tranſeant tam horrenda crimina admittentes, nulla prçſcriptione temporis in tam graui delicto attendenda.

Pœna committentis coitum inceſtuoſum. XCVII.

SI inter filium, & matrem coitus horrendus factus ſit, vterq; laqueo ſuſpenſus, ita q̃ moriatur, ſtatim igni comburatur. idem ſi pater cũ filia, aut nepte, aut deinceps aliquis cũ beſtijs coitũ fecerit. Idem etiam ſi frater cum ſorore coitũ habuerit. Et in quolibet prçdictorũ caſuum

bona omnia eorum confiſcentur, filiam autem & cæteras deſcendentes à tali pœna excuſamus. ſed citra mortem puniantur arbitrio Poteſtatis. Inceſtum vero alio quocunque modo commiſſum realiter, & perſonaliter, citra mortem tamen puniri mandamus; prout Poteſtas Ferrariæ exiſtimauerit qualitate facti, & conditione perſonarum inſpecta; & à præſcriptione ſtatutaria huius delicti cognitionem, & inquiſitionem excludimus.

De tempore, intra quod deponi debent querimonia mulierum raptarum, & carnaliter cognitarum. XCVIII.

OMNES querimoniæ de raptu mulieris, accuſationes, & denuntiationes violenter, & etiam voluntariè carnalis cognitionis per ſtatuta noſtra prohibitæ, exceptis contentis in duobus præcedentibus ſtatutis, quibus nullum tempus præfigimus, fieri poſsint, & debeant, ac deponi intra duos menſes continuos, ex quibus illa delicta fuerint perpetrata. & nemo poſt dictum tempus audiatur, nec Poteſtas, nec alius officialis ex officio ſuo, vel alio quouis modo, poſt dictum tempus ad inſtantiam alicuius perſonæ, etiam ex numeratis in proximo ſequenti ſtatuto, inquirere poſsit, nec aliam imponere pœnam delinquenti: & omnem proceſſum inde factum ipſo iure irritamus. Contra forenſes vero vnius anni ſpatio hoc tempus concludimus: poſsit tamen ipſe Poteſtas per inquiſitionem ex ſuo mero officio procedere de raptu per violentiam intra tempora in alijs ſtatutis limitata.

Quòd ſuper adulterio non procedatur per inquiſitionem ad inſtantiam alicuius, exceptis in hoc ſtatuto contentis. XCIX.

SVPER adulterio, aut ſuper alia mulierum nuptarum violentia, vel oppreſsione procedi per inquiſitionem ex mero officio, vel etiam ad inſtantiam alicuius omnino prohibemus; exceptis marito, auo, patre, fratre, vel alia perſona in proximo quarto gradu conſtituta, ad quarum perſonarum inſtantiam procedi poſsit. Si autem inter dictas perſonas eſſet differentia aliqua, præponatur maritus, & poſt ipſum proximior in gradu.

Pœna per vim cognoſcentis, vel rapientis mulierem. C.

QVicunq; ciuis ciuitatis Ferrarię, vel qui ſuſtineat onera in ciuitate Ferrariæ, vel forenſis fœminam per vim cognouerit virginem, viduam, vel nuptam, vel alterius conditionis honeſtè viuentem, vel eam rapuerit conducendo de loco ad locum contra eius voluntatem, ſiue eam cognouerit carnaliter ſiue non, ſi capiatur, capitis amputatione puniatur, ita quòd naturaliter moriatur. Et ſi non capietur, perpetuo banniatur, & bona ipſius hoc caſu publicentur; quorum medietas ſit fiſci, altera medietas ſit mulieris per vim cognitę, vel raptæ: & ſi quo tempore peruenerit in forciam communis, capite puniatur. Hac pœna puniantur omnes dantes auxilium, conſilium, vel fauorem ad prædicta; nec proſit pax raptoribus, & præbentibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem, & facta pro nulla habeatur ipſo iure, ac ſi facta non eſſet quo ad euitandam pœnam. Si vero mulierem per vim non cognouerit, neque rapuerit, ſed ipſam vi in terram proiecerit, vel ad alium actum cognoſcendi proceſſerit contra ipſius voluntatem, condemnetur in libris ducentis march. Quas ſi non ſoluerit intra menſem, amputetur ſibi vna manus: & ſimiliter condemnetur mulieri pro ſua iniuria Iudicis arbitrio, conſiderata conditione perſonæ, cui dicta iniuria fuerit illata: & hoc caſu pacem fieri concedimus: quã ſi delinquens habuerit ante condemnationem cum muliere, & cum proximiore ipſius, condemnetur tantum in libris quinquaginta mar. communi applicandis, & prædictis caſibus captus non relaxetur, niſi ſoluerit id, in quo fuerit condemnatus, vel condemnandus communi, & mulieri pro ipſius iniuria.

Pœna ruſtici mulierem rapientis, vel cognoſcentis. C I.

SI quis ruſticus, ſeu opera ruſticalia faciens, ſeu perſona quæ ſuſtineat onera aliqua villarum diſtrictus Ferrariæ, & quæ non ſit ciuis dictæ ciuitatis aliquam mulierem rapuerit, violauerit, ſeu ſtuprauerit, aut rapere, violare, ſeu ſtuprare tentauerit virginem, viduam, nuptã, ſeu alterius conditionis honeſtè viuentem, ciuem, ſiue ruſticam, cognoſcendo, vel non cognoſcendo, dicta muliere volente, vel nolente capite truncato puniatur; & omnia eius bona fiſco applicentur, ſiue venerit in fortiam cõmunis Ferrariæ, ſiue non. & ſi delinquens fuerit filiusfamilias, quo ad bona procedatur, & fiat, ac publicẽtur ipſa bona,

prout diximus ſupra ſub titulo.de pœna filijfamilias homicidium, vel raptum committentis:nec pacem fieri aliquo modo concedimus.quę ſi facta fuerit, inanis, & pro infecta habeatur quo ad euitandam pœnam:fœmina vero ruſtica,ſi conſenſerit,fuſtigetur, & amittat dotem conſtitutam,vel conſtituendam,applicandam marito,vel patri,aut dotem ipſam conſtituenti,ſi maritum non habuerit. Si autem fœmina ſine voluntate patris, aut ſuorum proximiorum acceſſerit ad domum alicuius animo,& intentione contrahendi matrimonium,vel ſtuprũ, vel adulterium committendi, etiam ſi matrimonium non contraxerit,vel ſtuprum,vel adulterium non commiſerit, vterq; fuſtigetur, & ponatur ad berlinam die,qua fit mercatum in ciuitate Ferrariæ,& ibi ſtet arbitrio Iudicis maleficiorum.Si vero fuerit talis acceptans pater & caput familię,tunc caput familię condemnetur in libris centũ mar. applicandis fiſco,ſi ſtatim ſciens cum effectu non expulerit de domo, & familia vtrunq; ipſorum, remanente firma pœna prædicta. Et teneatur cauarzellanus intra dies ſex denuntiare prædicta ſic commiſſa Poteſtati Ferrariæ,ſub pœna librarum vigintiquinque march.de ære ſuo fiſco perſoluenda. quæ omnia extendimus contra prębentes auxilium,conſilium, & fauorem ad prædicta committenda.

Pœna mulieris nupta ſua voluntate per alium cognita. CII.

SI mulier nupta ſua voluntate per alium virum cognita fuerit,igne concremetur ita ꝙ moriatur, ſi viro ſuo placuerit: de qua viri voluntate,vel noluntate apud acta conſtare debeat. ꝙ ſi eã comburi noluerit, cogatur ad petitionem mulieris eam in domo retinere,& vtroque caſu mulier ipſa dotem perdat ipſo iure, & facto marito applicandam,donec vixerit,reſeruandam filijs communibus,ſi extiterint poſt ipſius mariti mortem. Si vero nulli extiterint filij communes, ſit ipſa dos hæredum mariti.

Pœna mariti,patris,matris,vel alterius conſanguinei conſentientis fœminas ſuas inhoneſtam vitam ducere. CIII.

ITEM pro obſeruanda perſonarum honeſtate,& opprimenda licentia delinquendi, ſtatuimus ꝙ ſi aliqua fœmina inhoneſtam vitam duceret, & ſe carnaliter cognoſci pateretur ab alio, quam à viro ſuo, ſi conſenſus mariti affuerit, maritus ipſe ducatur ſuper vna carretta

cum

cum duobus cornibus hirci, ſiue bouis in capite, per loca publica ciuitatis Ferrariæ. Si vero fuerit pater, mater, vel frater, vel alius conſanguineus dictæ fœminæ, in cuius gubernatione, & cuſtodia eſſet dicta fœmina, qui conſenſerit, aut paſſus fuerit mulierem, & talem fœminã ſe carnaliter cognoſci facere à pluribus, & diuerſis perſonis, ponatur ad berlinam, & ibi ſtare debeat arbitrio Poteſtatis Ferrariæ.

Pœna cognoſcentis mulierem carnaliter voluntariam. CIIII.

SI quis mulierem cognouerit carnaliter de ipſius voluntate, & conſenſu, quem conſenſum interceſsiſſe intelligimus, niſi de violentia cõſtiterit, q̃ vidua ſit, vel nupta; ſi fuerit mulier vilis cõditionis, ſeu ſtatus, vt puta pediſſequa, ſeu famula, vel ſeruiens alterius, vel quæ aliàs per domos alienas perambulando, & ſeruiendo quęrat ſibi victum, ſoluat communi Ferrariæ libras quinq; march. & marito ipſius mulieris tantumdem: & mulieri non nuptæ, ſi eam nubere contigerit, libras decem, prętandas ei tempore quo nubet, de quibus pręſtet idoneam, & locupletem fideiuſsionem, & tantundem ei, in cuius domo prædicta fuerint perpetrata pro eius iniuria. Si vero mulier, de qua ſupra fuerit virgo, vel habita pro virgine communi opinione viciniæ, teneatur illam dotare de libris centum march. & ille in cuius domo habitat prędicta virgo, non teneatur ad aliquam dotem, vel mercedem præſtandam prædictæ mulieri, niſi de eius conſenſu proceſſerit. Et ſi fuerit dominus, ſiue patronus, vel is, in cuius domo habitabat, cõdemnetur ad dotem duplicatam, & ad libras quinquaginta march. cõmuni Ferrariæ applicandas. Si autem fuerit mulier alterius aliqualiter honeſti ſtatus, quæ intra domum ſibi ſufficiens ſit ad ea quæ ſibi neceſſaria ſunt ad victum, condemnetur communi Ferrariæ in libris viginti quinque march. & in totidem marito, & in totidem mulieri non nuptæ, etiam ſi eſſet virgo, vel habita pro virgine, pręſtandis cum fideiuſsione vt ſupra. Si vero fuerit mulier honeſtioris ſtatus, & conditionis, condemnetur communi Ferrariæ in libris quinquaginta marc. & in libris centũ march. marito, niſi proceſſerit de eius voluntate, & in totidem mulieri non nuptæ, etiam ſi eſſet virgo, vel habita pro virgine, pręſtandis cum fideiuſsione idonea vt ſupra. Si autem fuerit mulier dignioris cõditionis, & ſtatus, condemnetur communi Ferrariæ in libris centum march. & marito in libris ducentis march. & in totidem mulieri non nuptæ, etiam ſi eſſet virgo, vel habita pro virgine, præſtandis cum fideiuſsione

deiuſsione idonea vt ſupra. Et in nullo prędictorũ caſuum is,ad quem onus dotandi dictam mulierem ſpectat, teneatur ad aliquam dotem pręſtandam ipſi mulieri,ſi cognoſcens carnaliter eam fuerit ſoluendo dotem, quam iuſsimus dari mulieri:in qua mulier fiſco præferatur. Si autem non eſſet ſoluendo, tunc is, ad quem onus dotandi ſpectat, teneatur ſolum ad dimidium eius, quod ex cauſa dotis de iure dari opor tuiſſet,aut ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum, niſi ipſa mulier deliquiſſet maior vigintiquinq; annis. Et ſi delinquens in quocunque prædictorum caſuum non poterit ſoluere pœnas prædictas integraliter, luat in corpus arbitrio Poteſtatis, conſideratis qualitate caſus, & conditione perſonarum. Qualitates vero, & ſtatus mulierum Poteſtas vnà cum Syndico palatij arbitretur,prout diſcretè,& diligenter à vicinis,& notis potuerit informari. Si quis autem prædicta commiſerit, & mulierem volentem de loco ad locum conduxerit extra domũ illius,cũ quo mulier habitabat;ita ꝙ mulier illa omnino de domo aufugerit,prædictas pœnas aduerſus eũ duplicari iubemus. Mediatores autem,& lenones cuiuſcunq; ſexus, prædictis pœnis, & pœna fuſtigationis puniri iubemus. Si quis autem ſclauam, vel ſeruam quę non ſit liberi ſtatus violauerit,aut corruperit, vel cognouerit carnaliter, ſiue in domo domini,ſiue extra;condemnetur ad pretium ſclauę,quo empta fuerit,ſoluendum domino: & ſclaua nihilominus remaneat in poteſtate, & ſeruitute domini. Et ſi fuerit dominus, & eam contra eius voluntatem cognouerit, condemnetur in libris viginti march. fiſco applicandis: & credatur ſacramento ſclauæ cum alijs indicijs veriſimilibus arbitrio iudicantis,cõtra eum,qui eã cognouerit,corruperit, vel uiolauerit. In quibus omnibus caſibus prædictis poſsit procedi ad denuntiam,vel accuſationem eius,cuius intereſt principaliter, & etiam per inquiſitionem.

Pœna eius qui occulte accepit vxorem, & mulieris quæ occulte fuerit deſponſata. CV.

NVLLVS homo de ciuitate, & diſtrictu Ferrarię occultè accipiat vxorem minorem vigintiquinq; annis: & intelligatur occultè, & clandeſtinè vxorem accipere,qui aliquam ſubarrauerit, etiam per ver ba de futuro, vel deſponſauerit etiam per verba de pręſenti & quoquo modo matrimonium contraxerit,vel conſũmauerit,ſine expreſſo con ſenſu, licentia, vel pręſentia patris talis mulieris; ſi patrem habuerit

ſanæ

ſanæ mentis in ciuitate Ferrariæ vel diſtrictu, uel fratrum, ſi fratres habuerit vnum, vel plures ſanæ mentis, vel aui paterni ſanæ mentis, ſi patrem, vel fratres non habuerit, vel patrui ſanæ mentis, ſi nemi-nem ex prædictis habuerit, vel duorum proximiorum, & digniorum attinentium ex parte patris, maiorum annis vigintiquinq; ſi plures ha buerit, vel vnius ſi vnum tantum habuerit. Et hoc ſi patrem, fratres, auum, aut patruum non habuerit. qui ſi in diſcordia fuerint, iudicis terminationi ſtetur. Et hoc faciat prędictus deſponſans de die publicè præſentibus teſtibus idoneis. contrafaciens fiſco perſoluat libras cen tum quinquaginta march. & id plus, quod Poteſtati placuerit vſq; ad libras ducentas march. & in banno ponatur: de quo exire non posſit, niſi ſoluerit dictam pœnã, & libras quinquaginta march. patri, fratri-bus, auo, & aliis attinenribus, pro eorũ iniuria. Teſtes autem, qui prædictis interfuerint, in libris quinquaginta march. pro quolibet eorũ puniantur. Notarium autem, & alium quemuis, qui exinde notã, vel chartam fecerit, aut verba contractus protulerit, pœna librarum cen tum march. damnamus. Mulierem autem minorem vigintiquinque annis, quæ ita occultè, ſiue clandeſtinè nupſerit, ſeu matrimoniũ, vel ſponſalia contraxerit, ſi in poteſtate patris, uel aui, uel alterius aſcen-dentis fuerit conſtituta, ipſo iure priuamus omni paterna, & auita ſub ſtantia, & omni ſua legitima portione. ſi uero pater, uel is, in cuius po teſtate erat, iam deceſſerit, & ipſa intra terminum, infra quem frater, uel alius propinquus talem ſororem, uel propinquam maritare tene-tur, præfixum à ſtatuto poſito ſub titulo, infra quãtum tempus maſcu-li excludentes fœminas in ſucceſsionibus eas dotare teneãtur, prædi-ctum matrimonium, ſeu ſpõſalia contraxerit: ſimili modo dote cõſti-tuta, vel cõſtituenda, & quolibet iure legitimę dictam mulierem priua mus: quæ omnia applicamus ei, qui iniuriam hãc receperit. Et ſi poſt tempora prædicta marrimonium, vel ſpõſalia, vt ſupra cõtraxerit, an-te tamen vigeſimum ſecundum annum completum; tunc frater, vel propinquus falcidiam ſimplicem illi ſoluere teneatur: alia autem fal cidia, quæ ſoluenda erat, penes fratrem, uel propinquum remaneat. Matres inſuper, & auias talium mulierum, quæ filiabus, vel neptibus taliter matrimonium, vel ſpõſalia contrahẽtibus præbẽt cõſilium, uel conſenſum, uiro, eodemq; patre puellæ, uel eius fratribus, aut alijs pro pinquis inſcijs, ignorãtibus, uel inuitis, ad quos onus maritãdi dictam puellam ſpectat; dotibus ſuis uiro datis, uel quas eſſent ab eo, aut eo iam defuncto, ab hæredibus uiri recepturæ, penitus priuamus: quæ

cedant

cedant lucro marito, vel eius filijs, vel hæredibus. Et ſi talis mater, vel auia iam dotem ſuam recepiſſent, tunc tantam quantitaté dictis propinquis perſoluat, quanta fuerit eius dotis quantitas. In quibus omnibus caſibus poſsit procedi per accuſá eius, cuius principaliter intereſt vel alterius cuiuſcunq;, & etiam per inquiſitioné, vel officiú Iudicis.

Pœna mulieris ciuis euntis ad domos alienas matrimonij, vel ſtupri committendi cauſa. *CVI.*

NVLLA mulier, ſiue vidua ſit, ſiue non nupta honeſtè viuens, cuiuscunq; conditionis ſit, audeat, vel pręſumat ire, vel tranſire ad domum, vel habitationem alterius perſonæ, animo, & intentione contrahendi matrimonium cum aliquo, vel ſtuprum committendi, etiá ſi matrimonium non contraxerit, vel ſtuprum non commiſerit. & intelligatur iuiſſe cauſa matrimonij, vel ſtupri cómittendi, ſi iuerit ad domum, & in domum alicuius perſonæ, contra quam laboret aliqua vehemens, aut legitima ſuſpicio pro ſtupro committendo, vel matrimonio contrahendo, de quo ſtetur arbitrio Poteſtatis Ferrarię. neque ſimiliter audeat ad domum, vel habitationem alterius ire, & ibidem matrimonium contrahere, vel ſtuprum committere, inſcijs, ignorantibus, vel inuitis illis, ad quos cura dictæ mulieris pertinebat. Et ſi contrafecerit, publicè fuſtigetur per ciuitatem, & perdat dotes applicandas ei, cui incumbebat onus dotandi; quas dotes habere ſperabat, ſeu conſequi, & petere poterat, vel habere debebat in bonis paternis, vel fraternis, vel alterius attinentis ſui. Et ſi talis mulier ab aliquo dotem non eſſet habitura, ſed ipſa ex ſuis bonis erat dotem datura, tunc bona eius omnia confiſcari volumus. Quorum medietas applicetur fiſco, alia medietas proximiori attinenti eius. Et quia matres, & auiæ dictarum mulierum, vt plurimum malam curam, & gubernationem habent de ſuis filiabus, & neptibus; volumus eas, ſi conſenſerint, & auxilium, vel fauorem dederint, condemnari in tanta quantitate, quanta debuit eſſe dos filiæ, vel neptis. Et ſi nó haberent tot bona, quæ pro condemnatione ſufficerent, tunc publicetur dos eius ſaluo iure mariti. Et prædicta omnia etiam vendicent ſibi locum in muliere conſentiente ſe rapi, & conduci ab aliquo.

Pœna mu-

Pœna mulieris matrimonium contrahentis cum forenſe. CVII.

NVLLA mulier ciuis, vel diſtrictualis Ferr. aliquo modo, ratione, vel cauſa audeat matrimonium contrahere, vel aliquē contractū ma trimonialem inire cū aliqua perſona, quę nō ſit ſubiecta iuriſdictioni, ſeu foro Poteſtatis Ferr. & quę nō ſuſtineat onera in dicta ciuitate, vel diſtrictu. Quod ſi fecerit, cōdemnētur ipſi cōtrahētes pater, fratres, & alij propinqui, & quilibet eorū in libris tribus millibus marc. applicā. pro dimidio cōi Ferr. pro alio dimidio camerę Illuſtriſs. dñorū Ducū noſtrorū, & perpetuo banniatur de ciuitate, & diſtrictu Ferr. quas pœ nas ipſo iure cōtrafacientibus infligimus. & eiſdē pœnis puniatur qui cunq; ciuis ciuitatis Ferr. & in ea habitans, qui forēſem duxerit in vxo rē, niſi proceſſerit de cōſenſu Principis noſtri aut Iudicis xij. ſapienţū cum ipſis duodecim ſapientibus Ferr. vel maiori parte eorum.

Pœna viri habentis vxorē, & aliam deſponſantis & econtra CVIII.

SI habēs vxorē, aliā deſpōſauerit, Poteſtas Ferr. eū puniat in lib. ducē ris marc. Simili pœna puniatur mulier maritū habēs, ſi ſe per alium fecerit deſponſare. Et hoc ſi carnalis copula nō interuenerit. Si autem interceſſerit inter eos copula, ille, vel illa, quę cauſam prędictis dederit & ſe ſine cōiuge finxerit, capite puniatur adeo ꝙ moriatur. Maſculus etiam teneatur dotare fœminam, ſi ipſa erat honeſtę vitę, & ignara ꝙ is aliam haberet vxorem, vltra prædictam pœnam capitis.

Pœna producentis, vel vtentis falſum inſtrumentum vel falſos teſtes, vel acta falſa. CIX.

SI quis ſcienter produxerit, vel produci fecerit falſum inſtrumentū, vel falſos teſtes in quacunq; cauſa ciuili, vel criminali, coram quocunq; Iudice, vel etiam arbitris, vel arbitratoribus electis in ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, quod manifeſtè ſit falſum, vel dictis inſtrumento, vel teſtibus vſus fuerit: quotquot fuerint inſtrumenta, vel te ſtes falſi, ſi tamen fuerint vna vice, & in vna cauſa producti, quamuis ſuper vno, vel pluribus articulis producantur, condemnetur in libris trecentis march. quas ſi ſoluere nequeat, amputetur ei manus, in qua minus poteſt: & tamen in omnibus prædictis caſibus perdat cauſam, ſiue actor fuerit, ſiue reus producens, vel produci faciens vel vtens, & ad omne damnum, & intereſſe partis teneatur. Ab hac pœna procura tores cauſarum excuſamus, niſi legitimè probatum fuerit eos ſcienter

pro-

produxiſſe. Et ſi quis pendente iudicio productis inſtrumento, aut actis, aut ſcripturis, aut teſtibus falſis, & publicato proceſſu intra decem dies à die productionis illorum, & à die publicationis atteſtationum, ſiue fuerit interrogatus an illis vti velit, ſiue non, proteſtatus fuerit ſe nolle vti prædictis, dictam pœnã euitet: dummodo non probetur eundem earum falſitatum auctorem, mandatorem, aut aliter inductorem extitiſſe. Si vero in iudicio interrogatus reſponderit illis ſe velle vti, conſtito de falſitate, puniatur vt ſupra. Quòd ſi talis vtens facta dicta interrogatione, & reſponſione, dicat ſe ignoraſſe falſitatem, & de ſua ignorantia conſtiterit, nullam pœnam patiatur, niſi habuerit tempus ad deliberatè reſpondendum, & reſponderit ſe velle vti: quo caſu ignorantia non proſit. Inſuper ad tollendas calumnias ſtatuimus ꝙ interrogans, ſeu interrogari inſtans ꝙ aliquis reſpondeat, an vti velit pro veris teſtibus, actis, ſeu inſtrumentis iuxta formã præſentis ſtatuti teneatur & debeat dicere & aperire, & manifeſtare partem ſeu actũ vel dictum præciſè, de quo ſeu per quem intẽdit redarguere de falſo: aliàs Iudex non poſſit nec debeat cogere aliquem ad reſpondendum interrogatorio.

Pœna deponentis falſum teſtimonium, vel falſum inſtrumentum facientis. CX.

QVICVNQVE in aliqua cauſa ciuili, vel criminali, vel etiam arbitrali falſum reddiderit teſtimonium ſcienter, lingua eius abſcindatur, & cum mitria in capite per ciuitatem conducatur; & teneatur ad omne damnum, & intereſſe partis, dummodo pœna mortis naturalis non veniret imponenda. Vbi vero pœna mortis naturalis eſſet imponẽda, tunc ſi tale quid falſò atteſtaretur, propter quod, ſi verum eſſet, pœna mortis naturalis eſſet imponenda, vel propter quod à pœna mortis naturalis contra iuſtitiam reus criminis eſſet abſoluendus; capite puniatur, ita ꝙ naturaliter moriatur: & idem ſit in conficiente acta publica, vel ea falſificante. Si vero inſtrumentum falſum fabricauerit, vel acta falſa cõfecerit, vel fieri fecerit, in libris quingentis march. condemnetur: quas ſi ſoluere non poterit, amputetur ei manus, in qua minus poteſt: & poſſit ẽt pœna augeri in perſona, cõſiderata qualitate delicti, & cõditione perſonę: & ſi talis ſcriptura falſificata, fuerit eius manu ſcripta, de cętero eius ſcripturis nulla adhibeatur fides. quę omnia ẽt intelligimus, ſi prædicta cõmiſſa ſint coram Poteſtate, Vicario,

vel

vel Iudice maleficiorum, vel alio quocunq; Iudice ad ciuilia, vel criminalia deputato, vel arbitro, vel arbitratore ex compromiſſo aſſum pto. Et dictum taliũ teſtium, vnius, vel plurium voce propria, vel alio quouis modo conuictorum, vel condemnatorũ de falſo præſentiũ, vel per contumaciã abſentium, in cauſa ciuili, vel criminali per viam accuſationis, vel inquiſitionis, vel alio quocunq; modo, non patrocinetur alicui producenti per ſe, vel alium; ſed quo ad cõmodum producẽtis pro irrito, & nullo habeatur dictum eius, ac ſi productus non fuerit, ſeu non depoſuerit: quantumcunq; producens ignorauerit eum, vel eos falſum depoſuiſſe teſtimonium, nec vigore dicti dictorum teſtium vnius, vel plurium poſsit ad aliquam ſententiam procedi contra aliquem faciendam: & ſi lata fuerit, non valeat ipſo iure. Et dictis caſibus ſententia lata contra ipſos teſtes vnum, vel plures præiudicet producenti, ipſo producente legitimè citato ſemel in principio cauſæ pro ſuo intereſſe; & ſi voluerit producens, admiſsis eius legitimis defenſionibus. Pendente autem cauſa criminali de falſo teſtimonio, vel falſo inſtrumento, vel actis falſis, vel vſu eorum, per viam accuſationis rantum, & non aliter, nec alio modo, ſuperſederi mandamus in cauſa ciuili, in qua prædicta falſitas fuerit commiſſa, donec criminalis fuerit per ſententiam terminata. Dummodo cauſa prædicta infra tres menſes expediatur à die porrectę accuſationis numerãdos. Quòd ſi elapſis dictis tribus menſibus cauſa criminalis non fuerit expedita, procedatur in cauſa ciuili, pendentia criminalis cauſæ, & aliqua inhibitione non obſtante: Suo tamen in robore manente cauſa criminali, & eius effectu, ſequuta ſententia condemnatoria pro dictis delictis, per quam ciuili præiudicari poſsit, vt prædictum eſt, non obſtante quòd in ciuili cauſa ſententia aliter lata foret. Si vero quis aliquam ſcripturam priuatam, vel librum, cui ex forma iuris ſtatutorũ, vel priuilegij fides daretur, ſeu ſemiplenã probationem, aut indicium facientem falſificauerit, vel falſam, aut falſum confecerit, condemnetur in libris ducentis march. cõmuni Ferrariæ applicãdis, & ad omne intereſſe partium quolibet caſuũ prędictorũ, & vt ſupra cauſam perdat: & de cętero eius ſcripturis non adhibeatur fides, nec etiam indicium faciant. & eiſdem pœnis puniatur producẽs priuatam ſcripturam & tot pœnis pecuniarijs puniatur, quot vicibus produxerit priuatam ſcripturam vnam, vel plures, vnica tamen pœna corporali pro omnibus irrogata, caſu quo corporalis pœna veniret imponenda. Addentes ꝙ nullo modo liceat appellare, vel de nullitate dicere, vel reſtitu-

tionem petere, etiam ex cauſa minoris ætatis ab aliqua interloquutione, vel grauamine inferendo in dicta cauſa falſitatis circa prædicta, vel quodlibet prædictorum.

De arbitrio Poteſtatis Ferrariæ in falſitatibus. CXI.

ET ſi duobus ſuperioribus ſtatutis in caſibus ibi poſitis prouiſum ſit: Quoniam tamen homo à via veritatis deuians, auaritiæ cæcitate reſperſus, & lucri cupiditate pollutus, multiplici via in crimen labitur falſitatis, vnde ſeueritatis virga tanto ſeuerius eſt in falſarios extendenda, quanto iudiciorum rectus vigor eluditur, & Iudicis rectum contaminatur iudicium: Prouidemus itaq;, & ordinamus, quòd etiam in caſibus prædictis, & de quolibet, & ſuper quolibet falſo, & quaſi falſo, & ſuper quolibet, & de quolibet genere, & qualibet ſpecie falſi, & quaſi falſi, & de quolibet, & ſuper quolibet maleficio, & quaſi maleficio, quod aliqualiter ſaperet naturam falſi, vel quaſi falſi, vel quod quoquo modo poſſet approbari falſum, vel quaſi falſum, etiam ſi extraordinarium crimen, ſeu crimen ſtellionatus appellari poſſet; Poteſtas ciuitatis Ferrariæ vnà cum eius Iudice maleficiorum poſsit cognoſcere, procedere, abſoluere, & condemnare per inquiſitionem, denuntiationem, accuſationem, & exceptionem, perpetuo, nulla temporis præſcriptione, ſeu exceptione obſtante: & non obſtante .l. Querela .C. de falſis. nec aliqua lege, vel alio ſtatuto generali, vel ſpeciali; ac non obſtante aliquo priuilegio alicui collegio, vel perſonæ indulto, etiam ſi tale foret, de quo deberet fieri mentio ſpecialis: ſaluis tamen ſtatutis collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ, quibus non intelligimus eſſe derogatum in aliquo. Et habeat plenum, abſolutum, & liberum arbitrium, & bailiam procedendi, cognoſcendi, condemnandi, & puniendi realiter, & perſonaliter (dum tamen non excedat pœnas taxatas in præcedentibus proximè ſtatutis) omnes, & ſingulas perſonas, quæ in poſterum facient, vel committent aliquam falſitatem, vel ſpeciem falſitatis, vel fieri fecerint, vel mandauerint, vel ſcienter vſi fuerint, vel præſtiterint auxilium, conſilium, vel fauorem ad prædicta committenda, prout de ipſius Poteſtatis, & Iudicis arbitrio, vel voluntate proceſſerit: exceptis tamen caſibus contentis in proximis ſtatutis.

Pœna committentis incendium aliquod. CXII.

INCENDIVM faciens ex propoſito in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtri ctu, in aliqua domo, vel meta frumenti, vel capana ad vſum hominis, in qua capana ſolitum ſit habitare homines, tegete pro fœno, vel beſtijs deputata, lignario facto iuxta domum: Item in molendino, & in naui, dummodo nauis combuſta ſit valoris librarum triginta mar. abinde infra puniatur tribus ictibus funis, & in ſegete matura, ſi captus fuerit, comburatur primo laqueo ſuſpenſus ita q̄ moriatur: & ſi nõ fuerit captus, perpetuo banniatur in pœnam prædictam de ciuitate, & diſtrictu Ferrariæ: & omnia eius bona, vbi ſupra dictum eſt puniri pœna mortis, publicentur ipſo facto, ſaluis dotibus vxorum, & nuruum, ac iuribus creditorum delinquentis: & in omni caſu teneatur ad omne damnum, & intereſſe ipſius damnum paſſi, pro quo dictus patiens damnum præferatur fiſco.

Pœna facientis guarnimentum, & in eo exiſtentis. CXIII.

QVONIAM hominum multitudo inepte coniuncta nil habet honeſti, ideo ſtatuimus q̄ nullus ciuis, vel diſtrictualis Ferrariæ, aut etiam forenſis cuiuſcunq; exiſtat conditionis, & ſtatus audeat, vel præſumat facere, vel tenere guarnimentum, ſiue coadunationem hominum armatorum, qui non ſint de familia ipſius facientis, vel fieri facientis guarnimentum, vltra numerum decem perſonarum, in aliqua parte ciuitatis, burgorum, vel diſtrictus Ferrariæ: contrafaciens, ſi ad aliquem actum proximum offenſioni deuenerit, perpetuo banniatur de ciuitate, & diſtrictu prędicto, & ſi in forciam communis deuenerit, vel aliàs quocunq; modo captus fuerit, pede amputato debilitetur. Si vero ad nullum actum proximum offenſioni deuenerit, & locum congregationis exiuerit, tunc condemnetur in ducatis centum auri fiſco applicandis. Sed ſi locum congregationis non exiuerit, nec ad actum proximum offenſioni deuenerit, condemnetur in libris xxv. march. applicandis vt ſupra. Quam pœnam extendimus etiam contra eos, qui in dicto fuerint guarnimento. Et prædicta omnia non vendicent ſibi locum, ſi talis congregatio, ſiue guarnimentum fiat pro defenſione perſonæ, vel rerum ſuarum arbitrio iudicantis.

Pœna corrumpentis Poteſtatem, & eius Iudices, vel familiares, aut alios officiales; & de pœna corrupti. CXIIII.

CORrumpentes Poteſtatem, Iudices eius, vel aliquem de eius familia, aut aliquem officialem communis Ferrarię in quocunque officio conſtitutum, vel arbitrum, ſeu arbitratorem, aut alium iuſdicẽtem, inducendo eum ad faciendum, vel committendum aliquid contra ſtatutorũ communis Ferrariæ, vel iuris formam, licitè poſsint abſque aliqua pœna, grauamine, vel metu deferre & denuntiare corruptum coram Poteſtate, vel Iudice competenti, vel Syndicis eligendis ſuper examinatione Poteſtatis, & ſuæ familię, & aliorum officialium communis Ferrarię. Qua corruptela reperta, teneatur corruptus reddere corruptori quicquid ex dicta cauſa fuerit conſequutus per ſe, vel interpoſitam perſonam: & nihilominus pœnis legalibus feriatur. Et hoc caſu credatur iuramento deferentis cum vno teſte fide digno, etiã ſi is mediator ſceleris extiterit. Si autem Iudices de prędictis cognoſcentes, aliter q̃ ex delatione corrumpentis, Iudicem, vel aliquem ex ſupradictis fuiſſe per aliquem corruptum cõpererint; tunc tam corrumpentem, q̃ corruptum in libris centum march. pro quolibet eorũ puniri iubemus. & hoc vltimo caſu iuramento accuſatoris cum alio teſte fide digno, etiam ſi mediator extiterit, pleniſsimè credi mandamus, ſi tamen hoc iuſdicenti ſuper prędictis videbitur.

Pœna eorum, qui penſatè, & doloſè quærunt, & tentant corrumpere notarios prece, & precio. CXV.

STATVIMVS, ꝙ nullus audeat, vel præſumat per ſe, vel alium ſcienter, & doloſè aliqua via mundi tentare corrumpere aliquem notarium, ad conficiendum falſa inſtrumenta, vel falſas ſcripturas, ſub eadem pœna, quæ impoſita fuit, & eſt notarijs committentibus falſitates, ubi ſequatur effectus alicuius falſitatis. Et quando effectus huiuſmodi non ſequatur ex bonitate notarij ſic tentati, & ſeu notariorum ſic tentatorum; tales ſic tentantes, & quęrentes corrumpere ipſos notarios, condemnentur, & condemnari debeant maſſarię communis in ducatis quinquaginta auri, & non minus: licet ex eorum prauitate, & mala intentione nullus ſequatur effectus.

Pœna committentis furtum, vel robariam aliquam. CXVI.

COMMITTENS furtum, vel robariam aliquam, vel committi mandans in ſtrata, vel loco, vbi publicè iter fit, per terram, vel per aquam; quod furtum, & quæ robaria excedat quantitatem librarum decem march. ſi captus ſit, furcis laqueo ſuſpendatur, ita ꝙ moriatur: & ſi captus non fuerit, in perpetuo banno ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus ponatur. Et omnia eius bona communi Ferrariæ applicentur, & ſi quo tempore in fortiam communis prædicti peruenerit, per gulam ſuſpendatur: de bonis tamen eius ſatisfieri debeat damnũ paſſis. Si vero robaria non excederet dictam ſummam, ſed fuerit abinde infra, ſibi vnus oculus de capite eruatur. Hoc quidem in famoſis latronibus volumus obſeruari, quòd etiam ſi minor fuerit quantitas derobata per eos, furcis laqueo ſuſpendatur, quçcũq; fuerit quantitas derobata. in furtis autẽ, & rapinis factis in quibuſcunq; locis alijs ciuitatis, & diſtrictus Ferrariæ, hoc ordine procedatur videlicet. Quòd pro primo furto, quod non excedat ſummam librarum decem march. condemnetur reus ad fuſtigationem per ciuitatem Ferrariæ. Si vero exceſſerit dictam quantitatem vſq; ad quantitatẽ librarum quinquaginta march. incluſiuè, ſibi oculus de capite eruatur. Abinde vero ſupra furcis laqueo ſuſpendatur, ita ꝙ moriatur. Pro ſecundo vero furto, ſi de primo antea fuerit condemnatus, ſi non excedat libras decẽ marc. ſibi manus dextera amputetur, ſi exceſſerit quãtitatem librarum decẽ march. & etiam pro tertio furto, & deinceps cuiuſcunq; quantitatis fuerit ipſum furtum, ſuſpendatur per gulam ita ꝙ moriatur. & ſi plura furta diuerſis temporibus commiſiſſet, de quibus non fuerit vllo tempore condamnatus: Quæ omnia furta ſimul iuncta tranſcendant quantitatem librarum decem march. furcis laqueo ſuſpendatur. Abinde vero infra fuſtigetur, & bulletur in facie cãdenti ferro, niſi forte fuerit famoſus latro, quem volumus puniri vt ſupra diximus. In numero vero furtorum illud furtum connumerari vetamus, quod ſummam quadraginta ſolidorum march. non exceſſerit. Volumus tamen ꝙ pro furtis infra ſolidos quadraginta march. puniatur delinquens pro arbitrio Poteſtatis pecuniariter conſiderata qualitate, & quantitate furti, ſeu furtorum, & condicione perſonarum. Et hoc ſi delinquens de nullo furto vnquam fuerit condemnatus, vel punitus. Si vero fuiſſet de aliquo furto aliàs punitus, vel condemnatus, puniatur arbitrio Poteſtatis etiam corporaliter citra mortem. Adijciẽtes tamen ꝙ pro

fructibus de die ablatis ex aliquibus locis, nõ poſsit procedi per inquiſitionem,ſed ſolum per accuſationem:& ſi accuſans ſuccubuerit, condemnetur in pœna librarum xxv. march. applicandarum maſſariæ communis Ferrariæ: vbi tamen is,qui abſtuliſſe dicitur, poſsideat bona immobilia in ciuitate Ferrariæ,vel eius diſtrictu.

Si furtum factum fuerit patri,marito,vel domino per filium, vxorem, ſeruum,vel famulum. CXVII.

SI per filium factum fuerit furtum patri, vel matri, vel per nepotẽ, auo,fratri,vel patruo, cum quo erat in communione, vel per vxorem marito, vel per ſeruum domino: Siquidem id leue fuerit, nullo modo procedi volumus per Poteſtatem contra prędictos,etiam ad requiſitionem eorum,quibus furtum factum fuerit:ſed per eos caſtigentur arbitrio ſuo. Si vero fuerit graue furtum,tunc per Poteſtatem contra eos non procedatur,niſi ad querelam dumtaxat perſonarum, quibus commiſſum fuerit furtum: & puniantur delinquentes realiter, & perſonaliter arbitrio Poteſtatis, habita ratione magnitudinis furti,& qualitate perſonarum, dummodo mortem non imponat. Sit tamen in mera voluntate patris,matris,mariti,vel domini, aui,vel patrui vt ſupra crimen indulgere filio,vxori,& ſeruo,& nepoti vſque ad ſententiæ publicationem,& etiam dum publicaretur, & tunc impune prædictæ perſonæ relaxentur. Poſt publicationẽ autem ſententiæ, amplius non liceat prædictis mutare ſententiam. Furtum autem an graue ſit, an leue,Poteſtatis,& Iudicis arbitrio committimus,perſonarum,& rerum qualitate, & quantitate penſata æſtimandum; nulla in prædictis omnibus caſibus habita ſexus,vel patriæ Poteſtatis differentia, tam reſpectu furantium, q̃ illorum,quibus furtum commiſſum fuerit. Quæ in pronepotibus, & non alijs deſcendentibus delinquentibus locum habere ſancimus. Familiares vero,& ſeruitores liberos furtum dominis ſuis committentes ad querelam dominorum puniri mandamus pro tenore ſtatuti pręcedentis.

Pœna furtum committentis ſuper ripa padi. CXVIII.

CVM deceat ripam padi cuiq; ſecuram eſſe, vt ciues, mercatores,& nautę poſsint abſque aliqua ſuſpicione ad eam venire,& in ea res ſuas exonerare, & onerandas ponere; propterea diſtrictè prohibemus

ne quis

ne quis cuiuſuis gradus, aut conditionis exiſtat, audeat ex ripa padi aliquid auferre, vel exportare de die, vel de nocte, etiam lapides, ligna, aſsides, ſeu alia quæcunq; cuiuſcunq; qualitatis exiſtant, quæ ſuper ripa prædicta, aut in naui aliqua propè ripam eſſent, aut reperirentur, ſub pœna amputationis manus, quoties res ablata excederet valorem ſolidorum quadraginta, & non aſcenderet ad libras decem. A libris vero decem incluſiuè ſupra, volumus taliter delinquentem per gulam ſuſpendi ita ꝙ moriatur. Intelligentes portum, & ripam padi, à ponte ſancti Georgij vſq; ad pontem caſtri Thealdi ab vtroq; latere padi, includendo hoſpitia, apothecas, & quæcunq; alia loca publica, vel priuara, quæ à latere ciuitatis ſunt extra ipſam ciuitatem. Vbi vero res ablata nō excederet valorē ſolidorū quadraginta, volumus taliter delinquentē per totam plateā, & ripā padi fuſtigari, vt cęteris ſit exēplo.

Pœna recipientis malefactorem in domo, vel eum aſſociantis ante bannum. CXIX.

NVLLVS ſcienter in domo ſuæ habitationis, aut alia ſua propria domo, vel conducta recipiat alicuius cōditionis malefactorem, tempore commiſsi maleficij, qui aliquem occiderit, vel in articulo mortis vulnerarū reliquerit, ita ꝙ mors poſtea fuerit ſubſequuta, vel qui aliàs perſonaliter pro aliquo delicto puniri deberet. contrafacientes in libris quinquaginta march. puniri iubemus. ſi autem alterius generis malefactorem receperit, puniatur arbitrio Poteſtatis, dummodo non excedar libras vigintiquinq;. Aſſocians vero ſcienter malefactorem poſt maleficium commiſſum, vel ei auxilium præſtans, vt fugiat; ſi ex maleficio commiſſo mors fuerit ſubſequuta, vel aliud tale maleficium fuerit, ex quo delinquens deberet perſonaliter puniri, condemnetur in libris ducentis march. In alijs vero maleficijs, ex quibus non deberet imponi pœna corporalis, condemnetur in lib. vigintiquinq; marc. quas omnes pœnas contra foreſes duplicamus. Prædicta autem non vendicent ſibi locū in conſanguineis, & coniunctis parentela ipſi malefactori in ſecundo gradu, nec in vxoribus malefactorum.

Pœna recipientis rebelles, bannitos, & condemnatos perſonali pœna. CXX.

NVLLA perſona ciuis ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus, terrigena, vel forenſis etiā coniunctus, vel affinis audeat, vel pręſumat

ſcienter

ſcienter receptare, ſeu receptari facere, vel permittere aliquem rebellem communis Ferrariæ, vel dominorum Ducum, & Marchionũ Eſtẽſium, nec cum aliquo rebelle loqui, nec alicui rebelli cibum, vel potũ dare, nec auxilium, conſilium, vel fauorem. Huius edicti temeratores ea pœna puniri iubemus, qua dictus rebellis foret puniendus. Recipientes vero bannitos, vel condemnatos ex alia cauſa per ſe, vel aliũ in domo propria, vel conducta, & eis dantes cibum, vel potum, auxilium conſilium, vel fauorem, condemnari iubemus in libris centum march. ſi ille fuerit bannitus, vel condemnatus aliqua pœna corporali. Si vero pœna corporalis non erat impoſita, ſufficiat condemnatio librarum vigintiquinque march. Et hoc ſi illum eſſe bannitum, vel rebellem ſit publica vox, & fama. & inter præſtantes auxilium cõnumeramus quoſlibet, etiam munarios, qui cum naui tranſueherent ad alium locum rebelles, & bannitos prędictos, vel qui eis nauem, vel remos commodauerint, vel aliter pro tranſitu aliquod eis auxilium præſtiterint. & ſi coniunctus fuerit, vel affinis receptans bannitum cõdemnetur in dimidia pœnę ſupradictæ.

Præmium capientis rebellem, vel bannitum, & eum in forciam communis Ferrariæ deducentis. CXXI.

SI quis etiam ignoranter rebellem, vel bannitum, aut condemnatũ perſonaliter cœperit, & in forciam communis, vel capitanei comitatus Ferrariæ deduxerit: eidem per maſſarium communis prædicti numerari, & donari volumus libras quinquaginta march. inter ſocios prout voluerit diuidendas. Et ſi fuerit bannitus, vel perſonaliter condemnatus, de ipſo banno eum liberè eximi, & cancellari iubemus: & ſi non fuerit bannitus, poſsit vnum alium perſonaliter bannitum, quẽ v oluerit de banno eximere, quem ad ipſius voluntatem liberè cancellari de banno mandamus: ſi tamen pacem habuerit, aut intra ſex mẽſes pax ſequuta fuerit. Si vero pacem non habuerit, aut ſequi non potuerit, aut foret bannitus ex maleficio, pro quo pax fieri non poſſet ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum, lucretur libras centum mar. à communi Ferrariæ dandas. Prædicta autem non habeant locum in capitaneis, vel alijs ſalariatis, vel quibuſcunq; aſtrictis capere ex officio publico ad ſimilia deputatis.

Pœna

Pœna currentis ad plateam tempore rumoris populi. CXXII.

SI contingeret rumorem, vel tumultum fieri in ciuitate, quod Deus auertat, propter quem homines ad arma commoueantur: Diſtrictè prohibemus ne quis ciuis, vel diſtrictualis Ferrariæ, aut forenſis veniat cum armis ad plateam, ſub pœna arbitrio dominorũ Ducum, & Marchionum, vel Poteſtatis Ferrariæ imponenda tam in ære, q̃ in perſona; niſi eſſet ſtipẽdiarius, vel à dominis Ducibus, vel Marchionibus, aut ſuis officialibus eſſet requiſitus.

Pœna Iudæi exeuntis de domo die iouis, veneris, & ſabbati Sancti. CXXIII.

IN honorem Dei, & beatiſsimæ Virginis Mariæ diſtrictè inhibemus Iudęis vtriuſque ſexus, vt domo non exeant per totam diem iouis, veneris, & ſabbati Sancti, ſed ſtent in domo clauſi illis tribus diebus, & feneſtris clauſis verſus vias. Contrafacientes pœna librarum decem march. plecti volumus: cuius pœnæ dimidium fiſco, aliud dimidium accuſatori applicari diſponimus. Prohibentes etiam ne diebus dominicis, Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & alijs ſolennibus diebus Paſchalibus ipſius, & eius matris glorioſæ Virginis Mariæ, Ioãnis Baptiſtæ, & Apoſtolorum dñi audeant, vel præſumant impræſtare ad vſuram, aut banchos, & oſtia banchorũ ſuorum, ſeu apothecarum aperta tenere; nec ſtare ad feneſtras tẽpore rogationũ, aut letaniarũ, & proceſsionum, dum tranſeunt per vias ante domos eorum habitationum, ſub pœna prædicta, & eodem modo applicanda. & quilibet de hoc poſsit eſſe accuſator, & denuntiator: & poſsit in prædictis per inquiſitionem procedi tam per Iudicem duodecim ſapientum, q̃ per Poteſtatem, & Iudicem maleficiorum.

Pœna vendentis, & ementis beſtias, quas vendens habebat ab alio in ſoccidam, vel ad Zoaticam. CXXIIII.

HAc ſalubri lege vetamus, ne quis ruſticus, vel alius audeat per ſe, vel alium etiam de familia ſua, modo aliquo directè, vel indirectè beſtias cuiuſcunq; generis locatas ſeu cõceſſas in ſoccidam, aut ad zoaticam, aut depoſitas, ſeu in curam deſignatas vendere, aut alio modo alienare alicui bechario, aut alteri cuicunque perſonæ abſq; licentia,

&

& voluntate dominorum ſuorum, vel eorũ, ad quos dictæ beſtiæ pertinebunt, vel factorum, aut caſtaldionum ſuorum, ſub pœna librarum vigintiquinq; marc. Quarum dimidium ſit fiſci, aliud dimidiũ illius, cuius beſtiæ erant. Contra quem vendentem etiam de furto agi poſſit criminaliter, ſi domino placuerit. Becharios autem, aut alias quaſlibet perſonas ementes, aut recipientes ſcienter de dictis beſtijs à prædictis tenentibus abſq; licentia prędictorũ, eadem pœna librarũ .xxv. march. vt ſupra applicãdã puniri iubemus, & teneri ad reſtitutionem dictarum beſtiarum, ſi extabunt: Si vero non extabunt, ad earum æſtimationem iuramento domini declarandam: ad q̃ reſtitutionem, vel æſtimationem beſtiarum ipſi teneantur, et ſi ignoranter emerint, vel receperint, reſeruato tamen iure ipſis emptoribus contra venditores. Quas pœnas ipſo iure infligimus perſonis prædictis abſq; alio ordinario proceſſu, ſeu iudicio: & poſſint prædictæ perſonæ contrafacientes perſonaliter capi, & detineri, donec de prædictis integraliter domino ſatisfecerint. Prædictas autem pœnas remittimus, ſi delinquentes fuerint in concordia cum dominis beſtiarum antequam declaratum fuerit per Poteſtatem, illos in pœnas prædictas incidiſſe.

Pœna derelinquentis poſſeßionem rei, vel in alium transferentis, quam conduxerat, vel acceperat ad laborandum. CXXV.

PRAESENTI edicto firmamus nemini licere rem, quam conduxit, vel accepit colendã, & laborandam ad modicũ tempus ab aliquo, aut rei ipſius poſſeſsionẽ, ſeu detentionẽ, q̃ acceperat a primo, nõdũ facta reali reſtitutione ei, à quo acceperat, derelinquere, vel ab alio ſub ſimili, vel quouis alio titulo recipere, tenere, aut recognoſcere, vel in alium vllo modo transferre ipſam rem, aut eius rei poſſeſsionem, vel detentionẽ directè, vel indirectè, inſcio, & non conſentiente expreſsè primo locatore, vel eo, à quo rem ipſam recognouit. Qui contrafecerit, condemnetur primo locatori, vel ei, à quo cognouerat, vel acceperat, in duplum æſtimationis dictæ rei, & fiſco in libris viginti marc. & omnia geſta, & ſequuta ſint ipſo iure nulla, niſi ante euentum iudicialis arbitrij rem, aut poſſeſsionem, q̃ acceperat cũ effectu prout acceperat, reſtituerit locatori cum omni ſua cauſa, damno, & intereſſe.

Pœna eorũ qui inuenti fuerint de nocte ſine lumine. CXXVI.

SI quis inuentus fuerit de nocte ſine lumine, vel face extra domum, in ciuitate Ferrar. aut in burgis propè ciuitatẽ per mediũ milliare;

Intel-

Intelligendo noctem, tempus intermedium poſt ſonum campanæ bo torum de ſero, vſque ad perfectum ſonum eiuſdem campanæ de mane: puniri volumus eum in libris quinque march. exceptis medicis, barberijs, fornarijs, & obſtetricibus, vel illis, qui irent ad laborandum in campaneam extra ciuitatem, quibus quandoq; ire concedimus pro ipſorum artibus exercendis. Si quis tamen eo tempore repertus fuerit cum lumine arma portare ad offenſam, vel defenſam apta, condemnetur in libris quindecim march. Quòd ſi ſine lumine repertus fuerit cum armis, in libris xxv. marc. condemnari debeat, & in ea maiori pœna, quæ Poteſtati videbitur vſq; ad libras quinquaginta marc. & nõ vltra, habita ratione conditionis perſonę, qualitate caſus, & numeri perſonarum, quæ ſimul inuentæ eſſent ſine lumine de nocte. Et qui non potuerit ſoluere in ære, luat in corpus, vel funis aculeo, vel fuſtigatione, prout ipſi Poteſtati viſum fuerit. Declarantes ꝙ ſub vno lumine non poſsint ire vltra ſex perſonę: ſub lumine vero dupplerij ire, & ſtare poſsint tantummodo decem perſonæ, & non plures.

Pœna capientium columbos domeſticos. CXXVII.

NVllus audeat capere, aut capi facere in ciuitate Ferrarię, burgis, vel diſtrictu columbos domeſticos etiam de columbaria, cum retibus, vel alio quocunq; modo, nec tendere aliquod rete pro capiẽdo aues alicuius generis, propter quod tẽdere columbi domeſtici, ſeu de columbaria caperentur; nec ſagittis, ſclopetis, vel archobuſis colũbos prædictos occidere, vel eos è columbarijs aufugi facere, ſeu aliter inquietare animo occidendi, ẽt ſi effectus non ſequatur, ſub pœna vnoquoque caſuum prędictorum librarum decem march. cuius rei accuſationem volumus eſſe popularẽ, & dimidiũ pœnę lucrifaciat accuſator.

Pœna sbolzonantium, vel tondentium monetas. CXXVIII.

STatuimus ꝙ nullus campſor ciuitatis Ferrariæ per ſe, vel aliũ, nec aliqua alia perſona aliquo modo, vel ingenio audeat, vel præſumat sbolzonare, vel tondere, vel aliquo modo diminuere aliquã pecuniã, ſeu monetam in magna, vel modica quãtitate; ſub pœna librarum L. marc. & trium ictuum funis. & quilibet de hoc ſit legitimus accuſator: Et dimidium condemnationis lucretur, & ſecretus teneatur, ſi voluerit. Mandantes maſſarijs campſorum vt ſæpius de hac re inquiſitionẽ faciant, & obnoxios Poteſtati denuntient.

De pœna facientium falſas monetas. CXXIX.

STATVIMVS ꝙ quilibet fabricans, vel faciens, aut fieri, vel fabricari faciens, vel mandans monetam falſam cuiuſcunque generis, aut ſpeciei, ſiue materiei cuiuſcunq; cunei, vel formæ in ciuitate Ferrarię vel eius diſtrictu, ſeu in quocunq; loco, vel etiam ad cuneum Illuſtriſs. dominorum noſtrorum, vel ciuitatis Ferrarię, igne comburatur, prius ſuſpenſus, ita ꝙ moriatur, & eius bona publicentur. & ſimiliter eadem pœna puniatur quicunq; præſtiterit auxilium, conſilium, & fauorem: & etiam is, in cuius domo, aut loco dicta moneta falſa ſciente eo, & patiente fieret, vel fabricaretur. Et ſi ſciens falſam eſſe, expendiderit monetam falſam in ciuitate Ferrarię, vel eius diſtrictu, quam emerit, ſiue acquiſiuerit cauſa expendendi, & ex ea lucrum conſequendi, aut quocunq; modo participauerit cum fabricante, vel fabricari faciente, vel mandante, ſimili pœna puniatur. Si vero aliter ſcienter expendiderit, cadat in pœnam quadrupli bonæ monetæ eius, quod expendiderit, communi Ferrarię applicandam, & teneatur ad intereſſe partis, cui prædicta moneta falſa fuerit tradita. Si autem fuerit campſor, qui expendiderit ſcienter monetam falſam, cadat in pœnam centum ducatorum auri pro qualibet vice, qua contrafecerit, & ad intereſſe partis. Volentes, & decernentes ꝙ nullus campſor poſſit tenere monetam falſam penes ſe, vel in apotheca, aut in domo ſua vel aliena in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, ſub pœna prædicta communi Ferrariæ applicanda in vtroq; caſu. Et ſi accuſator aderit, percipiat medietatem dictæ pœnæ, & quilibet de populo poſſit accuſare, & denunciare, & tenebitur in ſecreto ſi voluerit. Si autem eſſet aliqua alia perſona, quę ſcienter retineret penes ſe, vel in domo aliquam monetam falſam cauſa expendendi, condemnetur in pœnam dupli monetæ, quæ reperta fuerit penes eum, applicandam vt ſupra.

Pœna ludentium in eccleſijs, vel mingentium, vel ruſcum immittentium in locis infraſcriptis. CXXX.

NEMINI licere concedimus ludere in Epiſcopatu, vel in alia quacunque eccleſia ciuitatis, & burgorum, vel diſtrictus Ferrariæ ad taxillos, vel aleas, neq; ballottas, neq; aliquo genere ludi, nec etiam in palatio iuris communis, vel ſub eius porticu. Nec mingat quis in canonica, neque penes murum eccleſiæ maioris, nec in platea, nec ſub

domo cerdonum. Nec portet quis ruſcum, vel aliud ſterquilinium in dictis locis, nec in alijs eccleſijs, nec in aliquo loco ſacrato. Nec ponat quis in Epiſcopatu Ferrariæ, nec alijs eccleſijs lignamen, fœnum, paleam, tiriarios, vel aliud; nec aliquid in eis fiat, propter quod diuinū turbetur officium, ſub pœna ſolidorum ſexaginta march. cuius pœnæ dimidium ſit accuſatoris, & aliud dimidium fiſci: & pœna iſta toties cō mittatur, quoties fuerit contrafactum.

De pœna tenentium ludum a Zardi, vel ludentium. CXXXI.

QVONIAM publicè intereſt ne quis ſua re male vtatur: Et vt quibuſcunque auferatur occaſio malignandi, ſtatuimus quòd nulla perſona terrigena, comitatus, vel forenſis cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtat, audeat ludere aut tenere, nec teneri facere in domibus proprijs, vel conductis in ciuitate Ferrariæ, burgis, vel diſtrictu publicè, vel occultè ludum à zardi, vel alium, ſiue ſit taxillorum, ſiue alearum; qui dici poſſit, vel appelletur ludus biſchitiæ, vel alterius biſchizariæ; vt ſunt ludi, qui vocātur à ſanzo, alla baſſetta, à fluſſo, à damene vna, ò due, vel alij quicunque, quocunque nomine nuncupentur, in quibus biſchizari, & fieri fraus poſſit. Contrafacientes autem, tam ludum tenentes, q̃ etiam ludentes condemnari volumus in libris decem march. quarum dimidium ſit fiſci, alterum accuſatoris, & quilibet ſit legitimus accuſator. Et ſi quis ſoluere non poterit, ſtet ligatus per vnum diem ad catenam poſitam in platea communis Ferrariæ. Tenentes vero barratarias publicas, vel priuatas in pœna ictuum triū funis condemnentur, & in libris vigintiquinque toties quoties contrauenerint. & curet Poteſtas de hac re inquiſitionem fieri facere per milites ſuos, in quibuſcunque locis ſuſpectis.

Pœna eorum, qui currere faciunt equos per ciuitatem. CXXXII.

NVLLVS etiam regatius currere faciat equū per plateam, nec per ciuitatem Ferrariæ, niſi fortè ſuper terraleis, vel alijs locis nō multum à perſonis frequentatis, pœna ſolidorum viginti march. fiſco applicanda: & ſi quem currendo in locis prohibitis in ciuitate interfecerit, pœna homicidij puniatur. Si vero aliquem percuſſerit cum eo, ſoluat fiſco libras decem march. & damnum paſſo omne eius damnum, & intereſſe. & ſi ſoluere non poterit, fuſtibus caſtigetur.

Pœna tranſuehentium aliquem per Padum de nocte. CXXXIII.

NVLLVS nauta, vel munarius, vel alia quæuis perſona vllo modo præſumat tranſuehere aliquam perſonam terrigenam, vel forenſem, vel ſe ipſum per Padum ad ciuitatem Ferrariæ, & burgos, nec econtra à ciuitate, & burgis vltra Padum poſt primum ſonum campanæ bottorum de ſero vſque ad ſonum eiuſdem campanæ de die. Et hoc ab vno capite ciuitatis, vſque ad aliud caput ciuitatis, ſub pœna librarum quinque march. cuius pœnæ dimidium habeat accuſator qui, quiſquis ſit, admittatur: cuius dicto cum vno teſte fide digno credi volumus.

Pœna attentantis, vel aſſectantis mulieres alienas, vel induentis ſe veſtibus muliebribus. CXXXIIII.

SI quis contra bonos mores vxoris alienæ, vel filiæ, vel alterius mulieris cum alio, vel de per ſe honeſtè habitantis pudicitiam ſermonibus appellauerit, vel attentauerit, vel attentari fecerit, pœna librarum decem march. eum puniri iubemus, fiſco applicanda; & in totidem illi, cum quo talis mulier habitauerit, vel ipſi mulieri ſi de per ſe ſteterit. Siquis vero tacitus mulieres prædictas aſſectatur, vel frequenter ante ipſius habitationem perambulat, vel per vias frequenter proſequitur, teneatur Poteſtas Ferrariæ ad petitionem mariti, vel patris, vel fratris, vel illius, cũ quo talis mulier habitauerit, vel ad ipſius mulieris petitionem, ſi de per ſe ſteterit, mandare dicto inſectatori ne per viam illam, in qua mulier habitat, pertranſeat ad tempus, prout ipſi Poteſtati videbitur, ſub pœna librarum decem march. per Poteſtatē ei imponenda. Et ſi prędictis ſpretis in delicto perſeuerauerit, Poteſtas contrafacientem condemnet in libris decem march. fiſco applicandis, & in totidem iniuriam paſſo, toties quoties contrafactum fuerit, habita prius de prædictis ſummaria fide. Si vero intrauerit domũ prędicta omnia committendo, puniatur in libris vigintiquinq; marc. fiſco applicandis. Et ſi quis maſculus indutus veſtibus muliebribus in eccleſijs repertus fuerit, aut ad eccleſiam iuerit puniatur in libris quinquaginta march. & duobus ictibus funis de die dandis, vt aliorum ſit exemplo cuiuſcunque conditionis fuerit.

Pœna facientis citari, vel grauari debitorem ſuum in actis duorum, vel plurium notariorum pro eodem debito, vel diuerſis debitis. CXXXV.

STATVIMVS ꝙ poſtq̄ aliqua perſona citata fuerit ad reſpondendũ de iure, vel alio modo in actis vnius notarij, non poſsit citari in actis alterius notarij ex eadem cauſa. & ſi quis debitor fuerit alicuius ex pluribus cauſis, non poſsit citari eodem tempore, niſi in actis vnius, & eiuſdem notarij. Qui vero contra prædicta debitorem citari fecerit, ſolidos viginti march. perſoluat pro qualibet vice, & acta non valeant; & in actis eiuſdem notarij debeat cauſa terminari. Quę omnia volumus locum habere, niſi legitima impedimenti cauſa notarij interceſſerit, aut abſentiæ, vel infirmitatis, de quibus ſtetur arbitrio iuſdicentis, vel ſimilis, vel niſi de partium proceſſerit voluntate, vel niſi ille non poſsit eſſe notarius in omnibus cauſis.

Pœna notarij non exiſtentis ad banchum ſuum tempore, quo ius redditur in palatio iuris communis Ferrariæ. CXXXVI.

VOLVMVS ꝙ notarius quilibet exercens officium tabellionatus in palatio iuris communis Ferrariæ teneatur continuè ſtare, & eſſe ad banchum ſui officij, vel ſaltem in palatio iuris; ita ꝙ videri, & de eo copia haberi poſsit, donec ſedebit Iudex, qui dicto officio præerit, & inde non recedere, niſi fortè occaſione alicuius quęſtionis, quam in ſuis actis haberet, vel alicuius inſtrumenti conficiendi. Et tunc cum licentia ſui Iudicis, niſi alium idoneum notarium pro ea hora ſubrogatum legitimè dimiſerit, & niſi talis notarius eſſet abſens à ciuitate Ferrariæ, vel infirmus; pœna ſolidorum viginti march. contrafacientibus imponenda, & exigenda à Syndico palatij.

Pœna iniuriam facientis in caſibus infraſcriptis. CXXXVII.

IN caſibus hac lege comprehenſis iniuriarum criminaliter agi permittimus. Si quis forte rem alterius de loco exportauerit, vel beſtiam, & ſeu animal de loco ad locum conduxerit inuito domino; & ſi res prædicta exceſſerit valorem ſolidorum quadraginta vſque ad decem libras incluſiuè, poſsit etiam furti agi prout domino placuerit. Item ſi quis alienũ equum in paſcuis, vel in ſtabulo exiſtentem inſcio

domino non animo furandi acceperit, ſed operandi: quem poſtea ad locũ, vnde accepit, reducat infra octo dies continuos, iniuriarũ ſit accuſatio. Item ſi quis ligna ex alterius ſylua, loco, vel ſclapa inciderit, & exportauerit contra domini voluntatem, aut etiam non exportauerit, quorum æſtimatio excedat ſolidos quadraginta vſq; ad libras decẽ march. iniuriarum crimine teneatur. Item ſi quis arborem alterius nõ fructiferam, aut fructiferam inciderit, & exportauerit contra domini voluntatem, aut non exportauerit, cuiuſcunq; ſit precij, iniuriarũ poſſit accuſari. Item ſi quis rem mobilem alterius, vel ſe mouentem ſibi commodatam, aut depoſitam, vel aliter conceſſam, ad cuius reſtitutionem teneatur de iure, retinuerit contra domini concedentis volũtatem, & non reſtituat, iniuriarum teneatur. Idem quoq; ſeruari volumus, ſi conductor rei mobilis, vel immobilis, finito locationis tempore rem locatam reſtituere denegauerit locatori. Quo caſu etiam exceptionem dominij omnino conductori denegamus. Idem ſi equus, bos, aut alia beſtia fugerit, vel aliter deperdita fuerit, & ad domum, vel ſtabulum alterius acceſſerit, & is requiſitus à domino, vel poſſeſſore reſtituere recuſauerit. Quibus caſibus, & alijs quibuſcunq; nõ ſpecificatis, in quibus iniuriarum agatur, reum volumus fiſco cõdemnari in libris quinq; march. & iniuriam paſſo ad reſtitutionem ablatorum, & rerũ, & in omni damno, expenſis, & intereſſe, iuramento damnum paſsi taxatione iudicis præmiſſa declarandis.

Pœna officialis forenſis patientis ſe eligi in arbitratorem, & pœna eligentis eum. CXXXVIII.

NVllus Poteſtas Ferrariæ, eiuſq; Vicarius, & maleficiorum Iudex, nec alius forenſis officialis palatij communis Ferrariæ, etiam ſub nomine proprio poſsit eſſe, vel aſſumi arbiter, vel arbitrator, vel amicabilis compoſitor, vel vt bonus vir, & ſeu quocũq; nomine cenſeatur, aut cẽſeri, vel appellari poſsit, vel in tertium ſuper aliqua lite, controuerſia, quæſtione, vel cauſa. Qui contrafecerit, ſiue in aſſumendo, & in compromittendo in prædictos, vel aliquem prędictorum, in patiendo ſe aſſumi, & aſſumptioni, & electioni conſentiendo, ipſo iure incidat in pœnam ſolidorum centum march. communi Ferrariæ applicandorum. Et quicquid factũ fuerit ex eo, vel ob id, ſit nullum ipſo iure.

De mercede notariorũ ad maleficia deputatorum. XXXIX

DIGNVM exiſtimantes mercedem debitam laborãtibus impendere, vt omnis circa prædicta tollatur,& antiquorũ ſtatutorum,& prouiſionum diſceptatio,ſtatuimus ꝙ de qualibet accuſatione,denuntiatione, vel inquiſitione, ex qua propter rei cõtumaciam corporalis pœna ſequatur,videlicet mortis,abſciſsionis membri,fuſtigationis,vel ſimilis,accipiat notarius pro toto proceſſu vſq; ad ſententiam condemnatoriam incluſiuè à condemnato ſolidos quadraginta march tantum. Et ſi reus voluerit ſe defendere,recipiat notarius ab eo,qui ſe defendere voluerit pro qualibet accuſa,denuntiatione,vel inquiſitione; vbi poteſt ſequi pœna corporalis, & pro qualibet reſpõſione, & defenſione in totum ſolidos viginti march. & pro qualibet cõdemnatione inde ſequuta ſolidos viginti march. Sed ſi poſt rei reſponſionem vltra prędicta aliqua per notariũ cõtingeret acta deſcribi, vel atteſtationes aliquas; tunc & de ipſis ſolutiones recipiat iuxta morem notariorum ad ciuilia deputatorum, & ſecundum prouiſiones de ſolutionibus per eos recipiendis loquentes. Et idem intelligimus in caſibus ſequentibus, vbi poſt reſponſionem rei contingeret acta,vel atteſtationes per dictos notarios ſcribi. Vbi autem accuſa, denũtia, vel inquiſitio ſit de ſanguine cum armis vetitis,de falſo,vel aliquo delicto, ex quo non ſequatur principaliter pœna corporalis;tũc recipiat notarius pro qualibet de prædictis,ſi reus contumaciter fuerit condemnatus,pro toto proceſſu vſq; ad ſententiam incluſiuè ſolidos viginti march. Si autem reus ſe voluerit defendere per ſe, vel alium, tunc habeat notarius pro accuſa,denuntiatione,vel inquiſitione,& reſponſione ſolidos decem march. pro fideiuſsione ſolidos quinq; march. ſi quantitas condemnationis libras centum march. non exceſſerit. Si autem exceſſerit libras centum march. quantacunq; ſit quantitas, habeat notarius ſolidos decem march. & totidem pro remiſsione,ſi remiſsionem fieri cõtigerit,& totidẽ pro condemnatione,ſi condemnatio fuerit ſubſequuta tunc. Declarantes eſſe vnam denuntiationem,accuſationem,& inquiſitionem,& pro vna haberi quo ad finem ſolutionum notarij,licet ſint plures perſonæ nominatæ , & expreſſæ in ipſa denuntiatione, accuſatione, vel inquiſitione, nec de eodem delicto poſsint fieri plures denuntiationes,accuſationes,vel inquiſitiones, & ſi factæ fuerint pro vna habeantur. quæ omnia volumus debere obſeruari in omnibus caſibus vbi diſputaretur de unitate, uel pluralitate accuſationũ,denun-

tiationum, vel inquiſitionũ. De qualibet autem alia inquiſitione, denuntia tio ne,& accuſatione,exceptis prędictis, ſi reus fuerit per contumaciã condemnatus,recipiat notarius ab ipſo reo vſq; ad ſenrentiam incluſiuè ſolidos quindecim marc. ſcilicet pro denũtiatione,vel inquiſitione. Pro accuſatione vero ſolidos decem march. Et ſi reus defenſionẽ ſuſceperit, recipiat notarius pro qualibet accuſa, denũtiatione, vel inquiſit ione de proxime dictis ſolidos quinq;: pro fideiusſione totidẽ, pro reſponſione totidẽ,pro condem natione totidẽ,ſed pro remiſsione habeat ſolidos tres march. De qualibet vero querela ſpeciali cõtra aliquẽ ,ex qua ſequi debeat corporalis pœna,recipiat notarius ſolidos decẽ march.& de qualibet alia querela ſolidos quinq; march.à querelato, ſi fuerit condemnatus per contumaciã. Sed ſi poſt dictas querelas proceſſus aliquis ſequeretur, nihil de dictis querelis notarius recipiat, niſi ſuper dictis querelis recepti fuerint teſtes: quia tunc ſoluatur notario pro dictis teſtibus per querelatum, qui fuerit condemnatus. Itẽ ſi querelatus voluerit ſe defendere de qualibet reſponſione facta dictis querelis, recipiat notarius ſolidos quinq; march. De qualibet vero fideiuſſione prò dictis querelis prętanda, & de qualibet alia extraordinaria fideiuſsione prętanda,habeat notarius ſolidos quinq; march. Item de qualibet abolitione,quę impetrara fuerit,& obtenta,ſiue per partem, ſiue per viã iuris,aut per reſcriptũ principis,vbi etiã diceretur,nõ procedatur, recipiat ſolidos decem march. Si vero contingeret notariũ maleficiorũ inuentionẽ aliquam facere cum milite armorũ, recipiat ipſe pro qualibet inuentione cũ fideiuſsione ſolidos quinq; march. Et ſi quis caſus acciderit,in quo per prędicta nõ ſit prouiſum;de ſimilibus ad ſimilia procedatur arbitrio Iudicis maleficiorũ, & Syndicorũ palatij iuris communis Ferrariæ.

Infra quantum tempus notarius maleficiorum debeat ſibi debitum exegiſſe. CXL.

NOTARII maleficiorum, qui occaſione ſui officij aliquid recipere debeant, ſibi debitum exegiſſe teneantur intra ſex menſes immediatè ſub ſequuturos poſt ſui officij depoſitionẽ. Quo tempore elapſo omnis ei audientia ex illa cauſa denegetur,niſi propter abſentiam debitoris notarius ſibi debitũ exigere non potuerit,vel niſi fuga,vel alia debitoris tergiuerſatio ei obſtiterit; vel ſi citatus, & per notarium excitatus coram Iudice ſolutionem protelaſſet.

De pœna imminente vniuerſitati occaſione delicti, vel negligentia ſui Syndici, vel alterius officialis. CXLI

STATVIMVS ꝙ quælibet vniuerſitas contratæ ciuitatis, villæ, terræ, vel caſtri diſtrictus Ferrariæ, auctoritate præſentis ſtatuti teneatur pro maſſario, cauar zellano ſuo, & quolibet alio ſuo officiali electo per ipſam vniuerſitatem, ſi in eius officio deliquerit, vel inobediens fuerit, vel aliàs deberet puniri, ſeu puniretur ratione ſui officij: & condemnatio quæ fiet, vel proferetur contra officialem in ſuo officio delinquentem, exigatur ab vniuerſitate, quę ipſum elegit, ſi dictus condemnatus, vel eius fideiuſſor deficeret in ſolutione dictæ condemnationis, vel eius facultates non ſufficerent ad dictam condemnationẽ & aliter non: niſi foret officialis, qui repræſentaret totam vniuerſitatẽ, qui foret condemnatus occaſione negligentiæ, vel delicti vniuerſitatis ſuæ. poſsit tamen vniuerſitas exigere quod ſoluerit pro ipſo officiali condemnato ab ipſo officiali.

De pœna militis, & notarij maleficiorum non euntium per ciuitatem Ferrariæ de nocte. CXLII.

NE delinquens, vel inuentus de nocte poſsit denegare, ſed legitimè conuincatur, & obuietur baratarijs officialium; ſtatuimus, & ordinamus ꝙ miles ſocius Poteſtatis Ferrariæ cum famulis, ſeu berroerijs ſuis, & notario maleficiorum, & vno pręcone palatij iuris communis Ferrarię ſingula nocte teneantur ire per ciuitatem ad circham per horas duas, vel tres, ſiue in ſero poſt ſonum campanæ bottorum, ſiue ante diluculum etiam per horas duas, vel tres, & etiam aliàs quando ſibi placuerit: ſub pœna librarum quinque march. cuilibet eorum contrafacienti, & pro qualibet vice applicanda communi Ferrariæ. Et ſi notarius ipſe maleficiorum requiſitus ſic ire recuſauerit, teneatur ad ſimilem pœnam etiam ipſe notarius. Poſsit tamen alium notarium loco ſui ſubrogare ex cauſa legitima.

Pœna facientium matutinatas de nocte. CXLIII.

MATVTINATAM cum ſono inſtrumentorum, vel vocis fieri omnino prohibentes tempore noctis per aliquos, qui ante alicuius domum, vel fores perſiſtant, eos pœna librarum quinque marcheſ.

pro

pro quolibet puniri iubemus,fiſco applicãda, & in totidem ei,qui hãc iniuriam ſibi factam fuerit conqueſtus: cuius conquerentis ſacramento credi omnino volumus de perſonis in dicta matutinata exiſtentibus,ꝙ eas viderit,& cognouerit.Et liceat miliri Poteſtatis,vel Capitaneo plateæ eos inuenientibus,auferre ipſis delinquentibus omnia inſtrumenta ſonatoria ipſorum lucro ceſſura. Et hęc ẽt locum habeant in illis matutinatis,quæ ſenibus nubentibus, & viduis fieri conſueuerunt cum pœnis ſupra poſitis.

Pœna euntium cum laruis,ſiue maſcaris. *CXLIIII.*

MVLTIS periculis,laſciuijs,&inhoneſtatibus,quę vt plurimum cõtingere ſolent ex laruis, ſiue maſcaris, prouidere, & obuiare volentes, prouidemus ꝙ aliquis non audeat, vel præſumat cuiuſcunque conditionis exiſtat, ire extra domos ſuas, vel alienas de die, vel de nocte per ciuitatem,vel burgos,aut comitatum Ferrariæ cum laruis,ſiue maſcaris ad faciem,ſiue cum vultu,aut facie cooperta. Et ſi quis contrafecerit,condemnetur pro qualibet vice communi Ferrarię in libris vigintiquinque march. quæ pœna duplicari debeat contra eum, qui auſus fuerit laruatus, vel aliter cum facie cooperta incedere in habitu quoquo modo religioſo; & contra eum, qui in eccleſiam aliquam cum laruis,vel cum facie cooperta incedere præſumpſerit: & vltra dictam pœnam duplicatam puniri debeant ſic habitus religioſos,vel eccleſias violantes tribus ictibus funis. & per quamcunque licentiam in futurum per Principes noſtros concedendam, nunquam intelligatur conceſſum ꝙ quis laruatus, vel aliter cũ facie cooperta, vt ſupra poſſit in habitu quoquo modo religioſo,nec in eccleſijs incedere: quinimmo ſemper locum habeat pœna prædicta in dictis caſibus. Et ſi accuſator aderit, lucretur medietatem dictarum pœnarum pecuniariarũ; & quilibet de populo poſſit accuſare,& denuntiare,& tenebitur in ſecreto ſi voluerit: dummodo probet per duos teſtes id,quod denuntiauerit, & accuſauerit.

Quòd vna manus tantum amputetur,ſi ex pluribus delictis manus amputanda eſſet. *CXLV.*

STATVIMVS ꝙ ſi quis commiſerit plura delicta,ex quorum quolibet amputanda eſſet manus dextera, vel ſiniſtra; vel aliquod aliud

mem-

membrum ſpecificatum, & determinatum, ſufficiat ei amputari vnā tantum manum, vel vnum membrum, etiam ſi interuallo prædicta delicta cōmiſſa fuerint, niſi exequutio facta fuerit pro vno delicto: quo caſu ſeruetur ius commune.

Quòd qui luit pœnam in corpore non poſſit cogi ad pœnam pecuniariam. CXLVI.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ ſi aliquo caſu noſtrorum ſtatutorum, vel iuris communis diſpoſitum ſit, ꝙ condemnatus in pecuniariam pœnam, ſi eam ſoluere non poſsit, illam luere debeat in corpore: Si quidem propter impotētiam ſoluendi, pœnam ſuſtinuerit in corpore ipſe condemnatus, vllo vnquam tempore ipſe condemnatus non poſſit moleſtari, nec inquietari in bonis, vel in perſona, occaſione pœnæ pecuniariæ prędictæ, etiam ſi venerit ad pinguiorem fortunam.

De termino, ſeu confine non mouendo. CXLVII.

STATVIMVS ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat vel præſumat remouere, aut amouere per ſe, vel alium, aliquem terminum, aut confines, ſeu aliquod ſignum poſitum pro confinibus inter quaſcunq; perſonas publicas, vel priuatas; neque etiam id, vel eos deſtruere, & offuſcare, vel aliquo modo turbare, & abolere, ſub pœna vigintiquinque ducatorum auri, applicanda maſſariæ communis Ferrariæ pro tertia parte, & pro tertia ipſi offenſo, ſeu læſo, & pro alia tertia parte accuſatori, ſeu denuntiatori. & quilibet poſsit eſſe accuſator, & denuntiator.

De frangente carceres. CXLVIII.

STATVIMVS ꝙ ſi quis carceratus, vel non carceratus fregerit carceres, aut dederit auxilium, vel fauorem ad frangendum carcerē, adeo ꝙ carcer fractus ſit; ſiquidem aliquis carceratus aufugerit per fracturam prædictam, cui imponenda erat pœna mortis, vel membri abſciſſionis, vel alia pœna corporalis, condemnetur, & puniatur eadem pœna, qua condemnari, & puniri debebat is, qui aufugerit, ac ſi de crimine, pro quo erat ille incarceratus, verè conſtaret, & appareret. Si vero imponenda erat pœna pecuniaria, teneatur, & cōdemnetur ad eandē

pœnam,

pœnam,qua puniendus erat is,qui aufugerit,& etiam vltra prædictam pœnã ſuſtineat tres ictus funis in corpore ſuo. Si is autem, qui aufugerit, fuerit debitor alicuius creditoris, teneatur ad omnem quantitatẽ denariorum, pro qua erat ille carceratus, vel in carceribus ſequeſtratus,vel recõmandatus,ſiue pro debito priuato,ſiue publico,& ad omne damnũ,& intereſſe ipſius creditoris:& nihilominus banniatur, vel ponatur in carceribus manſurus per annum, & ſuſtineat tres ictus funis. Si vero aliquis non carceratus rentauerit frangere carcerem, aut præſtiterit auxilium,vel fauorem ad frangendum carcerem,& carcer fractus nõ fuerit,vel ſi fractus fuerit, & nemo carceratus exiuerit, puniatur, & condemnetur in libris vigintiquinq; marc. maſſariç cõmunis Ferrariæ applicandis. Et ſi infra quatuor dies non ſoluerit dictam pœnam,ſuſtineat quatuor ictus funis in corpore ſuo de die dandos, vt aliorum ſit exemplo:& hoc immediatè poſt dictos quatuor dies.

Quòd inuentores armorum lucrentur quartam partem pœnæ. CXLIX.

QVIA in multis ſtatutis noſtris impoſuimus pœnas portantibus arma, vel euntibus ſine lumine de nocte, vel facientibus matutinatas, prout in illis latius continetur; & vt facilius inueniantur,& puniantur cõtrafacientes, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ accuſatores, ſiue officiales inueniẽtes arma portantes, vel euntes ſine lu mine de nocte, aut facientes matutinatas, vel ẽt euntes cum laruis ſiue maſcaris, aut cum facie cooperta contra ſtatuta noſtra, lucrentur quartã partẽ ipſarum pœnarum,videlicet tam reſpectu pœnç pecuniariæ,quam armorum. Et nullus alius poſſit multare prędictos contrafacientes, niſi Poteſtas ciuitatis,& diſtrictus Ferr.cui, aut iudici malefic. vel notario ad maleficia deputato oĩs inuentor, accuſator, vel officialis teneatur denuntiare infra duos dies; & ad denũtiationem officialium, & aliorum, vt ſupra, teneatur Poteſtas citato ipſo denuntiato, vel inuento contrafaciente,circumſcripto omni iuris, & ſtatutorum ordine multare, prout iuris ſibi videbitur eſſe, & ſecundũ formam ſtatutorũ noſtrorum. Volentes ꝙ notarius ipſe eodem die teneatur notificare denuntiã ſibi factã iudici maleficiorũ: aliàs teneatur ad intereſſe maſſariç,& accuſatoris. Et teneatur ipſe Poteſtas infra duos dies citare; & infra alios tres dies multare, vel abſoluere prędictos cõtrafacientes. Et prędicta vendicent ſibi locum in inuentionibus factis in ciuitate,

&

& burgis Ferrariæ. In comitatu vero fiant denuntiationes infra dies octo: Et citationes ſimiliter infra dies octo proximos, quæ valeant, & ſufficiant etiam factæ ad domum habitationis. Cōdemnationes vero fiant infra alios dies octo ſequentes: quod ſi factum non fuerit, pereat inſtantia. Et ipſe Poteſtas condemnatus intelligatur in eadem pœna de ſuo ſalario retinēda, & applicanda vt ſupra. Et notarius maleficiorum non poſsit accipere niſi quatuor ſolidos march. pro qualibet denuntia, & multa, etiā pro toto proceſſu, & defenſione, & qualibet alia cauſa. Et ſi aliquis officialis inuenerit aliquem contrafacientē in prædictis, vel aliquo prædictorum, & eum non denuntiauerit vt ſupra, cadat in eandem pœnam ipſo facto, in quam ille inuentus contrafacere incurriſſet. Quam pœnam teneatur exigere ſine aliquo proceſſu, & ordine iuris maſſarius cōmunis Ferrariæ, facta ſuperinde declaratione opportuna per iudicem maſſariæ communis Ferrariæ. Volentes ꝙ ſi aliquis officialis inuenerit aliquem contrafacientē in prædictis, vt ſupra, debeat ſic inuentum ducere ad carceres communis, niſi præſtita fuerit idonea ſatiſdatio de illum præſentando coram Poteſtate Ferrariæ, & de ſoluendo multam debitam. Declarantes quòd nullus officialis, vel aliquis de ſua familia poſsit eſſe accuſator ſimul, & ſemel, & inuentor, vt lucretur duas quotas. Adijcientes quòd capitaneis plateæ, vel comitatus Ferrariæ, vel militi Poteſtatis, aut alteri eorum detur plena fides cum iuramenro ſuo, quòd perſonalirer inuenerint contrafacientes in aliquo prædictorum. Si vero fuerit quis inuentus per famulos eorum contrafacere vt ſupra, non credatur eis famulis, niſi cum ſimili iuramento, & vno teſte fide digno: & etiam quilibet alius poſsit accuſare contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum, & lucretur quartam partem pœnæ vt ſupra, ſi legitimè probauerit. Volentes ꝙ in prædictis omnibus terminis non computentur dies feriati in honorem Dei.

De bannito non parente banno. CL.

STATVIMVS quòd quilibet bannitus ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum, ſi banno non paruerit, & repertus fuerit in Ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu capiatur, & puniatur ſecundum formā condemnationis; & ſi fuerit bannitus ex cauſa, ex qua non debeatur pœna mortis corporalis, vel corporis afflictiua, tunc tribus ictibus funis puniatur, & carceretur, nec relaxetur, donec pœnam ſoluerit, & pacem habuerit, aut adimpleuerit quæ in ſtatutis nr̄s conſtituta ſunt.

De lino

De lino, vel canipa non macerandis in aquis mortuis, & de carbonarijs non faciendis prope habitationes. CLI.

QVIA de maximè proſternantibus naturam eſt dolor, & fœtor, ad tollendam cauſam fœtoris, ſtatuimus, & ordinamus ꝙ linum, vel canipa non poſsint poni ad macerandum, nec macerari in ſclapis, coronellis, foſſatis, aut foſsis, nec in alijs aquis mortuis. Similiter nec poſsint fieri carbonariæ aliquæ vbi ſint habitationes propè, ita ꝙ fœtorem ſentiant, vel ſentire poſsint habitantes. Et ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam librarum quinque march. toties quoties contrafactum fuerit: cuius pœnæ medietas applicetur communi Ferrarię, alia medietas accuſatori: & ſi accuſator non fuerit, non poſsit procedi. Et teneatur paterfamilias pro quolibet de ſua familia contrafaciente.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER QVARTVS, DE DAMNIS DATIS.

De electione Notariorum damnorum datorum, & eorum officijs. I.

HAC ſalubri lege ſancimus, quod omni anno in Kalendis menſis Ianuarij eligantur tres notarij publici Ferrarienſes, deſcripti in numero notariorum numerariorum ciuitatis Ferrariæ, pro notarijs ad officia damnorum datorum ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus: videlicet vnus pro policinio Ferrariæ, alter pro policinio Codreg, & tertius pro policinio ſancti Georgij, & pertinentiarum ſuarum, ſecundum quod hactenus obſeruatum eſt. Quorũ trium notariorum officia durent per totum menſem Iunij illius anni: Die namque feſti Sancti Petri de eodem menſe Iunij fiet ſimilis electio aliorum trium notariorum numerariorũ pro notarijs ad dicta officia damnorum datorum: quorum etiam trium notariorum officia durent vſque in finem illius anni, nec aliquo modo poſsit exerceri dictum officium per notarium ſupranumerarium ſubrogatum, vel ſubſtitutum, nec ſuper hoc poſsit diſpenſari etiam per officiales collegij notariorum, ſub pœna periurij dictorum officialium. & dicta electio fiat his modo & forma videlicet: per Referendariũ Illuſtriſsimi domini noſtri Ducis, vel alium eius nomine, & de eius commiſsione, in præſentia maſſarij & proconſulum collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ, vel alterius eorũ extrahantur tria breuia in principio cuiuſlibet dicti ſemeſtris de breuibus imbuſſolatis in buſſolo collegij notariorũ Ciuitatis Ferrariæ extrahendorum. Et illi notarij, qui erunt deſcripti ſuper ipſis breuibus, ſint notarij deputati ad dicta officia damnorum

datorum. Qui notarij ſic electi in principio ſuorum officiorũ teneantur iurare ad ſacroſancta Dei Euangelia in manibus dominorum pro conſulum collegij notariorum, ſe bona fide, & ſine fraude facturos & exercitaturos dicta officia damnorum datorum per ſe, & non per alios, niſi ex legitima cauſa, arbitrio proconſulum de ipſa cauſa. Ita tamen ꝙ notarius deputatus ad damna data, nõ poſsit ſe exercere in alio officio etiam aſſeſſoris: poſsit tamẽ per alium facere poni in libro authẽtico accuſas factas per damnum paſſos, & denuntias factas ſaltuariis. Et iurare teneantur vt ſupra à nemine plus debito, & vltra debitũ & ſtatutum ſalarium, & ea quæ eſſent ſibi permiſſa ex forma ſtatutorũ noſtrorum directè, vel indirectè per ſe, vel per interpoſitam perſonam accipere, ac etiam eſſe ſollicitos, & diligentes in ipſis officijs damnorũ datorum, & obſeruaturos ſtatuta ciuitatis Ferrariç, quæ pertinent ad dictum officium. Habeantq; dicti notarij damnorum datorum, ſcilicet quilibet eorum, librum authẽticum extractum, & vachetam, ac librum viridem trainarum, & galeſegnarum, more hactenus conſueto. Quos quidem libros, & vachetas maſſarius communis Ferrariæ darè & conſignare teneatur dictis notarijs damnorum datorũ in principio cuiuſlibet ſemeſtris, expenſis dicti communis. Et ſint libri bullati bullo communis per maſſarium communis Ferrariæ, & ſint chartç ſignatæ ad numerum.

De ordine procedendi in damnis datis. II.

AD ordinem, & formam procedendi in damnis datis accedentes ſtatuimus & ordinamus, quòd notarij ad officium damnorum datorum deputati, teneantur infra tres dies continuos à die factæ denuntiæ, vel accuſationis, ſuper libris authẽticis prædictis ſcribere omnes denuntias, & accuſationes ſibi factas tam per ſaltuarios, quam per partes, & ſuper extractis nomina accuſatorum, & ſuper vachetis nomina denuntiantium, & accuſantium more hactenus conſueto. Forma autem denuntiationis factæ per ſaltuarios ſit talis, videlicet, Titius ſaltuarius talis villæ denuntiat Petrum cum decem bobus dediſſe damnum Martino in ſuo frumento poſito in tali petia terrç iuxta tales cõfines, edendo, & conſumendo &c. Forma autem denuntiationis factç per damnum paſſum ſaltuario, ſit talis videlicet. Saltuario talis villæ Martinus denuntiat ſibi damnũ datũ in tali re iuxta tales cõfines &c. Forma autem accuſationis ſit talis videlicet, Petrus accuſat Martinũ,

cum tot beſtijs bouinis, vel perſonaliter dediſſe ſibi damnum in tali re iuxta tales confines: & ſufficiat deſcribere duos confines tantum. & notarij non audeant recipere aut ſcribere aliquam accuſationem ex prędictis, niſi accuſetur per eos de quibus ſupra certa, & determinata perſona ſiue vnus, ſiue plures, non autem communitas, vel vniuerſitas alicuius villæ, ſub pœna librarum quinq; maſſariæ cõmunis Ferrariæ applicandarũ: & nihilominus teneãtur notarij ad omne damnũ & intereſſe partis: exceptis tamen caſibus, in quibus per ſtatuta permiſſa eſt accuſatio communium, & vniuerſitatum villarum, quibus nullo modo derogatum eſſe intelligatur. Accuſatione autem facta per ſaltuarium, ſiue ex officio ſuo, ſiue ex denuntiatione damnum paſsi, ſiue per ipſum damnum paſſum, immediatè infra octo dies tunc proximè ſequentes notarij damnorum datorum teneantur & debeãt citari facere quoſcunq; accuſatos, cum cedula ſpecialiter contin ente quot accuſas illi ſic citandi habent, & nomina damna paſſorum, quorum occaſione ſunt accuſati, & quòd veniant ad ſe defendendum à dictis accuſis. Et præcones, quibus datæ fuerint dictæ cedulæ per notarios damnorum datorum, teneantur & debeant infra octo dies proximè ſequentes poſtquam ſibi datę fuerint ipſę cedulæ per notarios, ipſis accuſatis cedulas præſentare, ſi perſonaliter haberi potuerint, vel ad domum eorum habitationũ, ſi perſonaliter reperti nõ fuerint; dimittẽdo illis citatis, vel alicui de eorum familia buletinos, ſeu extractos prędicta in effectu con tinentes, vel affigendo eos, & affixos dimittendo ad oſtia eorum habitationum, nemine in domibus reperto, vel reperto & recuſante accipere dictos buletinos, ſeu extractos, ſub pœna ſolidorum viginti march. communi Ferrariæ applicandorum: in quam dicti præcones incurrant toties quoties contrafecerint. Et ipſi notarij damnorũ datorum teneantur ſcribere in officij ſui extracto diem dationis cedularum præconibus, & diem relationis illorum: & dicti præcones teneantur infra dictũ tempus octo dierum referre notarijs damnorum datorum dictas citationes ſic factas, ſub pœna prædicta. Et facta relatione per ipſos præcones de ipſis citationibus ſic factis, immediatè ſtatutus ſit & eſſe intelligatur ipſo iure dictis accuſatis terminus quindecim dierum ad comparendum, & ſe defendendum à dictis accuſis, & contentis in eis. Et ſi ipſi accuſati & citati, vt ſupra, non cõparuerint in prædicto termino quindecim dierum, tunc ſtatutus ſit & eſſe intelligatur ipſo iure alius terminus quindecim dierum ad ſe concordandum cum damna paſsis. In quibus etiam poſsint ſe defendere.

Et ſi infra ſecundum terminum quindecim dierum non fuerint in cõcordia, nec ſolennem excuſationem, vel legitimam defenſionem fecerint, eorum contumacia habeatur pro legitima probatione, vt poſſint & debeant ipſi accuſati ex illis damnis datis cõdemnari iuxta formam præſentium ſtatutorum. Et vlterius non admittãtur ad aliquã defenſionem per ipſos faciendam, niſi remiſsiones a damna paſsis habuerint. Si vero tales accuſati in altero dictorum terminorum quindecim dierum comparuerint per ſe, vel per eorum legitimum procuratorem, de cuius mandato prius conſtet apud notarios damnorum datorum; tunc & eo caſu coram Iudice maleficiorum comparere debeãt, & non ſufficiat eos comparere coram notarijs damnorum datorum, & petere, & habere copiã accuſæ, ſed teneatur ipſe accuſatus vel alius eius nomine cum mandato legitimo, viua voce, vel in ſcriptis coram Iudice maleficiorum defenſam facere. Et Iudex maleficiorum teneatur ſub pœna ſolidorũ decem march. de ſuo ſalario auferenda & communi Ferrariæ applicanda ipſis accuſatis vel eorum procuratoribus in eorum animam deferre iuramentum; & ipſi accuſati iurare teneantur quòd dictam defenſionẽ non faciunt animo calumniandi, vel dilatandi, immo ex eo quia credunt ſe poſſe defendere & probare, & ꝙ eorum intentio eſt ipſam defenſionem proſequi. Et ipſo iuramento præſtito, dictam defenſionem admittat ipſe Iudex, ſi & in quantum de iure tenetur, & ſtatuat vtriq; parti terminum: & eo ſtatuente vel nõ, ſtatutus ſit & eſſe intelligatur ipſo iure terminus quindecim dierum ad probandũ & probatũ habendũ per omne genus probationum vtriq; parti incũbentia. Quę omnia legitimè intimari debeãt damna paſsis intra dies tres per cedulam citationis pręd ícta continentem, ſi habitauerint in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis: ſi vero habitauerint ruri, eo die, quo pręcones cũ alijs citationibus vel ambaſſatis tenentur ire. Et quælibet partium ſit, & eſſe intelligatur monita vt ſingulis diebus, & horis congruis & debitis durante termino prædicto, debeant intereſſe coram ipſo Iudice maleficiorum ad videndum & audiendum iurare teſtes, produci iura, & capitula, & alia fieri, quæ erunt neceſſaria & opportuna in dicto termino. Quo quidem elapſo, ſi probationes factæ fuerint, Iudex proceſſum publicet, & ſtatuat terminum decem dierum ad reprobandum. Quo termino elapſo Iudex maleficiorum vel Poteſtas Ferrariæ cum curia ſua teneatur dictam cauſam terminare condemnando vel abſoluendo ſecundum formam iuris, & ſtatutorum noſtrorum. Et à dicta ſententia appellari, querelari, de nullitate

dici,

dici, & reſtitutio in integrũ peti nullo modo poſsit etiam ratione minoris ætatis, nec defenſio aliqua fieri. Si autem infra dictum terminũ aſsignatum, vt ſupra, nullæ probationes factæ fuerint, tunc elapſo dicto termino nullatenus audiantur ipſi accuſati ad aliquam defenſionem, nec ipſi damna paſsi, vel accuſatores ad aliquã probationem; immo Iudex ipſe maleficiorum, aut Poteſtas Ferrariæ cum curia ſua vlterius non admiſsis nec auditis partibus, procedat ad abſolutionem, vel cõdemnationem in cauſa ſecundum formam iuris & ſtatutorum noſtrorum, niſi remiſsiones præſentauerint ante ſententiam iuxta formam alterius ſtatuti de hoc loquentis. Et à tali ſententia non poſſit appellari, querelari, de nullitate dici, nec aliquod aliud remedium intentari, vt ſupra dictum eſt. Et ſi ipſi notarij damnorum datorum eſſent circa prędicta negligentes, & plus debito in officijs ſuis acciperet pœnam amiſsionis ſuorum officiorum incurrant, & alias pœnas ipſis notarijs impoſitas per ſtatuta noſtra, & per maſſarium communis Ferrariæ indilatè exigendas. Volentes tamen ꝙ denuntia, ſententia, vel remiſsio non præiudicet tertio non exiſtenti in iudicio, etiam citato ſolum ad ſententiam, nec in poſſeſsione, nec in proprietate. Si autem inter partes in iudicio cõtendentes, ſiue etiam tertio comparente pro intereſſe, incidenter deducatur quæſtio poſſeſsionis vel dominij; tunc Iudex poſsit, & teneatur ſuſpenſa ſententia ſuper damno dato, procedere in ipſa cauſa ordinariè ſecundum formam, & modum, & inſtantiam datum vel datam in cauſis ciuilibus ſub titulo: De modo procedendi in cauſis excedentibus ſummã quinquaginta librarum march. & auditis, ac receptis probationibus, & iuribus partium ipſarũ teneatur terminare ſimul in vna ſententia cauſã poſſeſsionis, vel proprietatis, & damni dati, prout iuris fuerit, cum conſilio tamen Vicarij Poteſtatis Ferrariæ, ſine quo conſilio ſit ſententia ipſo iure nulla: & tunc condemnetur ipſe Iudex maleficiorum in libris decem march. applicandis pro dimidia communi Ferrariæ, & pro alia dimidia parti, pro qua lata fuerit ſententia pro ſuo intereſſe, & ad omnes expenſas.

De ſalario & mercede notariorum ad damna data deputatorum. III.

SALARIVM cuiuſlibet notarij damnorum datorum eſſe decernimus omni, & ſingulo menſe libras octo march. quas recipere habeat quilibet eorum à maſſario communis Ferrariæ: Et pro qualibet copia

denuntiationis,vel accuſationis damnorum datorum,etiam ſi plures fuerint denuntiati vel accuſati in vna denuntia vel accuſatione percipiat,& percipere poſsit ſolidum vnum march. ſi realiter exhibuerit, & dederit ipſam copiam cum nominibus omnium accuſatorum, & pro qualibet copia extimariæ in totum, etiam ſi plures fuerint accuſati,ſolidos duos march. Et ſi vna copia prædicta, aut extimaria fuerit data,tunc pro ſecunda,tertia,& quarta & deinceps non poſsit recipere ipſe notarius, niſi dimidiam eius, quod ſupra taxauimus. Et teneantur ipſi notarij damnorum datorum ſaltem ſemel, denuntias vel accuſas,& extimarias,ſi requiſiti fuerint,denuntiatis, vel accuſatis,& cuilibet eorum ſine aliqua mercede oſtendere, & legere: Ita tamen q́ non poſsint recipere copias per ſe vel per alios,niſi per notarios damnorum datorum vt ſupra. Et ſi proceſſum fuerit in contradictorio iudicio,habeat quilibet eorum notariorum pro actis, copijs, & teſtibus id,quod ſupra in ſtatutis ciuilibus notarijs taxatum eſt. Prohibentes ipſos notarios damnorum datorum poſſe recipere directè, vel indirectè per ſe, vel alios aliquid pro denuntijs, accuſis, remiſsionibus, vel ſententijs inde ſequutis, nec aliquid aliud prætextu ſuorũ officiorum, vltra debitum ſalarium vel taxas prædictas in modica vel magna quátitate,in pecunia vel rebus, & xenijs, pœna cuilibet cõtrafaciẽti librarum decem march. applicanda communi Ferrariæ, vltra alias pœnas impoſitas per ſtatuta noſtra. Et ſuper his Syndicus palatij communis Ferrariæ vinculo iuramenti teneatur,& debeat inquirere, & illos culpabiles punire, & condemnare forma prædicta: teneaturq; etiam Syndicus prædictus in fine officij prædictorum notariorum eos notarios ſyndicare, & inquirere de prædictis,& omnibus extorſionibus & delictis per ipſos commiſsis in ſuis officijs, & procedere ad condemnationem,vel abſolutionem iuxta eorum delicta. Qui Syndicus,ſi negligẽs fuerit in prædictis,puniatur pœna librarum decem march. communi Ferrariæ applicanda. Et vt facilius ſatisfieri poſsit prædictis notarijs, permittimus eis retinere pro ſalario eorum de pecunijs exactis per eos de galeſegnis,trainis, vel cãcellationibus factis pro accuſis deſcriptis in folijs antè publicationes: de quibus pecunijs exactis teneantur ſingulo menſe reddere rationem cum reliquorum præſtatione maſſario communis Ferrariæ;ſub pœna ſolidorum quadraginta march.pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit,applicanda maſſariæ communis Ferrariæ.& nihilominus ad prædictam redditionem rationis cum reliquorum præſtatione compellãtur iuris remedijs. Et eo caſu etiam

poſsit

poſsit maſſarius auferre libros virides ipſis notarijs,aut ſi dicti notarij fraudem committerent in dicto officio. Qui libri non reſtituantur, donec ipſi notarij debitum ſuum fecerint.

De electione cauarzellanorum villarum. IIII.

STATVIMVS quod in quibuſcunque villis diſtrictus Ferrariæ debeant fieri electiones cauarzellanorum hoc modo: coadunatis hominibus villæ ſono campanæ ad eccleſiam villæ, fiat ſcrutinium de omnibus bubulcis in ea villa habirantibus,& de nominibus omnium capitumfamilias ipſorum bubulcorum fiant breuia diſtincta: videlicet de vnoquoque nomine vnum breue, quæ imbuſſolari debeant in vno buſſolo,quod deponi,& remanere debeat penes rectorem, ſeu capellanum dictæ villæ, qui pro tempore fuerit. De quibus imbuſſolatis omni, & ſingulo anno duo breuia extrahi debeant, videlicet vnum die prima Ianuarij,& aliud in die feſto ſancti Petri de menſe Iunij. & ij, quorum nomina reperta fuerint in illis breuibus,intelligãtur, & ſint cauarzellani pro illo anno:videlicet extractus prima die Ianuarij pro primo ſemeſtri illius anni,& extractus in die ſancti Petri pro ſecundo ſemeſtri inchoando in dicta die ſancti Petri. & ſi contingeret extractum recedere ex illa villa, & aliò habitationem ſuam transferre infra tempus officij ſui, & ſic ante completum ſuum ſemeſtre;tunc eo ipſo quod receſſerit à dicta villa, & ad aliũ locum ſe contulerit ad habitandum,intelligatur finitum officiũ ſuum; & ideo prima die feſtiua, quæ immediatè ſequatur eius receſſum,coadunari debeant homines ad eccleſiã,& extrahi debeat aliud breue ex imbuſſolatis,& is,cuius nomẽ exrrahetur, cenſeatur cauarzellanus pro reſiduo illius ſemeſtris,quo ille durare debebat qui receſsit. & facta extractione prædicta breue quod extrahetur, ſtatim in buſſolo reponatur, vt iterum extrahi poſsit pro ſemeſtri integro. & ſi pendente imbuſſolatione,aliquis bubulcus veniret ad habitandũ in dicta villa,eius nomen ſcribi debeat in vno breui,& in buſſolo cũ alijs qui ibi adeſſent reponi. Et econtra extrahi debeat de buſſolo quicunque nondum extractus receſſerit ex illa villa, & aliò ſuã habitationem tranſtulerit. Et finita imbuſſolatione per extractionem omnium breuiũ,renouari debeat ſemper ordine ſupradicto. Et quandocunque ſuper electione cauarzellani quæſtio aliqua oriretur in futurũ,Iudex duodecim ſapientum adiri debeat,qui ſtatim debeat quod ſibi videbitur declarare.

De

De electione ſaltuariorum. V.

PRovidemvs & ordinamus, quod in burgis, ſuburbijs, & villis totius diſtrictus Ferrariæ per homines ipſorum locorum, & villarum fiant, & fieri debeant ſaltuariorum electiones his modo, & forma videlicet: Coadunatis hominibus ſono campanæ ad eccleſiam prædictorum locorum, & villarum per ipſos homines, ſeu maiorem partem eorum eligi debeant omnes, qui videantur idonei, & qui officium ſaltuariæ per ſtatuta noſtra exercere non prohibentur: Et breuia de ipſis fieri, & dicta breuia imbuſſolari, & ipſum buſſolum cum dictis breuibus deponi, & depoſitum ſtare penes rectorem, ſeu capellanum eccleſiæ, ſeu cauarzellanum, ſeu maſſarium dictorum locorum, & villarum qui per tempora fuerint. De quibus imbuſſolatis omni, & ſingulo anno in Kalendis Ianuarij vnum breue extrahatur, & qui fuerit ſcriptus in dicto breui ſit, & eſſe intelligatur ſaltuarius illius loci, vel villę in illo anno. Qui ſic extractus teneatur acceptare dictum officium ſaltuariæ, niſi fuerit legitimè impeditus, ſub pœna librarum quinque march. applicanda communi Ferrariæ. Et nihilominus ad illud officium exercendum compellatur iuris remedijs per Iudicem duodecim ſapientum Ferrariæ: qui ſaltuarius ſic electus teneatur infra octo dies, ſub pœna ſolidorum quadraginta march. communi Ferrarię applicanda, venire ad ciuitatem Ferrarię vnà cum cauarzellano, vel maſſario illius loci, vel villæ, & ſe ſcribi facere per notarium deputatum ad officium duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ. Qui notarius recipiat pro tali ſcriptura, & pro iuramento ſibi ſaltuario deferendo ſolidos duos march. tantum, & non vltra. Et teneatur dictus notarius præſtare iuramentum prædicto ſaltuario ſic electo: Et ipſe ſaltuarius iurare teneatur ſe bene, legaliter, fideliter, & cum omni cura, & diligentia ſuum officium ſaltuariæ exercere, nec in eo aliquam fraudem, negligentiam, ſimulationem, aut machinationem committere, prius lecto ſibi, & vulgarizato per ipſum notarium toto, & integro ſtatuto ſub titulo, de officio ſaltuariorum villarum &c. Qua quidem imbuſſolatione pendente, ſi aliquis de prædictis imbuſſolatis receſſerit à dicto loco, vel villa animo, & intentione habitandi, & habitauerit in alio loco, vel mortuus fuerit, vel alia iuſta cauſa, & impedimento impeditus ad id officiũ redderetur inutilis, & incapax; extrahatur de dicto buſſolo talis recedens in præſentia hominũ illius villę, ſeu loci, vel in præſentia maioris partis eorũ. ſi vero aliquis pendẽte dicta

imbuſ-

imbuſſolatione de alio loco venerit habitatum in prædictis locis, vel villis, qui fuerit idoneus ad imbuſſolandum, & adfaciendum dictum officium ſaltuariæ, & qui non ſit prohibitus ex forma ſtatutorum noſtrorum; teneantur ipſi homines dictorum locorum & villarum infra vnum menſem imbuſſolare talem ſic venientem de nouo ad habitandum illuc. Et finita prædicta imbuſſolatione ſtatim fiat noua imbuſſolatio modo, & forma ſuperius dictis. Et ſi contra prædicta vel aliquod prædictorum contrafactum fuerit, teneantur homines dictorum locorum, & villarum ad pœnam ſolidorum centum march. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit: & maſſarius ipſe, ſeu cauarzellanus ad pœnam ſolidorum quadraginta march. de ſuo ære perſoluendam, & communi Ferrariæ applicandam.

De ijs qui ſaltuarij eſſe non poſſunt. VI.

STATVIMVS ꝙ nullus poſsit eſſe ſaltuarius, nec officium ſaltuariȩ exercere, niſi ſit annorum vigintiquinque vel circa: nec caupo, ſeu tabernarius, macellator, ſeu becharius, molendinarius, piſcator, bubulcus, caſtaldio, vel famulus alterius, nec alius exercens artem, vel officium propter quod vel quam officium prædictum ſaltuariæ impediri poſſet, ſaltuarij alicuius loci, vel villæ eſſe poſsint, nec ad tale officium diſpenſari, ſub pœna viginti ſolidorum march. infligenda ei, qui dictū ſaltuariæ officium acceptauerit. Et etiam ſub pœna viginti ſolidorū march. indicenda villæ, quæ ipſum ſcienter elegerit in ſaltuarium ipſius villæ, applicanda communi Ferrariæ. In quas pœnas ipſo facto incurrant, exigendas per maſſarium communis Ferrariæ abſque alia cōdemnatione vel ſententia, niſi fuerit villa, in qua maior pars eorum, qui eligi deberent aut poſſent in ſaltuarios, eſſent piſcatores: Quo caſu piſcatores poſsint eligi in ſaltuarios dictæ villæ.

A quibus ſaltuarij durante officio ſuæ ſaltuariæ ſe abſtinere debeant. VII.

INSVPER ſtatuimus ꝙ ſaltuarij villarum diſtrictus Ferrariæ durante eorum officio aliquod opus ruſticale pro ſe, & pro alijs exercere minimè poſsint, nec operas ſuas locare pro aliquo opere exercendo. Liceat tamen ipſis vineas aut vites, quas antea laborabant, facere vel totidem loco earum, & pro vſu ſuo laborare horticellum, & curtiletum

ſuum

ſuum,& illud reparare, & aptare. Nec etiam poſsint ſaltuarij ipſi durante eorum officio tenere aliquas beſtias ſiue ſuas, ſiue alienas, niſi vellēt pro vſu ſuo ad comedendum vnum vel duos porcos tenere, & pinguem, vel pingues facere. Dummodo eos etiam teneant in hara, vel ligatos, vel aliter, ita ꝙ neminem damnificare poſsint: neque ire in calendatium, neque accipere aliqua xenia. & ſi quis contrafecerit, incidat in pœnam librarum duarum march. pro qualibet vice qua contra fecerit: & quilibet poſsit accuſare, & lucretur dimidium pœnæ. Poſsit tamen Iudex duodecim ſapientum diſpenſare, vt tempore galeſegnæ maioris poſsint laborare ipſi ſaltuarij per dies & tempus, quibus videbitur ipſi domino Iudici, inſpectis qualitate, & neceſsitate perſonarū & loci, ita tamen ꝙ omnino non deſiſtant ab officio eorum: poſsit etiam prædictus Iudex diſpenſare, vt ſupra tempore galeſegnę maioris, si villa vel cuſtodia eſſet ita minima, vt nullo pacto poſſet portare expenſas ſaltuarij. Quo caſu percipiat ſalarium arbitrio dicti Iudicis. Volentes ꝙ maſſarij, & cauarzellani villarum teneantur denuntiare omni menſe Syndico palatij, ſi ſaltuarij non obſeruauerint omnia, & ſingula prædicta in præſenti ſtatuto contenta, ſub pœna ſolidorum viginti march. pro qualibet vice applicanda communi Ferrariæ irremiſſibiliter exigenda. Et ſimiliter quilibet poſsit eſſe accuſator & denuntiator, & lucretur medietatem dictarum pœnarum. Et in prædictis omnibus, & ſingulis poſsit etiam per inquiſitionem procedi per Iudicem duodecim ſapientum, & ſyndicum palatij ſimul, vel diuiſim, nullo iuris aut ſtatutorum ordine ſeruato. Qui Iudex, & ſyndicus, & eorum quilibet omnino curent, vt præſens ſtatutum, & ſequens obſeruetur, contrafacientes pœnis in eis impoſitis caſtigantes quacunq; cōſuetudine contraria, vel deſuetudine non attenta.

De officio ſaltuariorum villarum diſtrictus Ferrariæ. VIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ quilibet ſaltuarius villarum diſtrictus Ferrariæ, omni die, & per totam diem cuſtodire, & circuire teneatur campaneam, & ſingulas poſſeſsiones & partes, quæ ſub eius cura fuerint: niſi aliqua iuſta cauſa fuerit impeditus. Qui ſi conuictus de negligentia fuerit, cadat in pœnam ſolidorum decem march. applicandam communi Ferrariæ toties, quoties negligēs repertus fuerit, & ad emendanda damna, quæ probata fuerint illata fuiſſe ea die, qua neglexerit loca cuſtodię ſuæ ſubdita circuire. teneatur ſimiliter cuſtodire, & cir-

& circuire campaneam de nocte tempore galeſegnę maioris ſaltem ſemel ante auroram diei: & teneatur circa ſecundam horam noctis cū duobus vel tribus de dicta villa requiſitis per ſaltuarium, qui teneantur ſub pœna ſolidorum decem march. requiſiti ire cum ipſo ſaltuario, videre & perquirere an in curtilibus vel locis cōſuetis ſint omnes beſtiæ, quæ ſolitæ ſunt hoſpitari in eiſdem locis. Quòd ſi neglexerit prędicta adimplere, & ſuper his fuerit legitimè cōuictus, cadat in pœnam ſolidorum quindecim march. applicandam communi Ferrariæ, & ad ſatisfaciēda damna quæ probata fuerint illa nocte eſſe data cum refectione expēſarum: & quilibet poſsit accuſare, & credatur ſibi cum vno teſte, & iuramento ſuo. Volentes quòd ſaltuarius teneatur omni hebdomada denuntiare notario damnorum datorum damna, quæ reperiet dari in rebus ſuppoſitis in locis cuſtodiæ ſuæ videlicet, quis dānum dederit; cui damnum datum fuerit, in quibus rebus, & cum quibus & quot beſtijs ſeu perſonis, ſub pœna ſolidorum decem march. applicanda communi Ferrariæ pro quolibet damno. Quod ſi non fecerit, vel ſi ignorauerit damnum datum, liceat & licitum ſit damnum paſſo infra decem dies continuos poſt ipſum damnum datum ſecuturos, aut poſt ſcientiam damni dati ſuperuentam poſt decem dies, vel infra, ſi non ſupereſſent duo de prædictis decē diebus infra alios duos dies, de qua ſcientia ſtetur iuramento damnum paſsi, denuntiare dicto ſaltuario perſonaliter vel in actis dicti notarij dictum damnum ſibi datum. Et teneatur tunc ſaltuarius infra octo dies proximè ſequentes ipſam denuntiam, vel notificationem ſibi factam de ea per notarium, quam ipſe notarius ſibi ſaltuario facere teneatur, inquirere ſi dānum datum ſit, & quis dederit, & cū quibus & quot beſtijs. Et ſi dānum datū ſit, teneatur ſub dicta pœna damnum dantē denuntiare infra tēpus prędictum in actis dicti notarij. Quod ſi non fecerit, & probatum fuerit per damnum paſſum tam per teſtes, q̄ per relationem ęſtimatorum ipſius villæ ſeu loci, damnū fuiſſe datum; teneatur ipſe ſaltuarius vltra pœnam prędictam emendare de ſuo proprio dānum ipſum damnum paſſo, iuxta æſtimationem ipſorum æſtimatorum. Et ſi per damnum paſſum non fuerit denuntiatum infra dictum tempus vt ſupra, ſit pręcluſa ei via denuntiandi occaſione dicti damni, nec etiam ſaltuarius poſsit cogi ad prædicta faciendum. Adijcientes quòd in omni denuntia facienda tam per partem quā per ſaltuariū, denuntians ipſe teneatur iurare in manibus notarij damnorum datorum, ſe non animo calumniandi denuntiare, ſed quia credit damnum ſibi prout in

denuntia

denuncia,& accuſa eſſe datum. Et ſaltuarius teneatur iurare in manibus notarij,ſe nõ dolo,nec malignitate aliqua ſic denuntiare, aliàs eis non iurantibus denuntiatio non teneat. Quæ iuramenta in actis per notarium ſcribantur ſaltem in breuiloquio videlicet,& iurauit &c.Si tamen denuntiatus, vel accuſatus petierit, teneatur denuntians, vel accuſans iterum iurare,vt ſupra per octo dies ante condemnationem. Statuentes inſuper ꝙ liceat cuilibet damnum paſſo abſque alia denũtiatione infra decem dies,poſtquam damnum datum fuerit proximè ſequentes,vel ſcientiam damni dati vt ſupra,de qua ſcientia ſtetur iuramento ſuo,& iurare teneatur,accuſare quemlibet ſibi damnum dantem cum iuramento,vt ſupra. Quibus decem diebus elapſis,ad accuſandum de dicto damno vlterius non audiatur.

Qui poſsint denuntiationes facere, vel accuſare de damnis datis. IX.

VOLVMVS, & ordinamus ꝙ nedum domini,vel ſaltuarij ipſi denũtiationes facere poſsint, vel accuſare de damnis datis vt ſupra, ſed etiam caſtaldiones,factores,laboratores, famuli, & alij de familia dominorum: conductores etiam ad modicũ tempus, & quilibet alius ſpecialis nuntius ipſorum dominorum accuſare, vel denuntiationes facere poſsint,præſtito tamen iuramento, modis, forma, & temporibus ſupra in præcedenti ſtatuto pręnotatis: si domini vel ſaltuarij denuntiauerint, vel accuſauerint, aut habens ſpeciale mandatum, vel fuerit nuntius ſpecialis. Si vero fuerint caſtaldiones, & cæteri ſupra prænotati, præſtent iuramentum in animam ipſorum denuntiantiũ, vel accuſantium. & vbi domini ratam non habuerint denuntiationé à laboratore factam,pro eius parte ſuſtineatur.

De quibus damnis datis teneantur ſaltuarij, & alij denuntiare. X.

STATVIMVS ꝙ ſaltuarij, & alij, qui denuntiare poſſunt, teneantur denuntiare oĩa, & ſingula damna data in omnibus rebus, & bonis, ac locis ſubiectis ſuæ cuſtodiæ,pręterq̃ dãna data in domibus habitatis vel nõ, & curtilibus habitatis,& in rebus à ſolo ſeparatis poſitis ſuper vijs publicis,& glarijs padi.In vallib⁹ aũt piſcaritijs reſpectu piſciũ dumtaxat teneantur denuntiare, & denuntiationes facere vt ſupra,

niſi

niſi dixerint ſe non habere notitiam de eo, qui damnum dederit. In quo caſu habeant terminum octo dierum ad informandum ſe: & ſi notitiam habuerint, vel veriſimiliter habere potuerint, aut per dominum fuerit data notitia per vnum teſtem de viſu quis damnũ ipſum dederit, tunc teneatur denunciare vt ſupra. Si vero notitiam habere non potuerint facta diligenti inquiſitione, nõ teneantur denuntiare, neque denuntiationes vllas facere. De qua notitia, & diligenti inquiſitione ſtetur iuramento ſuo. Pro alijs autem damnis datis in eis, ſeruetur regula ſupra poſita; reſeruato tamen iure in prædictis, & quolibet prædictorum dominis, vel poſſeſſoribus rerum, denuntiandi, vel accuſandi ſecundum formam iuris, & ſtatutorum Ferrariæ.

De beſtijs in terris alienis, aut vijs, & ſtratis publicis inuentis. XI.

STATVIMVS q; ſi aliquis ſaltuarius de die repererit beſtias cũ cuſtode aut ſine in terris alterius, conducere poſſit ad domum domini prædictarum terrarum in villa exiſtentem, & eas conſignare domino, caſtaldioni, factori, laboratori, famulo, vſufructuario, aut conductori ẽt ad modicũ tempus, vel alicui de eorũ familia: & is cui cõſignatio fiet, tũc ſoluere teneatur ſaltuario ſolidos tres pro quolibet capite beſtiarũ groſſarũ, in quarũ numero porcos eſſe volumus, & ſolidos ſex, ſi de nocte inuenerit, & conduxerit: et pro quolibet capite beſtiarum minutarũ dimidiũ. Et qui eas recuperare voluerit ſoluere teneatur illi penes quẽ ipſę beſtię groſſę reperientur pro quolibet capite earũ de die captarum ſolidos ſex; de nocte autem captarum duodecim: de quibus deducantur ſolidi tres, vel ſex reſpectiuè ſoluti prius ſaltuario, & reſiduum inter dominum, & laboratorem æqualiter diuidatur. Volentes quòd ſtetur iuramento ſaltuariorum cum vno teſte de inuentione beſtiarũ in terris alterius; & q; omnis ruſticus, vel agricola illius villæ ab ſaltuario requiſitus, vt ſe comitem illi præbeat, & auxiliatorẽ ad beſtias conducendas, & ad teſtificandum de inuentione, hoc officiũ fideliter præſtet, ſub pœna librarum trium ei auferendarum niſi paruerit, pro dimidio communi Ferrariæ, & pro altero dimidio ſaltuario applicandarum: de qua requiſitione iuramento requirentis ſtetur cum vno teſte. Si autẽ terrarum domini, vel vſufructuarij, vel cõductores, vel eorũ nuntij, vel alij de quibus ſupra prędictas beſtias vt ſupra per ſe cõperêrint, & requiſiuerint ſaltuarium cum vno teſte quòd eas capiat, & ad

domum ſuam conducat, volumus ꝙ accedere teneatur, & hoc officiũ implere, ſub pœna ſoluendi de ſuo tantumdem quantum ipſe ducens lucratus fuiſſet, & amittendi ſaltuariam. Et quilibet ruſticus, & agricola villæ teneatur ſe comitem, teſtem, & auxiliatorem præbere, vt diximus. Et hoc etiam caſu omnia ſuperius dicta obſeruentur. Et ſi prædictis perſonis magis placuerit, permittimus, ꝙ adhibitis duobus teſtibus ſuper inuentione prædictarũ beſtiarum, propria auctoritate eas accipiant, domumq; ſuam conducant: nec cogi poſsint reſtituere, niſi ſolidis ſex pro quolibet capite beſtiarum groſſarũ ſibi prius ſolutis, ſi hoc de die euenerit, vel duodecim, ſi de nocte: & dimidio eorũ pro beſtijs minutis, diuidendis vt ſupra. Et ſi prędictę beſtiæ penes prędictas perſonas derelictæ fuerint vltra vnũ diẽ, poſt denuntiationẽ factã, vt infra, volumus ꝙ quicunq; eas recuperauerit poſtea, vltra quãtitates expreſsas ſoluere teneatur ſingulis diebus ſolidos quinq; pro quolibet capite. Nec prius dimittãtur, quã ſatisfecerit. Et interim detentor ad omne miniſteriũ impune vti, & frui poſsit boni viri arbitrio. ſaltuarius aũt qui cõpererit, vel duxerit beſtias prędictas, cogatur ſtatim id denũtiare ei à quo beſtiæ tenebãtur. & vbi propria auctoritate captæ fuerint capiens debeat ſtatim notificare ſaltuario, qui ſubinde denuntiare teneatur vt ſupra. Diſponimus etiam, ꝙ ſi quis ſaltuario, vel domino, vel alijs cõducere volẽtibus vt ſupra vim fecerit, aut verba iniurioſa, vel minatoria protulerit, aut quomodocunq; prohibuerit, quominus cõducant: ſi facto impediuerit, tribus ictibus funis caſtigetur: ſin verbis, librarum decem pœna multetur: pro dimidio maſſariæ, & pro altero dimidio parti applicandarum. Si vero poſtq̃ conductæ fuerint, ſine cõſenſu partis eas abduxerit per vim, aut quomodocunq;, quãtitatibus de quibus ſupra nõ ſolutis, in eum trium ictuum funis pœna animaduertatur. Si autem ſaltuarius de nocte compererit beſtias in ſtratis, ac vijs publicis, & extra cortile, & loca, vbi ſtabulari ſolent, cum cuſtode, aut ſine, poſsit illas conducere ad dominum, vel ad alium cuius interſit; qui pro quolibet capite beſtiarum groſſarum ſoluere teneatur ſolidos duos, minutarum vero dimidium: de quarum conductione iuramento conducẽtis credatur. Quem ſi aliquis impediuerit, pœnę prædictæ irrogentur tam ictuum funis, quam pecuniæ reſpectiuè. Et ruſtici, vel agricolæ requiſiti per ſaltuarium cogantur comitari, auxiliari, & teſtificari vt ſupra. Alijs noſtris conſtitutionibus ſuper damnis datis, denuntiationibus & accuſationibus firmis permanẽtibus. volumus ẽt ꝙ Poteſtas Ferr. ſuper impedimẽto, & abductione ex quibus pœ-

na corporalis imponenda eſt vt ſupra, poſsit, ac debeat procedere tam ad requiſitionẽ alterius, q̃ ex mero officio ſuo: de alijs autẽ impedimẽtis ob quę pœna pecuniaria eſt, ſtetur iuramento ſaltuarij cũ vno teſte parte etiam non citata examinato: vel denuntiationi perſonarum de quibus ſupra cum duobus teſtibus, ſimiliter parte non citata examinatis: & his peractis Iudex dictas libras decem ſtatim exigi faciat.

Quòd ſaltuarij villarum, aut in ſuburbijs non poſſint beſtias damnum dantes ad domum eorum conducere. XII.

NVLLVS ſaltuarius in villis, aut ſuburbijs creatus poſsit beſtias vnã vel plures in campanea repertas, & damnum dantes in rebus, capere, & ad domum ſuam, vel cortile ducere per ſe, vel alium, & redimi facere ab eis, quorum ſunt, & ab eis extorquere aliquid in parua, vel magna quantitate; ſed ſuo iure vti ſecundum quod in conſtitutionibus damnorum datorum continetur, ſub pœna librarum x. march. cõmuni Ferrariæ applicanda, & toties exigenda quoties contrafactum fuerit: niſi beſtię ipſę eſſent incognitę ipſi ſaltuario, qui neſciret cuius eſſent dictæ beſtię: quo caſu poſsit, & debeat impune illas conducere ad hoſpitium, donec reperiatur cuius fuerint. & teneatur tũc ipſe ſaltuarius illud notificari facere ad eccleſiam die feſto ſequenti, aut in triuio ipſius villæ.

De ſalarijs ſaltuariorum diſtrictus Ferrariæ. XIII.

SAltuariorum diſtrictus Ferrariæ ſalaria hæc eſſe volumus, & ordinamus; videlicet vt de quolibet modio frumenti, & ad rationẽ modij ſeminato in terris ſub cuſtodia ſua poſitis habeat tãtum duas quartas frumenti ſuper area, videlicet unam de parte domini, alteram de parte laboratoris. & ſi dictum ſalarium non peruenerit ad quantitatẽ ſtariorum triginta frumenti, ſuppleatur eis vſque ad dictam quantitatem triginta ſtariorum pro rata modo, & forma prædictis. Et à quolibet, qui ſeminauerit linum ſuper quattuor ſtaria, vnam manam lini, & vnum ſtarium melicę, ſi melicam recollegerit, de vtriuſq; parte in totum ſcilicet tam lini, quam melicę. & de qualibet caſtellata vini, vnam ſitulam vini cum graſpis, & in carentiam vini propter tempeſtatem & pruinas ſolidum unum march. pro quolibet milliari uineæ. Et pro quolibet milliari pergolatorum ſolidos duos march. recipiant. Volentes etiam ꝙ ipſi ſaltuarij tempore eorum officij non audeant,

vel præſumant aliquid accipere, vel auferre de campanea ratione ſuorum ſalatiorũ, vel alio loco propria auctoritate; ſub pœna viginti ſolidorum march. communi Ferrariæ applicanda toties quoties contra factũ fuerit, & reſtitutionis eius, ꝙ acceperint ei, à quo ablatum fuerit.

De immunitate ſaltuariorum diſtrictus Ferrariæ. XIIII.

STATVIMVS ꝙ omnes ſaltuarij villarum diſtrictus Ferrariæ, durante eorum officio, ſint liberi, & immunes ab omni onere perſonali, nec compellantur aliquem mittere loco ſui ad aliquod onus, vel laborerium, pœna librarum quinque march. iniungenda cuilibet contrafacienti, & eos compellenti, applicãda communi Ferrariæ: poſsintq; arma deferre licitè, & impune ſiue offenſibilia, ſiue defenſibilia, quãdo ſuum officium in cuſtodiendo campaneam die ac nocte exercent. Et hoc ſi ſecuritatem pro legaliter, & fideliter officio ſuo exercendo præſtiterint, quam præſtare teneãtur: & quam ſecuritatem, ſeu fideiuſsionem auctoritate præſentis ſtatuti pręſtaſſe intelligi volumus villas ſeu vniuerſitates, quæ ipſos in ſaltuarios ſic elegerint, ſi dicti ſaltuarij aliã idoneam ſecuritatem ſeu fideiuſsionem non præſtiterint.

Quando, & quibus caſibus denuntiatus, & accuſatus non poſsit ſe defendere. XV.

STATVIMVS ꝙ ſi quis accuſatus ſeu denuntiatus fuerit, ſtetur denuntiationi factæ per ſaltuarium de quocunq; damno dato tãtum; nec poſsit ipſe accuſatus, vel denuntiatus ſe defendere, niſi in caſu in ſtatuto infra proximè ſcripto; vel niſi per indirectam probationem puta quòd tempore damni dati fuerit abſens perſonaliter, vel quòd beſtiæ accuſatæ alibi fuerint: vel ꝙ ſaltuarius non fuerit denuntiatus, vel ipſe ſaltuarius non denuntiauerit infra tempus legitimum à ſtatuto comprehenſum, vel per perſonam inhabilem ad accuſandum, vel aliquid aliud ſimile.

Quando accuſatio damni dati cenſeatur calumnioſa. XVI.

STATVIMVS ꝙ ſaltuarius qui denuntiauerit aliquem dediſſe damnũ cum beſtijs, quas non habet, vel cum maiori quantitate q̃ habeat ipſe denuntiatus, fictione præſentis ſtatuti præſumatur inſtituiſſe denuntiã calumnioſã. & cõdemnetur ſaltuarius ipſe de calumnia in lib.

duabus

duabus march. applicandis communi Ferrariæ, & ipſi domino damnum paſſo ad emēdationem damni, & in expenſis legitimis, damnis & intereſſe ipſi accuſato, ſi probauerit ſe non habuiſſe beſtias, de quibus eſt denunciatus tempore damni dati, vel pauciores, q̃ in accuſatione continentur. Quod probari poſsit per duos teſtes idoneos, niſi ſaltuarius probet legitimè contrarium. Volentes idem iuris eſſe in eo, qui perſonaliter accuſauerit aliquem pro damno ſibi dato.

Dè damno dato in confinio duarum villarum. XVII.

SI damnum datum fuerit in campanea in loco, qui ſit in confinio duarum, vel plurium villarum: Et dubitetur cui villæ locus ille applicetur, Syndicus generalis palatij compellat antiquos homines ipſarū villarum, ſeu viciniarum, & quoſcunq; alios per quos veritas exquiri poterit, declarare cuius villę ſit locus ille, in quo damnum fuerit datum, vt damnum paſſus poſsit damni ſui emendationem habere: & ſaltuarius illius villæ cogatur accuſare eum qui damnum dederit. Quod ſi conſtare legitimè non poterit, in cuius villæ pertinentijs ſit locus prædictus, vtranque villam pro modo extimi ſui ad emendationem damni teneri volumus damnum paſſo, de quo legitimè conſtet, niſi damnum dantem oſtenderit.

Quòd ſaltuarij ceſſent ab officio ſaltuariæ per annum. XVIII.

STATVIMVS quòd ille qui fuerit ſaltuarius alicuius villæ, vel ſuburbij diſtrictus Ferrariæ, ceſſare debeat ab officio ſaltuariæ per annū integrum eius villæ, vel ſuburbij, cuius fuerit ſaltuarius; neque electio de ipſo facta teneat, ſi electus fuerit in ſaltuarium, & accuſationes per ipſum factæ ipſo iure non teneant. Quod ſi quis eum elegerit ſciēter, cadat in pœnam ſolidorum quindecim march. communi Ferrarię applicandam; niſi per Iudicem duodecim ſapientum, & ipſos ſapientes diſpenſatum cum eo fuerit.

Quid ſit galeſegna maior, & minor, & traina. XIX.

QVIA ſæpius in ſtatutis Ferrariæ mentio fit de his vocabulis, galeſegna maior, & minor, & traina, & vt tollatur omnis vocabuli dubitatio: Declaramus galeſegnam maiorem eſſe beſtias damnum dan-

tes de nocte, vel damnum datum per beſtias de nocte ſuper alienis rebus, cum cuſtode, vel ſine cuſtode, à Kalendis menſis Aprilis, vſq; per totum menſem Septembris. Galeſegnam minorẽ eſſe beſtias damnũ dantes de nocte, vel damnum datum per beſtias de nocte ſuper alienis rebus, à Kalendis menſis Octobris, vſque per totum menſem Martij, cum cuſtode vel ſine cuſtode. Trainam vero appellari volumus, quando beſtiæ reperiuntur damna dantes de die ſine cuſtode.

De modo, & forma denuntiandi, vel accuſandi ad galeſegnam, vel trainam. XX.

PRovidemus ꝙ nulla denuntiatio, vel accuſatio ad galeſegnam, vel trainam admitti vel fieri poſſit, niſi fiat per ſaltuarium illius villæ, qui viderit beſtias damnum dantes, vel damnum datum per beſtias ad galeſegnam, vel trainam. Quo caſu credatur ſaltuario cum iuramento ſuo, quod præſtare teneatur ad inſtantiam damnum paſſi. & ſi ipſe ſaltuatius beſtias damnum dantes, vel damnum datum per beſtias ad galeſegnam, vel trainam non viderit, non credatur ei; niſi habuerit vnum teſtem etiam domeſticum, qui viderit beſtias damnum dantes, vel damnum datum per beſtias ad galeſegnam, vel trainã, aut niſi denuntiatio fieret per dominum, cui damnum datum eſt. Qui poſſit accuſare, vel denuntiare ad galeſegnam, vel trainam, etiã antequam ſaltuatius ipſe denuntiet. Quo caſu valeat accuſatio, vel denũtiatio, ſi poſteà probauerit per vnum teſtẽ, qui viderit beſtias damnũ dantes, vel damnum datum per beſtias ad galeſengam, vel trainam, aut per confeſsionem accuſati, aut per eius accuſati iuramẽtum, quod ſuſcipere teneatur ad omnem inſtantiam damnum paſsi. Admittẽtes ad hoc probandum laboratores, caſtaldiones, & alios domeſticos cũ iuramento ipſorum, ſcilicet ꝙ viderint beſtias damnum dantes, vel damnum datum per beſtias ad galeſegnam vel trainam. & aliter accuſatio, vel denuntiatio non teneat, nec procedat.

Quando poſſint remitti denuntiationes, vel accuſationes damnorum datorum. XXI.

STatvimvs, & ordinamus, ꝙ liceat domino, & cuilibet legitimo poſſeſſori, ſine damnum paſſo, quibus damnum datum ſit, remittere denuntiationes, vel accuſationes damnorum datorum ſaltuario,

&

& ipſis denuntiatis, vel accuſatis quandocunq;: niſi denuntiationes, vel accuſationes factæ eſſent ad galeſegnam, vel trainam. Quibus caſibus poſsint remitti nihil ſoluendo antequam ſaltuarius accuſauerit. Si vero fuerint remiſſæ poſteaquam ſaltuarius accuſauerit, vel dominus perſonaliter eas fecerit, & denuntiauerit; tunc omnino teneatur remiſſus ſoluere cõmuni Ferrariæ pro qualibet accuſa', & denuntiatione ad galeſegnam, vel ad trainam facta ſolidos quinque march. Volentes q remiſsiones ipſæ fieri poſsint vſque ad publicationẽ ſentẽtiæ excluſiuè, et ſi forent in folio deſcripti ipſi accuſati. Quo caſu teneatur remiſſus ſoluere cõmuni Ferrariæ, vel notario eius nomine ſolidos duos march. pro qualibet accuſa deſcripta in folio. Inhibentes notatijs vt non poſsint deſcribere in folio, niſi per vnum diẽ ante diẽ publicationis ſentẽtiæ. & ſi ante eam diem deſcriptus fuerit in folio, habeatur pro non ſcripto in ipſo folio quo ad hoc, vt non teneatur ipſe deſcriptus in dicto folio ſoluere illos duos ſolidos march.

De ijs qui non poſſunt tenere beſtias in diſtrictu Ferrariæ. XXII.

STATVIMVS q nulla perſona audeat, vel præſumat tenere in diſtrictu Ferrariæ aliquas beſtias bouinas, caballinas, porcinas, aſininas, caprinas, vel pecudinas proprias, vel cõductas, etiam ad ſocidam, vel ad iugaticã; niſi teneat, vel poſsideat in villa, vel loco, in qua vel quo dictas beſtias teneat ad paſcendũ, tñ terrenum, prata vel paſcua, propria, vel conducta iure affictus, aut laboraturæ, in quibus veriſimiliter poſsint dictæ beſtiæ paſci ſeu paſculari ſufficienter, & in quibus actualiter dictas beſtias paſcere permittat, nõ autem ea cuſtodiat à beſtijs. Concedentes tñ cuilibet bracento, q pro vſu, & commodo ſuo, poſsit tenere vnã vaccam cum fœtibus, & filijs vnius anni tantum, vel decẽ, vſque ad triginta pecudes; vel duos porcos ad paſcendũ pro vſu ſuo, & vnum aſinum, ſeu aſinam; ſi tamẽ is fuerit in loco, & villa, in quibus ſine damno alterius poſsit tenere dictas beſtias, vel plures aut paucio res. Quæ omnia reſideant in arbitrio Iudicis duodecim ſapientum, vel ſyndici palatij vocatis vicinis, & poſſeſſoribus in prædictis locis. Et ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam ſolidorum viginti march. pro omni beſtia ſic prohibita communi Ferrariæ pro dimidia applicandam, omni & ſingula vice qua fuerit accuſatus, denuntiatus, vel inquiſitus: reliqua uero dimidia inter Iudicem exequentem, & accuſatorem, ſeu denuntiatorem diuidatur. Et quilibet poſsit accuſare, &

& quartam partem dictarum pœnarum conſequatur ipſo facto. Et poſsit procedi per inquiſitionem etiam nullo iuris ordine ſeruato in prædictis, & accuſator teneatur ſecretus. Et pœnæ ſupradictæ augeri poſsint & debeant, vbi perſeueretur in contrafaciendo præſenti ſtatuto arbitrio prædictorum Iudicis duodecim ſapientum, & Syndici, etiam abduci faciendo beſtias prohibitas, vbi id videatur eis expedire. Et teneatur Syndicus palatij, aut Iudex maleficiorum ſingulo mẽſe compellere cauarzellanos ad indicandum ſub vinculo iuramenti, ſi quis ſit in villa, vel loco ſuæ cuſtodiæ, qui contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum: idem ſeruetur in maſſarijs burgorum. quod idem facere poſsit Iudex duodecim ſapientum. Et de prædictis omnibus, & ſingulis fieri poſsit proclama ad eccleſias villarum, in quibus & quãdo, & quoties videbitur, & placuerit prædictis Iudici duodecim ſapientum, vel Syndico, expenſis maſſariæ communis Ferrariæ. Prohibentes Poteſtatem Ferrariæ, & Iudicem maleficiorum ſuper prædictis procedere poſſe, niſi de cõſenſu, & commiſsione Iudicis duodecim ſapientum eis, vel alteri eorum facta.

Quòd de eodem damno non poſsint fieri plures denuntiationes, vel accuſationes. XXIII.

STATVIMVS quòd de eodem damno eodem die dato, licet per diuerſa genera beſtiarum, vel aliter diuerſimodè, non poſsit fieri niſi vnica denuntiatio, vel accuſatio: aliàs aliter facta non teneat, nec valeat ipſo iure. Declarantes illud eſſe vnum, & idem damnum, ſi eadẽ die per diuerſas, vel eaſdem beſtias, vel aliter diuerſimodè datum fuerit in eadem re, & petia terræ. Et ſi quis fecerit plures denuntiationes de eadem re, & petia terræ, etiam ſub diuerſo tempore, & ſaltuarius ipſe habita ſuperinde diligenti informatione, & re ad oculum viſa, viderit vnicum eſſe damnum, & datum eſſe eodem tempore; tũc de dictis pluribus denuntiationibus ipſe ſaltuarius vnicam tantum faciat accuſationem etiam plures perſonas, vel beſtias continentem: & illæ plures denuntiationes pro vna tantum habeantur. Si vero viderit, & cognouerit plura damna eſſe data diuerſis temporibus, tunc poſsit plures accuſationes facere, ſicut plures ſunt denuntiationes de damnis datis.

Quibus caſibus intelligantur damna eſſe data, vel furta. XXIIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ ſi aliqua perſona terrigena, vel foren ſis perſonaliter dederit damnum alicui in campanea, in frumento, hordeo, vel alijs frugibus etiã immaturis, in ſalicibus, plantis, vel alijs arboribus fructiferis, vel infructiferis, vitibus, vel fœno, ſeu in beſtijs vel alijs quibuſcunq; rebus, & prædictam rem, vel res exportauerit de loco ad locum eas contrectando, vel aliàs etiam non damnificata re, eam contrectauerit: ſiquidem res exportata valuerit, aut fuerit valoris ſolidorum quadraginta march. incluſiuè, vel infra, intelligatur damnum datum, & non furtum. Et ſaltuarij teneantur & etiã ipſi damna paſsi dicta damna data denunciare ad officium damnorum dato rum, & non ad officium maleficiorum. Si autem res exportata valuerit, aut fuerit valoris vltra quadraginta ſolidos marc. intelligatur fur tum eſſe, & eo caſu ſit in electione damnũ paſsi, vel denuntiare ad officium damnorum datorum, aut querelare, vel accuſare de furto ad of ficium maleficiorum; dum tamen non excedat ſummã librarum quin que marc. & tunc ſaltuarij ipſi teneantur ad officium damnorum datorum denuntiare, vel accuſare iuxta modum & formam ſtatutorum noſtrorũ in alijs damnis datis: & ſi aliter factũ fuerit, denuntiatio, accu ſatio, proceſſus & cõdemnatio non valeat ipſo iure, nec exigi poſsit.

De damnis, & incendijs abſconſè datis. XXV.

VOLENTES quibuſcunq; læſis præſtare ſubſidium, & ipſos conſeruare indemnes, & vt facilius malefactores inueniri poſsint; ſtatui mus ꝙ in incẽdijs factis in quibuſlibet rebus mobilibus, vel immobili bus cuiuſcunq; valoris & vbicunq; exiſtẽtibus in villa; exceptis domibus habitatis, niſi conſtiterit ignem extrinſecus immiſſum eſſe; ſi quidem abſconsè data fuerint prædicta damna, & extra ciuitatem & burgos ciuitatis Ferrariæ: ſi hęc fuerint perpetrata in fundo alicuius villę coniũcto & vnito cum aliqua contrata ciuitatis Ferrariæ, vel burgorum, aut villa, ꝙ illa talis contrata, vel villa teneatur emendare damnum paſſo tertiam partem damni, locus vero ſic coniunctus & vnitus teneatur emendare duas partes illius damni. Et ſi villa vel locus, in cuius fundo damnum datum eſt, non ſit coniunctus vel cõiuncta, vnitus & vnita alicui contratæ ciuitatis Ferrariæ, vel burgorum, aut villę; teneatur commune, vel vniuerſitas ipſius villæ, vel loci, damnum paſſo emendare damnum, quod probatum fuerit per teſtes, vel ęſtima

tores cum iuramento eorum,quęſtione iure ordinario, & coram Iudice cauſarum ciuilium procedente,ſcilicet per libelli oblationem,litis conteſtationem uel quaſi; & alia forma ſeruata,quæ requiritur ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum in iudicio ordinario. & intelligatur damnum abſconsè datum,niſi maſſarij,cauarzellani, aut ſyndici,aut aliquis alius de contrata, loco, vel villa, in quo vel qua ſeu eius fundo damnum datum fuerit,legitimè,uel iuris præſumptione probauerint,uel probauerit,quis damnum dederit. Ad quam exceptionem proponendam,& probandam admittatur uſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè, ſi tempora inſtantię patiantur, & admittantur etiam teſtes ipſius villę uel loci. Qua propoſita & probata,in totum abſoluatur contrata, burgus, uel uilla: Et maſſarij, & ſyndici earumdem, omni iure integrè reſeruato damnum paſsis contra eos, & eorum bona qui reperti fuerint hoc feciſſe,&etiam pro expẽſis factis in iudicio contra uniuerſitatem;ad quas dictus ſic repertus feciſſe damnũ omnino teneatur damnũ paſſo,dum tñ in hac parte denuntiationi alicuius ſaltuarij non credatur. Volentes quòd in damnis datis à perſonis aliter quam ex incendijs, in quibuſcunq; arboribus tam fructiferis, quã non,& uitibus, ſi quidem damnum exceſſerit quantitatem librarum quindecim march.eo caſu procedatur & fiat modo & forma,ut ſupra in pręſenti ſtatuto. Abinde uero infra officio ſaltuarij relinquatur,& procedatur ſecundum quod in alijs noſtris conſtitutionibus ordinatũ eſt. Adijcientes etiam ꝙ damnum paſsus,uel alius eius nominè teneatur denuntiare cauarzellano, ſeu ſaltuario infra decem dies, & infra menſem agere, poſtquam damnum datum cognouerit,ipſum damnũ ſic eſse datum: aliàs ſi non denuntiauerit,uel non inceperit agere,cõmune, uel uilla, uel contrata illa ad pręedictum damnum nullo modo teneatur.

De pœna ingredientis cortile, hortum, uiridarium, vel broilum alienum, & de damnis ibi datis, & de eorum probatione. XXVI.

QVONIAM multis graſſantibus exẽplo opus eſt,ideo animaduertẽtes ſępe accidere ꝙ criminoſi, & ſceleſti ingrediũtur in cortilia, broila,&hortos alienos,vt furẽtur,aut vim inferant,aut alia maleficia cõmitrant,quapp ciues quietè viuere, boniſq; ſuis frui nõ poſſunt, & plerũq; ſcandala oriuntur,& homicidia,ac rapinæ fiunt: Statuimus ꝙ

nulla

nulla perſona ciuis, aut externa, cuiuſcunq; conditionis, aut qualitatis exiſtat, audeat inſcio, aut inuito dño directo vel vtili, poſſeſſore vel quaſi, detentore, aut conductore etiam ad modicum tempus, ingredi cortile, broilum, hortum, aut viridarium alterius in vrbe Ferrariæ, ſub urbijs, aut diſtrictu. Et ſi quis contrafecerit ingrediendo per oſtium de die quidem inſcijs ijs, de quibus ſupra, & poſtea ad iniuriam, ac animum ſuum reuocantibus, incidat in pœnam librarum decem march. pro dimidio communi Ferrariæ, & pro dimidio prædictis perſonis applicandarum: & qui per aliam viam ingreſſus fuerit, quam per oſtium tribus ictibus funis caſtigetur, vltra pœnam de qua ſupra. Qui vero quomodocunq; his inuitis ingreſſus fuerit, tribus ictibus funis caſtigetur, & libras quinquaginta ſoluere cogatur, applicandas vt ſupra. De nocte autem, poſt duas horas, qui ingreſſus fuerit ſine habitatoris voluntate, tribus ictibus funis afficiatur, & libras centum march. vt ſupra applicandas perſoluat. Et volumus quòd liceat dictis perſonis inuentos de nocte poſt duas horas impune occidere, vulnerare, vel derobare aut etiam ſi placuerit capere, & in manum Poteſtatis reducere, vt is quod iuris erit exequatur. Si vero damnum aliquod dederit, ſiquidem illatum fuerit incidendo herbas, vel illas auferendo, puta caules, betas ſpinatia, euellendo rapas, raffanos, carotas, & his ſimilia, ſiue exportauerit, ſiue non, condemnetur vltra pœnam ingreſſus in libris decem march. applicandis pro dimidia communi Ferrariæ, pro alia dimidia perſonis de quibus ſupra: quibus vltra prædicta cōdemnetur ad emendationem damni duplicati: de quo ſtetur iuramento illarum vſque ad ſummam librarum trium march. Poſsint tamen probare maius fuiſſe damnum etiam per vnum teſtem cum ſuo iuramento, vel per relationem æſtimatorum villæ, vel maſſarij contratæ cū duobus vicinis, quorum relationi ſtetur. Et ſi damnum per ingredientem fuerit datum in fructibus exiſtētibus in horto, broilo, viridario, & cortili, vt puta in peponibus, cucurbitis, pomis, ficubus, prunis, vuis, cępis, allijs, ſcaloneis, & alijs ſimilibus, ſiquidem damnum non exceſſerit ſummam ſolidorum quadraginta march. tunc inferens damnum, ſiue exportauerit ſiue non, ſiue euulſerit, vel inciderit, vel alio modo deſtruxerit, condemnetur vltra pœnam ingreſſus ad libras decem march. applicandas vt ſupra, & ad emēdationem damni duplicati domino, uel poſſeſsori, & ut ſupra: cui credatur de quantitate damni cum iuramento uſque ad ſummam librarum trium march. poſsit tamen probare maius damnū modo, & forma, quibus dictum eſt. ſi uero damnum datum exceſserit

ſum-

ſummam ſolidorum quadraginta vſq; ad ſummam librarum decem march. tunc damnum inferens condemnetur ad libras quindecim march. applicandas vt ſupra, & ad emendationẽ damni duplicati. Et hoc caſu credatur iuramento dictarum perſonarum vſq; ad quantitatem librarum quinque march. poſsit tamen probare maius fuiſſe damnum modo, & forma ſuperius dictis. Abinde vero ſupra credatur ipſis cum iuramento, & cum vno teſte, vel æſtimationi æſtimatorũ villę, vel in ciuitate, & burgis relationi maſſarij contratæ, & duorum de vicinia: qui æſtimatores villarum, & maſſarij, ac homines contratæ viderint damnum, vel de ipſo informationem ab honeſtis habuerint, ſi dominus ipſe iurare non voluerit. Si vero damnum exceſſerit ſummam librarum decem march. condemnetur damnum inferens ad libras vigintiquinq; march. applicandas vt ſupra dictum eſt de alijs pœnis; & vltra id ad emendationem damni dati duplicati liquidandi modo, & forma quibus ſupra. Si vero damnum datum fuerit incidendo, vel euellendo, vel ſcapando calmas, vel vites, vel alias arbores fructiferas, exiſtentes in hortis, broilis, viridarijs, aut cortilibus condemnetur ad libras decẽ marc. applicandas vt ſupra, ſaluis diſpoſitis in alijs conſtitutionibus de damnis datis in vitibus, & in plantis. Volentes q in omnibus caſibus ſupraſcriptis, ſiquidem prædicta euenerint in ciuitate Ferrariæ, Poteſtas ad inſtantiam perſonarum prædictarum poſsit, teneatur, & debeat procedere ad inquiſitionẽ, & ex ſuo mero officio receptis indicijs arbitrio ſuo, & etiam ſubijcere quẽcunq;, contra quẽ laborent indicia ad torturam, & alijs modis, & formis vti, quibus proceditur in cauſis capitalibus; & in quibus venit imponenda pœna corporalis. ſi vero euenerint in burgis, & comitatu, & diſtrictu Ferrariæ, tunc dictæ perſonæ teneantur infra octo dies à die ſcientiæ contrauentionis nuntiare cauarzellano, vel maſſario. Et ipſe cauarzellanus, vel maſſarius teneatur infra decẽ dies tunc ſequentes denunciare contrafacientes præfato Poteſtati Ferrariæ, vel ei dare indicia ſufficientia ad inquirẽdum: qua denuntiatione facta, & receptis indicijs Poteſtas ipſe teneatur, & debeat procedere contra denuntiatum, & accuſatum modis, & formis ſuperius dictis: & ad probandum delictum, & dãdum indicia etiam admittantur, & ſint legitimi teſtes ipſi homines de villa, & contrata. Si vero ipſe cauarzellanus, vel maſſarius infra dictos decem dies non denuntiauerit contrafacientem, vel indicia non dederit, tunc villa, vel commune illius contratæ teneatur ad emendationem damni ſimplicis, & ad libras decem marc. maſſariç cõmunis

Ferrariæ

Ferrariæ applicandas. Et Poteſtas, vel Vicarius teneatur villam, vel contratam condemnare, ſeruatis tamen ijs modis, & formis, quibus ſtatutũ eſt in procedẽdo de damnis abſcõsè datis. Declarãtes eos eſſe hortos, & broila, viridaria, & cortilia, quæ communi opinione habitãtium in loco, & habentium poſſeſsiones ibidem pro talibus tenentur, & reputantur: & quæ tamen ſunt iuxta domos habitatas, & quæ non ſunt in campaneis, & quæ tenentur per dominos, & poſſeſſores pro talibus. de quo ſi orta fuerit contentio & dubitatio, ſtetur declarationi Iudicis duodecim ſapienrum Ferrariæ, qui habeat declarare, an ſit hortus, vel broilum ad effectum præſentis ſtatuti. & quæ dicta ſunt ſupra, & diſpoſita contra contrafacientes, vendicent ſibi locum etiam cõtra præſtantem auxilium, vel fauorem in quocunq; caſuum in pręſenri ſtatuto comprehenſorum, tam in procedendo, quàm in puniendo, vt dictum eſt in principalibus delinquentibus. Et prædicta omnia, & ſingula obſeruari, & effectum ſortiri debeant, non obſtantibus aliquibus in contrarium facientibus.

Quo tempore fieri debeant condemnationes, vel abſolutiones damnorum datorum. XXVII.

NE cauſæ damnorum datorum in longum protrahantur cum diſpendio eorum qui damna paſsi ſunt: Satuimus, & ordinamus, ꝙ omni & ſingulo bimeſtri fiat examen ſuper, & de accuſis, vel denũtijs ad damna data factis præſentibus Iudice maleficiorum, Syndico palatij, & maſſario communis Ferrariæ: & etiam fiant cõdemnationes vel abſolutiones ſecundum iuris formam & ſtatutorum nõſtrorum per curiam Poteſtatis in maiori & generali cõſilio. teneanturtamen notarij damnorum datorum per triduum, anteq̃ condemnationes ſcribãtur in folijs, ſignificare Iudici duodecim ſapientum condemnationes ipſas, & ꝙ inſtat tempus earum faciendarum vt ſupra. qui Iudex poſsit tẽpus.d. bimeſtris cõdemnationũ dilatare, vel prorogare vbi homines cõdemnandi eſſent in laborerijs Illuſtriſs. domini noſtri, aut cõmunis Ferrariæ occupati, vel ex alia cauſa arbitrio ſuo. Prohibentes condemnationes prædictas fieri poſſe tempore feriarum, meſsium & vindemiarum, ſub pœna cuilibet eorum Iudicum imminente librarũ quinque march. communi Ferrariæ applicanda de his quæ fieri & expediri poterunt. Et teneantur norarij ad damna data deputati in examine prædicto exhibere ipſis Iudici maleficiorum, & Syndico palatij, vel al-

teri eorum volentibus,& requirentibus omnia dicta in libris damnorum datorum, ſub pœna prædicta abſque aliqua ſolutione e;rſeruato omni iure ipſis notarijs pro mercede ſua contra partes.

Vbi & in quo loco fieri debeant denuntiationes, & accuſationes damnorum datorum. XXVIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ omnes & ſingulæ denuntiationes, & accuſationes damnorum datorum fiant,& fieri debeant ad officia damnorum datorum in palatio iuris communis Ferrariæ;exceptis denuntijs & accuſis factis pro damnis datis in rebus & bonis Illuſtriſs. domini noſtri, quæ poſſunt fieri ad officium rebellium, ſiue damnorũ datorum cameræ Illuſtriſsimi domini noſtri. Et ſi aliter factæ fuerint, ſint & eſſe intelligantur ipſo iure nullæ, nec ex eis poſsint fieri aliquæ condemnationes,nec etiam exigi:& ſi contrafactum fuerit in aliquo prædictorum, teneatur contrafaciens, & etiam ipſe notarius ſi ſcienter fecerit,ad pœnam decem librarum march.applicandam communi Ferrariæ,& ad intereſſe partis. inſuper volumus quòd Iudex duodecim ſapientum ad vnguem obſeruari faciat hoc ſtatutum cum omnibus in eo contentis.

De modo accuſandi dominum, vel colonum, aut aliquem de eorum familia, vel habitantes extra villam. XXIX.

ACCVSATIO inſtituta de colono partiario, vel aliquo de eius familia, aut patre, matre, filio, vel nepote, aut famulo ſimul habitantibus cum eo, qui damnum eſt paſſus, aut de ipſo domino, & quolibet legitimo poſſeſſore non teneat, niſi ſaltuarius probauerit per vnum teſtem idoneum eum, qui accuſatus eſt, dediſſe damnum cum beſtijs, vel ſine, de quo damno ſaltuarius eſt denuntiatus. Quòd ſi alium velit accuſare, eo caſu liceat ſibi quemlibet alium accuſare perſonaliter, vel cum beſtijs, vel ſine: ſiue accuſatus habitat in villa, in qua damnum eſt datum, ſiue in qualibet alia cum beſtijs, vel ſine beſtijs.

Quòd

Quòd Poteſtas ciuitatis Ferrariæ, aut Iudex maleficiorum, aut alius officialis non poſsit diſpenſare cum ſaltuarijs. XXX.

STATVIMVS quòd neque Poteſtas, neque alius officialis, niſi quatenus per ſtatuta noſtra eſt diſpoſitum, poſsit dare licentiam alicui ſaltuario laborandi, & ſe ruralibus operis exercendi; aut beſtias cuius uis generis retinendi proprias vel alienas; aut in ſocidam, aut ſigillum ſuum propriæ, vel alienæ licentiæ apponere, aut pro licentia conceſſa, vel ſigillo appoſito aliquid recipere, ſub pœna librarum decem march. quam ipſo facto incurrat quoties contrafecerit. & eam teneatur maſſarius communis Ferrariæ ſuis ſalarijs compenſare. Qui ſi neglexerit compenſare, de ſuo teneatur. Et de hoc, quod per Poteſtatem & alium officialem commiſſum fuerit, quilibet ſit legitimus accuſator, & dimidiam pœnæ lucretur, & alia dimidia compenſetur ſalarijs ipſorum, vt ſupra.

Quòd nullus ſaltuarius poſsit à priuata perſona creari. XXXI.

STATVIMVS ꝙ nemo proprio motu audeat, vel præſumat ſaltuariũ aliquem creare, niſi communitas, villa, aut vniuerſitas, etiam in ſuburbijs, ſecundum quod in pręſentibus ſtatutis continetur: Et niſi ſint factores Illuſtriſsimi domini noſtri Ducis, aut eius caſtaldiones; qui poſsint eligere & creare ſaltuarios pro rebus & bonis Illuſtriſsimi domini noſtri, ſub pœna ducatorum centum auri applicanda communi Ferrarię. In quam ipſo facto incurrat is, qui ſibi ex arbitrio ſuo ſaltuarium creauerit: & ſub pœna ſaltuario infligenda librarum vigintiquinque march. & notario, qui ſcienter accuſas acceperit, librarum quadraginta march. communi Ferrarię applicandarum: quę toties, & ipſo facto exigantur, quoties contrafactum fuerit. Volentes etiam ꝙ denuntiæ, & accuſationes factę per talem ſaltuarium, & condemnationes exinde ſecutæ non valeant nec teneant ipſo iure. Prohibentes inſuper ꝙ illi, qui creati erunt ſaltuarij per factores, vel caſtaldiones pręfati Illuſtriſsimi domini noſtri, poſsint fieri & eſſe ſaltuarij alicuius villæ, loci, vel contratę. & ſi contrafactum fuerit, non valeat ipſo iure quicquid per eos factum fuerit ſiue geſtum.

Quòd ſi ſaltuarij villarum ſatisfecerint, vel ſatisfacere damna parati ſint, non compellantur accuſare. XXXII.

STATVIMVS ꝙ ſaltuarij villarum denuntiati pro damnis datis,ſi ſatisfecerint eis, qui damna paſsi ſunt, aut eis ſatisfacere parati ſunt realiter & cum effectu infra tempus, quo accuſare tenebantur ex forma præſentium ſtatutorum, non compellantur ad accuſationem de aliquo inſtituendam. Idem iuris ſit, ſi negligentes fuerint in accuſationibus inſtituendis infra tempus his conſtitutionibus cōprehenſum: & ſatisfecerint, vel ſatisfacere parati ſint eis, qui damna paſsi ſunt, vt ſupra, ac depoſuerint infra duos dies poſt tempus accuſationibus faciendis præfixum elapſum, vt propter eorum negligentiam non condemnentur, & factæ accuſationes viribus non ſubſiſtant.

Quòd poſſeſsiones, terræ, vineæ, prata, & paſcua, nemora quæ non reperiuntur ſub cuſtodia alicuius ſaltuarij, ſint & eſſe debeant ſub cuſtodia ſaltuarij villæ proximioris. XXXIII.

POSSESSIONES, terræ, vineæ, prata, paſcua, nemora, & omnia quæ ſub cuſtodia alicuius ſaltuarij nō reperientur, ſint & eſſe intelligantur ſub cuſtodia ſaltuarij proximioris villæ. Quòd ſi reperiantur eſſe inter duas, vel tres, vel plures villas, Iudex duodecim ſapientum diuidat cuſtodiam earum rerum inter villas proximiores, prout ei commodius uidebitur, habita conſideratione vicinitatis, quantitatis, qualitatis, & magnitudinis villarum, quibus applicari debeant. Facta autē applicatione, & diuiſione, ſaltuarij villarum quibus applicabuntur, teneantur cuſtodire, & exercere officium ſuum circa ea, quæ ſunt applicata, ſecundum quod in præſentibus ſtatutis continetur & ſcriptum eſt.

De malambiatis. XXXIIII.

QVISQVIS repertus fuerit vt plurimum denuntiationes, vel accuſationes calumnioſas inſtituere ob damna non vera, vel vltra modum, vt ſæpiſsime contingit, quod cognitioni & declarationi Iudicis duodecim ſapientum, Syndici palatij, & vtriuſque eorum relinquimus; pro malambiato ſcribatur in actis notarij Syndici palatij cōmunis Ferrariæ: & ad accuſandū per ſe, vel alium, aut denuntiandum

propter

propter damna, non admittatur vſque ad annos duos, niſi ſaltuarius villę coram ipſo ſyndico comparuerit,& iurauerit verè damna ei data fuiſſe. Quo caſu ſaltuarius ipſe ad denuntiationem eius malambiati de licentia ſyndici palatij teneatur accuſationem inſtituiſſe, ſeu inſtituere ſecundum formam præſentium conſtitutionum. His illud addijcimus, quòd ſi tempore accuſationis & denuntiationis interdictæ idem,qui pro malehabito ſcriptus eſt,accuſare voluerit,poſsit pro dãnis ſibi datis accuſationem inſtituere,dum tñ probet per duos teſtes legitimè damnum ſibi eſſe datum:finitis vero duobus annis, ſi in ſua nequitia atq; calumnia in inſtituẽdis calumnioſis denuntiationibus atque accuſationibus perſeuerauerit, interdici,ac prohiberi eum volumus per alios duos annos, & contra eum animaduerti eo ordine quo ſupra diximus. Quòd ſi in ſua perfidia adhuc & tertio perſeuerauerit, in perpetuum prohiberi atq; repelli ab omni damnorũ denũtiatione atq; accuſatione eum diſponimus auctoritate pręſentis noſtri ſtatuti.

De electione æſtimatorum villarum comitatus Ferrariæ ad damna data deputatorum,& eorum officijs,& ſalarijs. XXXV.

PROVIDEMVS & mandamus quòd in qualibet villa, loco, ſeu contrata extra ciuitatem Ferrariæ,etiam in ſuburbijs, eligantur omni & ſingulo anno de menſe Ianuarij circa principium dicti menſis per homines dictarum villarum, & locorum duo homines boni, legales bonæ conditionis & famæ, ætatis annorum triginta ad minus: & ſi contrafactum fuerit, villa vel locus contrafaciens ipſo iure cadat in pœnam librarum quinque march.communi Ferrarię applicandã,quoties contrafactum fuerit. Quorum officia ſint æſtimare omnia & ſingula damna data in villa, vel contrata, & loco in quo electi ſunt: qui ęſtimatores teneantur poſt electionem de eis factam, infra ſex dies iurare manibus tactis ſcripturis coram ſyndico palatij communis Ferrariæ, vel Iudice maleficiorũ, quòd benè, & diligenter,& fideliter ſuũ officium exercebunt,& iuſtè,& rectè ęſtimabunt atque referẽt; & ſine fraude,dolo,vel culpa aliqua in actis notariorum damnorum datorũ, ſine aliqua mercede recipienda per ipſos notarios damnorum datorũ. Volentesq; prædicti æſtimatores ſub pœna uiginti ſolidorum march. communi Ferrarię applicandorum, teneantur infra duos dies poſtquam ſibi denuntiatum fuerit damnum datum,ire & diligenter videre, & conſiderare damnum datum, vt iuſtè, & rectè poſsint referre

tempore quo fuerint requiſiti ad referēdum; & teneatur ſaltuarius ſub ſimili pœna, ſi damnum viderit eodem die, vel ſequenti, & ſi non viderit, poſtquam accuſam depoſuerit penes notarium ad damna data deputatum, infra duos dies denuntiare damnum datum ipſis æſtimatoribus, & credatur ſacramento ſuo de prædicta denuntiatione. Dominus vero vel damnum paſſus, qui ſine ſaltuario accuſauerit, teneatur per ſe, vel alium, poſtquam ſciuerit damnum ſibi datum, infra ſex dies denuntiare illud æſtimatoribus prædictis: & credatur ſimiliter ſacramento eius ſic denuntiantis. Aeſtimatores autem poſtquam fuerint requiſiti à domino, vel damnum paſſo, aut ab eo qui denuntiatus, vel accuſatus fuerit, infra quatuor dies deponere debeant æſtimariam iuſtè & legaliter etiam cum eorum ſacramento, recepto, vel depoſito eorum ſalario prius. Et ſi negligentes fuerint, cadant in pœnam ſolidorũ decem march. pro quolibet, & quacunq; vice, qua fuerint circa prædicta negligentes, & ad emendationem damni dati. Et ſecundum prædictam æſtimariam emendari damna volumus, niſi partes aliter fuerint in concordia. Vbi vero altera partium noluerit ſtare dictę ęſtimariæ, liceat in ſe onus ſuſcipere probandi de iniquitate & iniuſtitia ipſius æſtimariæ, vel ꝙ eligantur per Iudicem maleficiorum, vel Syndicum palatij communis Ferrariæ tres homines de magis idoneis illius villæ, vel loci, vel alterius loci propinquioris, ſi ipſi Iudici videbitur. Qui tres ſic electi teneantur infra ſex dies, ſub pœna ſolidorum viginti march. pro quolibet & qualibet vice communi Ferrariæ applicanda, poſtq̃ ſic fuerint requiſiti, æſtimare damnum datum, de quo eſt contentio, pręſtito tamen eis iuramento per notarium quòd legaliter & iuſtè æſtimabunt & referent: quod iuramentum ponatur & deſcribatur ſub compendio in actis ipſius notarij. Et ſi per hanc ſecundam ęſtimariam, vel alias probationes factas apparuerit primam æſtimariam factam per æſtimatores prędictos villæ iniuſtam, vel iniquam fuiſſe; teneantur primi æſtimatores ad illud plus accuſatis, vel denuntiatis, vel ad id minus ipſi damnum paſſo. Volentes ꝙ huic ſecundæ æſtimariæ partes ipſę omnino ſtare debeant, nec ab hac reclamari poſſit. Salarium autem dictorum æſtimatorum primorum hoc eſſe volumus, ſcilicet ſolidorum duorum march. pro qualibet æſtimaria: ſecundorum vero æſtimatorum ſalarium volumus eſſe ſolidi vnius pro quolibet: quæ ſalaria teneantur ſoluere accuſati, vel denuntiati, niſi relatũ fuerit nullum eſſe damnum datum, vel nihil ipſos æſtimare damnum datum. Quo caſu dominus denuntians, vel accuſans teneatur ſoluere

ſalarium æſtimatoribus tam primis, quam ſecundis de ſuo ære. Declarantes ꝙ ſi æſtimatores tali tempore, quo videre non poſſent damna data, fuerint requiſiti ad videndum, vel æſtimandum ipſa damna data; aut ſi damna fuerint talis naturæ, vt videri non poſsent, tunc æſtimatores recipiant informationem ab illis, qui veriſimiliter habuerint notitiam, qui ſuſpecti non ſint partibus. Quod conſcientiæ æſtimatorum relinquimus, qui ſub onere animarum ſuarum referre habeant.

Quòd offerentes æſtimariam non poßint condemnari. XXXVI.

STATVIMVS quòd accuſati, vel denuntiati offerendo realiter cum effectu, & ſine fraude æſtimariam damni factam, & depoſitam per æſtimatores, vel taxatam per ſtatuta noſtra, poſsint euitare condemnationes, & pœnas ſtatutorum ciuitatis Ferrariæ. Quæ oblatio facta damna paſsis, ſi eam noluerint acceptare, poſsit & debeat fieri, & deponi penes notarium damnorum datorum. Et vbi æſtimaria eſſet de rebus, quæ non poſſent offerri: ſufficiat offerre, aut deponere eius precium, & ſecundum valorem currentem eo tempore quo offeretur, & deponetur æſtimaria, declarandum per ſyndicum palatij communis Ferrariæ.

Quis damna data à beſtijs emendare teneatur. XXXVII.

STATVIMVS & ordinamus, quòd in omnibus, & ſingulis caſibus in quibus beſtiæ damna dederint, perſona, quæ beſtias tenet proprias vel conductas, vel quocunque modo, teneatur ad omnem emendationem, & condemnationem, quæ inde ſequeretur, tam ſi cuſtos ab eo præfectus beſtijs ſit maior, quam ſi ſit minor, ſi cuſtos ſit de familia, & habitans in eius domo. Si vero cuſtos ſteterit ſeparatus, perſona quæ beſtias tenet vt ſupra, nõ teneatur niſi ad emendationẽ damni tantum. Ita tamen quòd regreſſum habeat de ipſa damnorum emendatione, & condemnatione contra cuſtodem, ſecundum formã præſentium ſtatutorum.

Quibus caſibus domini teneantur pro famulis. XXXVIII.

STATVIMVS ꝙ ſi famulus, vel famula, ſiue alius habitans in domo alicuius damna dederit perſonaliter, exportando herbam, vel herbas, vel

vel vuas, ligna, fructus, vel aliquid aliud; & quicquam ex prędictis attulerit, & portauerit ad domū domini, vel dominæ, aut eius cum quo vel qua moratur, ſeu quocunque modo in vtilitatem prędictorum cōuerterit; dominus uel domina, ſeu is, in cuius domo moratur, ad integram condemnationem in omni caſu quæ inde ſequetur, & ad emendationem damnorum, & ad refectionem expenſarum ipſi damnum paſſo teneantur & obligati ſint.

Quòd Iudices, & notarij ad maleficia deputati non accipiant, nec accipere audeant infraſcriptas accuſationes. XXXIX.

STATVIMVS ꝙ Iudices, & notarij ad maleficia deputati non audeant vel præſumant acceptare infraſcriptas accuſationes ad officiū maleficiorum, ſed eas remittant ad officium damnorum datorum: cum occaſione damnorum datorum tales accuſæ quotidie oriantur, & ſic de eorum ſpecie dici poſsint. In primis videlicet ſi accuſetur ſaltuarius de negligentia, eo quia non denuntiauit, vel accuſauit damna dātes infra terminum prouiſionis. Item ſi æſtimatores damnorum datorum de negligentia accuſentur. Item ſi quis accuſetur de vinea nō doſſata, aut de laboratura non facta debito, & congruo modo & tempore, aut ex ſimili cauſa & modo. Item ſi quis accuſatus fuerit de iniuria concernente damnum in rebus datum ab eo, qui ius prætenderet in rebus; etiam ſi fuerit de mandato Poteſtatis inhibitum ne accedat ad res ipſas. Item ſi denuntiaretur, accuſaretur, vel querelaretur de aliquibus beſtijs cuiuſcunque conditionis, quę dicerentur quouismodo dediſſe damnum alicui perſonę, vel miſſas fuiſſe ad trainam, vel galeſegnam, vel in locum alterius in iniuriam alterius, vel alio quouis colore, vel prętextu: ſed omnia prędicta ſpectent & pertineant ad officium damnorum datorum, ſub pœna librarum trium march. cuilibet notario maleficiorum cōtrafacienti, pro qualibet vice communi Ferrarię applicāda. & ſi condemnatio fuerit ſecuta, teneatur notarius, qui accepit, ipſam ſoluere, & omne intereſſe ipſius condemnati.

De probationibus damnorum datorum, & de condemnatis ad emendationem damni ſine certa quantitate. XL.

STATVIMVS ꝙ ſi quis fuerit condemnatus ad emendationē alicuius damni, ſine taxatione certę quātitatis, vel ſine expreſsione alicuius

certæ

certæ rei; ſi damnum ipſum non fuerit æſtimatum vel aliter probatum ante condemnationem, non poſsit compelli cōdemnatus ad aliquid ſoluendum, niſi quatenus probatum fuerit per relationem æſtimatorum, aut alias probationes factas aut faciendas poſt ſententiam: poſſit tamen Iudex ſtare ſacramento damnū paſsi vſq; ad quantitatem ſolidorū quadraginta marc. & poſt ſententiam poſsint liquidari damna prędicta tam coram Iudice maſſarię, q̄ coram Iudice maleficiorum.

De officijs damnorum datorum non vendendis. XLI.

AD obuiandum extorſionibus, quæ fieri poſſunt in vendendis officijs damnorum datorum, ſtatuimus ꝙ nullus notarius deſignatus, vel extractus ad officia damnorum datorum poſsit vendere, locare, vel concedere ipſum officium damnorum datorum alteri: poſsit tamen ſubrogare loco ſui alium notarium numerarium bonæ vitæ & famæ, & pro arbitrio proconſulum collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ: à quo ſubrogato nō poſsit ſubrogans directè, vel indirectè aliquid recipere vltra duos ducatos pro ipſo officio exercendo loco honorantiæ. Et teneatur talis ſubrogatus iurare in manibus dictorum proconſulum, quod directè, vel indirectè, nec ſub aliquo colore dabit neque promittet vltra dictam ſummam, nec per ſe nec per alium, ſub pœna dupli eius quod plus dederit, & priuationis officij: cuius pœnæ dimidia applicetur maſſariæ communis Ferrariæ, & alia dimidia collegio notariorum. Et ſimiliter teneatur iurare bene exercere prædictum officium ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum. Adijcientes ꝙ nullus, qui non ſit in numero notariorum numerariorum, poſsit deputari, vel ſubrogari ad dicta officia ſub vinculo iuramenti; niſi de expreſſa commiſsione, & mandato Illuſtriſs. domini noſtri Ducis.

Quanto tempore vacare debeat is, qui exercuerit officium damnorum datorum. XLII.

STATVIMVS ꝙ nullus notarius, qui exercuerit ſemel per ſe vel alium officium damnorum datorum, finito ipſo officio poſsit ac valeat vſq; ad quatuor annos tunc proximè ſecuturos, dictum officium damnorum datorum pro ſe, vel pro alio exercere; ſub pœna librarum decem march. maſſariæ communis Ferrariæ applicanda. Et quicquid actum fuerit per ipſum, ſit ipſo iure nullum: & teneatur ad damnum & intereſſe partis.

De

De libris damnorum datorum relaxandis ſucceſſoribus. XLIII.

STatvimvs & ordinamus, ꝙ notarij damnorum datorum finito eorum officio, teneantur & debeant relaxare proconſulibus notariorum, qui ſtatim teneantur conſignare ſucceſſoribus in officio, præſtito prius iuramento ſecundum formam ſtatuti ipſis ſucceſſoribus in officio eorum, libros, & vachetas damnorum datorum, ſub pœna decē librarum march. applicanda maſſariæ communis Ferrarię. qui ſucceſſores teneantur dictos libros, & eorum denuntiationes & accuſas expedire & finire, quantum ſpectet ad eos, infra tempus illorum ſex mēſium quo ipſi exercebunt officium ſuum; & poſtea ſic expeditos & finitos conſignare maſſario communis Ferrariæ: qui ſtatim illos deponi faciat & cuſtodiri in camera turris ab arengo palatij iuris communis Ferrariæ, ſub pœna prædicta ipſi maſſario infligenda, & communi Ferrariæ applicanda. Et teneatur ſyndicus palatij compellere iuris remedijs dictos notarios damnorū datorum ad obſeruandum omnia & ſingula in præſenti ſtatuto contenta, ſi ipſi notarij prædicta facere recuſauerint.

De denuntijs ponendis & deſcribendis in libris per notarios damnorum datorum. XLIIII.

STatvimvs ꝙ notarij damnorum datorum teneantur, & debeant poſuiſſe & ſcripſiſſe in libris ſuis omnes denuntias & accuſas, quæ factę fuerint aut datę tempore eorum officiorum, antequam finiantur officia eorum; ſub pœna perdendi vnam pagam ſuorum ſalariorum, quæ cedat lucro, & applicetur ſuis ſucceſſoribus.

De prouiſione facienda pro damnis euitandis. XLV.

AD tollenda plurima damna, quæ hactenus rerum experientia docuit fuiſſe data per nonnullos præſertim forenſes, qui bona non habentes pro victu ſuo, & familię ſuę ſufficientia, non exercent etiā artem aliquam, vel exercitium, aut alio modo ſe induſtriosè habent, vt veriſimiliter ſibi, & familię ſuę victum poſsint comparare: Prouidemus quòd ad denuntiam cuiuſcunque, qui ſecretus teneatur ſi voluerit, Poteſtas Ferrarię, & eius Iudex maleficiorum ſimul vel diuiſim debeant diligēter inquirere, an ſic denūtiati veriſimiliter ex proprijs

bonis

bonis, vel laboribus ſeu induſtria viuere poſsit, vocatis cauarzellanis illius loci, & aliquibus ibi habitantibus, ſeu ciuibus ibi bona poſsidentibus. Et vbi ex relatu prędictorum cognouerint tales ſic denuntiatos non poſſe viuere; vel actualiter non viuere cum eorum familijs de proprijs laboribus, bonis, vel induſtria; & adſit infamia contra illos ꝙ ex damnis per eos datis vel aliter ex rapto viuant, adeo ꝙ magis expediens eiſdem, vel alteri eorum videatur ad bonum & pacificum ſtatum illius loci, ꝙ tales denuntiati expellantur quam remaneant, dę quibus omnibus arbitrio prędictorum aut alterius eorum ſtari omnino volumus, poſsint & debeant prædicti Poteſtas aut eius Iudex maleficiorum huiuſmodi conditionis homines bannire perpetuo à ciuitate & diſtrictu Ferrariæ cum familijs ſuis. qui nunquam rebanniti intelligantur vigore cuiuſcunque indulgentię, quæ in futurum fieret de bannitis, in quibus eos comprehendi nolumus. Vlterius ſtatuentes, ꝙ Iudex maleficiorum teneatur in principio cuiuſlibet bimeſtris ad ſe vocari facere cauarzellanos villarum, & ab eis diligenter inquirere, an adſint in villis ſuis aliqui, de quibus ſuſpicio ſit quòd exiſtant conditionis, de qua ſupra: & vbi ex relatu eorum compererint aliquos adeſſe, procedatur vt ſupra. & in prædictis volumus per Poteſtatem & Iudicem prædictum diligenter, & viriliter procedi, vt pacificus ſtatus locorum conſeruetur, & vnuſquiſque poſsit proprijs bonis & laboribus frui, abſque metu malorum hominum, quibus conuenit ciuitates & territoria eſſe purgata. Dantes eiſdem Poteſtati & Iudici auctoritatem procedendi in prædictis omnibus & ſingulis, etiam extraiudicialiter, & nullo iuris ordine ſeruato. Debeant tamen in ſcriptis reduci informationes quæcunque & relationes cauarzellanorum contra tales; quas notarij maleficiorum abſque mercede aliqua pro publica vtilitate ſcribere teneantur. & eo facilius ad bannum, de quo ſupra procedatur, ſi comperiatur huiuſmodi denuntiatos eſſe bannitos de alijs territorijs, aut de aliquibus ſceleribus contra eos adſit infamia.

DE POENIS DAMNORVM DATORVM.

Quòd nulla beſtia vadat ſine cuſtode idoneo. XLVI.

POENARVM damnorum datorum tractatum aggrediẽtes prohibemus quòd nulla beſtia vadat per vias, vel campaneã de die, vel de nocte ſine idoneo cuſtode. Et ſi qua fuerit inuenta ire per viam, aut campaneã ſine cuſtode idoneo vt ſupra, ille, in cuius cuſtodia eſt beſtia, ſiue ſit propria, ſiue eã in ſocidã, vel alio quocunq; modo teneat, cadat in pœnã ſolid. x. march. & pro qualibet beſtia groſſa ſolidi vnius, & pro qualibet beſtia minuta denariorũ ſex communi Ferrarię applicandorum, ſi damnum nõ dederit. & ſi damnum dederit de die, vel de nocte tempore minoris galeſegnæ ſine idoneo cuſtode, pœna duplicetur quo ad beſtias tantum. & ſi de nocte tempore galeſegnæ maioris damnum dederit ſine cuſtode idoneo, duplicetur pœna in totum quo ad beſtias, & quo ad cuſtodiam. Si vero damnum dederit tẽpore galeſegnę maioris cum cuſtode, triplicetur pœna quo ad omnia. Et in omnibus & ſingulis prędictis caſibus teneatur ad emendationẽ damni damna paſsis. & teneantur ſaltuarij villarum accuſationes, & denuntiationes facere, ac beſtias ſic inuentas & eos, qui illas teneant, ex mero eorum officio denuntiare ad officia damnorum darorũ, ſub pœna viginti ſolidorum march. communi Ferrarię applicanda: ſaluis alijs pœnis, & caſibus in conſtitutionibus noſtris comprehenſis, & precipuè in ſtatuto ſub titulo, De beſtijs in terris alienis, aut vijs, & ſtratis inuentis. Et quilibet habitans, vel aliquid poſsidens in dicto loco vel villa poſsit etiam denuntiare: vel accuſare, & credatur ei cum iuramento ſuo, & cum vno teſte, qui dictas beſtias ſic viderit.

De pœna damni dati per beſtias cum cuſtode idoneo. XLVII.

VOLVMVS & ordinamus quòd pro omni damno dato per beſtias cum cuſtode idoneo, cõdemnetur cuſtos, vel is, cuius beſtiæ ſunt, proprię aut conductæ in ſocidam, vel alio quocunque modo ſub cuſtodia ſua, in ſolidis decem march. & pro qualibet beſtia groſſa in vno

ſolido

ſolido march.& pro qualibet beſtia minuta in denarijs ſex march. cõmuni Ferrarię applicandis,& ad emendationem damni damnum paſſo;cõnumerantes porcos inter beſtias groſſas:& anſeres,& pullos anſerum inter beſtias minutas,ſaluis alijs pœnis vt ſupra.

Quis idoneus cuſtos beſtiarum eſſe dicatur. XLVIII.

DECERNIMVS idoneum cuſtodem beſtiarum eſſe ad cuſtodiendas beſtias groſſas cuiuſcunq; ſexus fuerint, maiorem annis duodecim. Ad cuſtodiendas autem beſtias minutas maiorem annis octo;cõnumerantes porcos inter beſtias groſſas, vt ſupra.

Cuius ætatis damnum dans perſonaliter teneatur, & in quantum. XLIX.

CVIVSCVNQVE ſexus fuerit is,qui damnum intulerit perſonaliter ſiue in vineis,ſiue in campis,dummodo fuerit maior annis decem, condemnetur communi Ferrariæ in decem ſolidis march. & damnũ paſſo ad emendationem damni. Si vero damnum datum fuerit ab eo qui fuerit minor annis decem,teneatur ſolummodo ad emendationẽ damni dati. & in quolibet caſu teneatur pater pro filio habitante cũ eo,& dominus pro famulo, & caput familiæ pro quocunq; de ipſius familia,etiam ſi per contumaciam fuerit condemnatus.

Quòd cuſtos beſtiarum poſſit impune verberari. L.

QVI beſtias cuſtodit, ſi de nocte fuerit inuentus damnum dare in campanea,& in qualibet alia re cum beſtijs, minus diligẽter eas cuſtodiens,poſſit impune verberari & moderatè,ſine vllo vulnere vel fractura oſsium; idem iuris ſi de die, etiam ſi fuerit puer cuiuſcunque ętatis,qui percuti poſsit corrigia, loris, & virgis.

De damnis datis in vineis, ſeu vitibus, ſeu caratijs. LI.

SI quis de die vuas exportauerit etiam non maturas de vinea, aut vitibus alicuius ab viginti grappis infra,cõdemnetur pro quolibet grappo ad ſolidos duos,applicãdos pro dimidio maſſariæ communis Ferr.& pro dimidio damnũ paſſo.& ſi quãtitas grapporũ exportatorũ ſciri,vel probari nõ poſsit,omni modo cõdemnetur ad ſol.xx.applicã.

vt ſupra, quoties contrafecerit :. Abinde ſupra tribus ictibus funis pu niatur, præſumentes auctoritate huius ſtatuti maiorem eſſe quantitatem, quoties exportauerit cum ciſto, ſacco, corbe, vel alijs ſimilibus inſtrumentis. De nocte vero ab grappis viginti infra pro quolibet grappo ſolidos quinq; ſoluere cogatur, & tribus ictibus funis caſtigetur, & in carceribus tribus menſibus detineatur. Si autem vno die, vel nocte vites inciderit, euulſerit, ſecuerit, aut deſtruxerit, aut notabiliter damnificauerit, ab pedibus quinq; infra, etiam ſi vnus fuerit, pro quolibet condemnetur in ſolidis quadraginta: quod delictum ſi reiterauerit in damnum eiuſdẽ, perinde ſit quo ad pœnam huius ſtatuti, ac ſi in maiori numero decem pedibus deliquerit. Abinde ſupra vſq; ad pedes decem, libras decem ſoluat, & tribus ictibus funis puniatur. A pedibus decem ſupra quot quot fuerint, libras triginta ſoluere cogatur, applicandas vt ſupra; & tribus ictibus funis caſtigetur, & trium menſium ſpatio in carceribus detineatur. & in omnibus memoratis caſibus condemnetur in eo pluri, quo probabitur damnum datum eſſe per teſtes, aut æſtimatores villæ, ſi plus damni adfuerit, q̃ debeatur damnum paſſo ex pœnis prædictis. Sin vero damnũ datum ſit in caratijs, vel lignis vineæ, ſeu pergolatis applicitis, cõdemnetur ad ſolidos viginti marc. communi Ferrariæ applicandos, & ad damni emendationem. Quòd ſi damnum datum fuerit in vitibus cum beſtijs, vel per beſtias comedẽdo, deſtruendo, vel debrocando eas; vltra pœnas in alijs noſtris conſtitutionibus comprehenſas, condemnetur damnum paſſo qualibet vice in quinq; ſolidis, & eo pluri, quo damnũ datum eſſe probauerit per teſtes aut per ęſtimatores villę, ſi plus damni adfuerit, q̃ debeatur damnũ paſſo ex pœnis prędictis. Et in omnibus caſibus quibus pœna corporalis imponitur, Poteſtas Ferrariæ cognoſcat, etiam ex mero officio ſuo, vt ſupra diſpoſuimus in titulo de pœna ingredientis cortile &c.

De pœna damni dati in arboribus, ſeu plantis non fructiferis, vel fructiferis. LII.

SI quis inciderit, excorticauerit, fregerit, euulſerit, ſecuerit, vel notabiliter damnificauerit plantam, ſalicem, aut aliam arborem nõ fructiferam annorum trium, vel plurium à pedibus decem infra; pro quolibet condemnetur in ſolidis triginta march. applicandis communi Ferrariæ, & in totidem damnum paſſo; & in eo pluri, quo damnum datum eſſe conſtiterit per teſtes, vel per villæ æſtimatores, ſi plus damni adfuerit, q̃ debeatur damnum paſſo ex prædictis pœnis. & ſi hoc delic

tum

tum reiterauerit in damnum eiuſdem, perinde ſit, quo ad pœnā huius ſtatuti, ac ſi in maiori numero decē pedibus deliquerit. Si autem hoc fecerit in arbore, ſeu planta à tribus annis infra, maiori tamen anno vno, condemnetur in ſolidis decē cōmuni Ferrariæ, & in totidem dam num paſſo. Si in planta minori anno vno, in ſolidis decem ſoluendis vt ſupra. Si vero vno die, vel nocte inciderit arbores, ac plantas plures q̄ decem, tunc vltra pœnas ſupra impoſitas tribus ictibus funis feriatur. Cæterū ſi fructifera fuerit, ſiue inſita, ſiue plantata ab annis duobus infra, pro qualibet condemnetur in libris duabus applicandis cō muni Ferrariæ, & in totidem damnum paſſo: & in eo pluri, quo cōſtiterit damnū datum eſſe, vel per teſtes, vel per ęſtimatores modo prædicto. Ab annis duobus ſupra ſolidos quinquaginta ſoluere cogatur communi Ferrariæ, & totidem damnum paſſo: & etiam plus, ſi damnum pluris valuerit probandum vt ſupra: & tribus ictibus funis caſtigetur. & ſi vno die, vel nocte vltra quinq; hoc fecerit cuiuſcunq; temporis ſint, vltra pœnas ſupra impoſitas pecuniç, & funis, tribus menſibus captus detineatur. Si vero huiuſmodi arbor fructifera cuiuſcunq; ęta tis etiam exportata fuerit, libras quinq; ſoluat communi Ferrariæ, & totidem damnum paſſo pro exportatione, & ad emendationem dam ni condemnetur. Et ſi damnum datum fuerit cum beſtijs, vel per beſtias, vltra pœnas in noſtris conſtitutionibus cōprehenſas, condemnetur in quinq; ſolidis damnum paſſo, & eo pluri quo damnum datum eſſe probauerit per teſtes, aut per æſtimatores villæ modo prædicto. Et Poteſtas Ferrariæ cognoſcat, vt ſuperiore conſtitutione dictum fuit.

De hortis, broilis, cortilibus, & areis claudendis communibus expenſis. LIII.

STATVIMVS ꝙ habētes hortos, broila, cortilia, & areas, vel aliqua prę dictorū proxima, atq; coniuncta in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ, illa claudere teneātur, & ſepes facere cōmunibus expenſis, & ēt reficere, vbi neceſſarium ſit. Et ſi aliquis requiſitus à vicino intra quatuor dies partem ſuam facere neglexerit, licitum ſit requirenti totam ſepem facere, vel reficerē. Et negligens ſtatim omnibus remedijs executiuis compellatur ſoluere facienti portionem ſuam. & hæc non procedant ſi vnus habeat hortum, vel aliquid prædictorum, alter vero terras diuerſæ conditionis. Quo caſu habens terras diuerſæ conditionis non teneatur conferre ad aliquam impenſam; niſi ipſe inſtet, & velit claudi: tunc enim ipſum quoque partem ſuam ſoluere volumus.

De foſſatis cauandis, & reficiendis inter vicinos. LIIII.

VT occaſio diſcordiarum, quę plerunque inter vicinos naſcuntur, tollatur; ſtatuimus quòd habentes terras coniunctas (exceptis terris, de quibus præcedēti titulo diximus) foſſata inter ſe facere teneantur latitudinis trium pedum ex communi terra, & communibus expē ſis: & etiam reficere, ſi opus ſit. Et ſi quis à vicino requiſitus, intra decē dies partem ſuam facere neglexerit, licitum ſit requirenti totum foſſatum cauare, vel recauare in communi terra. Et negligens ſtatim cogatur remedijs executiuis portionem ſuam ſoluere facienti. Si tamen faciens, vel reficiens elegerit totam terram in latus ſuum proijcere, hoc facere ei liceat. Et tunc nullam partem impenſæ à vicino poſſit repetere.

Quòd nulli liceat vites cum radicibus vendere, donare, vel permutare. LV.

NEMINI liceat in ciuitate Ferrariæ, vel extra, alienare quouis modo vites, ſeu propagines cum radicibus alicui, niſi licentiam habuerit à Iudicibus victualium, de qua appareat, ſine tamen mercede aliqua, ſub pœna librarum decem march. communi Ferrariæ applicanda. quoniam fictione præſentis ſtatuti eas vites, vel propagines ex aliena terra ſubtractas eſſe præſumimus, ac iudicamus. pro quo quidē prę́ſumpto furto quilibet bonę famę legitimus accuſator exiſtat; & dimidiā pœnæ pecuniarię conſequatur: niſi accuſatus habuerit duos teſtes recipiendos ſine ſcriptis, & ſine mercede notarij & Iudicum, teſtificantes vidiſſe alienantem habuiſſe vites in ea quantitate vendita, vel circa ſuper ſuo, & poſt venditionem eas non eſſe in illo loco, quo ipſas viderint: vel niſi habuerit bulletinum à domino ſuo. fiatq; proclama ſingulis annis tempore congruo de mandato ipſorum Iudicū victualium. & contrafaciens etiam puniri poſſit per Poteſtatē Ferr.

De plantis faſſandis. LVI.

QVAELIBET planta de ſalice, vel plopea ſupra viam publicam, vel in ſclapa, aut in loco nō vallato ſepibus, aut foſſatis, ſtare debeat faſſata per duos annos ad minus. Alioquin non poſſit aliquid peti nomine damni dati pro ea: neque teneantur ſaltuarij accuſare aliquem, ſi de-

ſi denuntietur damnum datum eſſe, ſi tantum fuerit planta ſcorzata; niſi ipſi ſaltuarij viderint, aut probatum fuerit poſt denuntiam ipſam fuiſſe faſſaram tempore quo fuit plantata, ſi negauerit accuſatus fuiſſe faſſatam, licet poſtea ſcorzata reperiatur. Si vero fuerit inciſa, fracta, ſecta, vel euulſa, tunc vendicent ſibi locum pœnæ contentę ſupra in ſtatuto, de pœna damni dati in arboribus &c.

De pœna vulnerantis beſtias vnam, vel plures, ſeu eas debilitantis, vel occidentis. LVII.

QVi vulnerauerit, vel vtroque oculo priuauerit aliquam beſtiam in villa, vel ſuburbijs, inuentam in locis, vel terris ſuis; ſiue ſit dominus, ſiue caſtaldio, factor, laborator, famulus, vſufructuarius, vel cõductor etiam ad modicum tempus, vel alius de familia prædictorum, condemnetur communi Ferrariæ in libris duabus march. & damnum paſſo in viginti ſolidis march. pro quolibet capite beſtiæ, & ad damni emendationem. Sed ſi cornua fregerit vnum vel plura, vel fuſte, & baculo, aut aliter eam debilitauerit, vel damnificauerit, aut caudam præciderit, aut aurem vnam, vel ambas inciderit, vel vno oculo diminuerit, condemnetur communi Ferrarię in decem ſolidis march. pro quolibet capite beſtiæ, & in totidem damnum paſſo, & in damni emẽdatione. ſi vero in alijs locis prædicta commiſſa ſint, pœnæ de quibus ſupra duplicentur. ſi quis autem vulnerauerit aliquam beſtiam, aut aliquo ferro, fuſte, vel baculo percuſſerit, vel alio modo damnificauerit; & beſtia ex eo vulnere, percuſsione, vel damnificatione mortua fuerit, condemnetur communi Ferrariæ in lib. iij. march. pro quolibet capite, ſi beſtia fuerit bouina, vel equina. ſi vero fuerit porcina, pecudina, vel caprina, aut aſinina in ſolidis viginti communi Ferrariæ. & quolibet dictorum caſuum teneatur damnum paſſo ad veram æſtimationem beſtiæ demortuæ: quæ probari poſsit vel per duos teſtes idoneos, vel per æſtimatores villæ, prout damnum paſſus elegerit. Eo addito ꝙ ſi dñs, vel eius procurator accuſauerit perſonaliter aliquem de damno dato citra mortem aliquo ex ſupradictis modis, ſufficiens probatio intelligatur dictũ vnius teſtis de viſu, cum iuramento dñi, vel legitimi poſſeſſoris accuſantis: cui probationi fides adhibeatur, ſi Syndico palatij cõmunis Ferrariæ, vel Iudici maleficiorum videbitur inſpecta conditione perſonæ teſtis, & accuſatoris, quantitate damni, & qualitate perſonæ accuſatæ.

De damno dato à canibus alienis beſtijs. LVIII.

SI quis canem irritauerit,& canis ſolum momorderit beſtiam,condemnerur irritans communi Ferrarię in viginti ſolidis march.pro qualibet beſtia, & ad emendationem damni damnum paſſo. ſi vero beſtiam interfecerit,vel ex morſu ſecuta fuerit mors beluę;condemnetur irritans communi Ferrarię in vigintiquinque ſolidis march. quęcunque fuerit illa beſtia, & ad emendationem verani damni damnũ paſſo, probandam per duos teſtes, vt in ſuperioribus diximus. Quod locum habeat ſiue is,qui irritauit canem,fuerit dominus canis,vel aliquis de eius familia,vt ſemper dominus canis teneatur. Sed ſi extraneus canem irritauerit,condemnetur irritans canem eo modo, quo ſupra in domino, vel aliquo de eius familia canem irritante dictum eſt. ſi vero canis non irritatus aliquod prædictorum fecerit, condemnetur dominus canis ſolum ad emendationem damni,& nõ ad aliam pœnam communi Ferrarię: nec ſufficiat dare canem pro noxa.& prędicta nõ vendicent ſibi locum, ſi quis irritauerit canem pro expellẽdo beſtias inuẽtas in ſuo (dummodo mors nõ fuerit ſtatim ſecuta) vel ſi canis non irritatus aliquid prædictorum fecerit in beſtias damnum dantes vt ſupra, etiamſi hoc caſu mors eſſet ſecuta.

De pœna ſcapantium arbores, & de pœna incidentium, & ſcapizantium zochos, aut cauatias ex arbore. LIX.

SI quis ſcapauerit,vel ſcapizauerit ſalicem,plopam,aut aliam arborẽ alterius, quę ſit poſita in cauatia vel non poſita, à Kalendis Octobris vſque ad Kalendas Martij, cõdemnetur cõmuni Ferrariæ in quinque ſolidis march. pro qualibet arbore; & ei cuius fuerit arbor in totidem pro qualibet arbore. Sed ſi alio tempore, condemnetur communi Ferrarię in ſolidis decem march. & in totidem ei qui paſſus eſt damnum,pro qualibet arbore, & vtroque caſu ad emendarionẽ damni: neq; ex hoc ꝙ ſcapauerit, aut ſcapizauerit, poſsit de poſſeſsione turbata accuſari. Quòd ſi quis fregerit,vel inciderit aliquam cauatiã ſiccam,aut viridem de ſalice,aut alia arbore,& exportauerit,condemnetur communi Ferrarię in quinque ſolidis march.& in totidem damnum paſſo,& ad reſtitutionem eius quod ablatum erit,aut eius ęſtimationem.

De

De pœna euellentium catinatium, vel aliud de portis in villa, vel ſuburbijs. LX.

SI quis clauaturam, ſeu ſeram euulſerit, vel catinatium, aut duplonos eius ſeu aliud de porta, vel de sbarra alicuius fregerit, & exportauerit, condemnetur pro clauatura & alijs rebus communi Ferrarię in lib. tribus march. ſed ſi tantum defficauerit, vel fregerit, condemnetur in dimidia dictę quantitatis denariorum. Sed ſi portam, vel sbarram fregerit, vel eam aſportauerit, aut aliud damnũ intulerit, vel aliquid damni in prędictis fecerit, condemnetur communi Ferrarię in libris decem march. & in quolibet ſupradictorum caſuum in totidem ei qui damnum paſſus eſt teneatur, & ad emendationem damni.

De pœna trahentium in terram ſepes, aut ſeraleas. LXI.

STATVIMVS ꝙ ſi quis traxerit, vel trahi fecerit in terram ſepes alterius, vel ſeraleas quaſcunque, & non exportauerit, condemnetur cõmmuni Ferrarię in viginti ſolidis march. & ei cuius eſt ſepis, vel ſeralea in totidem, & ad reficiendum ſibi totam ſepem, vel ſeraleam de nouo benè, & ſufficienter expenſis eius, qui traxerit, vel trahi fecerit ſepem, vel ſeraleam prędictam. & idem intelligatur ſi exportauerit, & ad refectionem omnium expenſarum ipſi damnum paſſo, etiã quas fecerit in refectione ſepis, vel ſeraleę, ſi reficere voluerit.

De pœna facientium vadonos per foſſatos, aut alia loca. LXII.

SI quis fecerit vadonum per ceſas, aut foſſatos, aut alia loca, vel ſeraleas alterius, vel foſſatum atterrauerit, & non intrauerit, nec beſtias immiſerit per vadonum, condemnetur communi Ferrarię in decem ſolidis march. & in totidem damnum paſſo. Si autem intrauerit & damnum perſonaliter dederit, condemnetur communi Ferrarię in viginti ſolidis marc. & in totidem damnum paſſo, & ad refectionem damni in vtroque caſu. ſed ſi beſtias immiſerit, condemnetur cõmuni Ferrarię in triginta ſolidis marc. & in totidem damnum paſſo, & ad emendationem damni. & hoc ſi de die damnum datum fuerit. Si vero de nocte ſiue perſonaliter, ſiue cum beſtijs, condemnetur communi Ferrarię pro quolibet vadono in duplo, & in totidẽ ei, qui damnum paſſus eſt, & pro quolibet capite beſtiarum ipſi damnum paſſo in ſolidis quatuor march. & in damni emendatione.

De

De pœna rumaturæ in pratis per porcos facta. LXIII.

SI pratum alterius ſolitum cõmuniter ſecari fuerit rumatũ per porcos alicuius;condemnetur dominus, vel tenens dictos porcos, pro quolibet porco, communi Ferrariæ ad ſolidos quinque, & totidem damnum paſſo, & ad reaptandum rumaturas; & in eo pluri, quod probauerit damnum paſſus per teſtes, vel per æſtimatores damnum fuiſſe datum.

Quòd condemnationes mittantur executioni ſine nouo proceſſu. LXIIII.

SENTENTIAE condemnationum damnorum datorum mittantur executioni ſine alio proceſſu, per Iudicem maſſariæ communis Ferrariæ; etiam pro damno dato declarato per æſtimatores,vel per ſtatuta noſtra in ipſis ſẽtẽtijs, ẽt ſi tales cõdemnationes fuerint in bladis.

De pœna tenentium capras in villis diſtrictus Ferrariæ. LXV.

NVLLI liceat tenere capras, nec hœdos in aliqua villarũ diſtrictus Ferrarię,quę non habeant dentes inferiores extirpatos,vel ſecatos:quę villa non habeat ſyluam,vel nemus commune dictæ villę, aut proximè,aut proprium tenentis: Pœna contrafacientibus imminente ſolidorum viginti march. & amiſsionis caprarum & hœdorum. & teneatur quilibet cauarzellanus villę denuntiare ad officium damnorum datorum quoſlibet capras tenentes, quę non habeant dentes vt ſupra extirpatos, vel ſecatos, ſub pœna librarum duarũ march. de ſuo perſoluenda pro qualibet vice.

De pœna damni dati per ſaltuarios. LXVI.

AD refręnandã malitiam,ac petulantiã ſaltuariorum,ne prętextu officij eorũ faciliter damna cõmittant;ſtatuimus & ordinamus ꝙ ſi ſaltuarij ipſi dederint aliquod damnũ perſonaliter, vel cum beſtijs; condemnentur & condemnari debeant in duplo eius,in quo alij damna dantes condemnarentur pro ſimili damno dato, applicando vt ſupra in pręſentibus ſtatutis ordinatum eſt:& emendare damna teneantur, & eorum beſtiæ capi poſsint,ſicut aliorum de quibus ſupra.

Quòd

Quòd damnum datum in villis, vel ſuburbijs, de cuius pœna præſentibus ſtatutis non cauetur, pœna præſentis ſtatuti puniatur. LXVII.

QVICVNQVE perſonaliter, vel cum beſtijs damnum dederit in villis, vel ſuburbijs, pro quo pœna non ſit à præſentibus conſtitutionibus ſtatuta; condemnetur communi Ferrariæ in decem ſolidis march. ſi de die damnũ fuerit datum, & ad ſatisfactionem damni dati. ſed ſi de nocte fuerit damnum datum, condemnetur communi Ferrariæ in viginti ſolidis march. & damnum paſſo ad emendationem damni: de cuius damni ęſtimatione in vtroque caſu ſtetur ſacramento eius, qui paſſus eſt damnum vſque ad ſummam lib. duarũ march.

Quòd vindemiatores non portent vuas. LXVIII.

STATVIMVS quòd nullus vindemiator poſſit, audeat, vel præſumat accipere & exportare de vinea, in qua vindemiauerit, vltra grappos quattuor vuarum, etiam de voluntate & conſenſu laboratoris, factoris, caſtaldionis, aut domini. & ſi quis contrafecerit cadat in pœnam ſolidorum quinque march. pro quolibet grappo pluri, & perdat vuas. in quam pœnã etiã incurrat laborator, factor, caſtaldio, aut dominus conſentiens. & quilibet poſſit accuſare & denuntiare: & credatur ſacramento ſuo cũ vno teſte: & lucretur dimidiã pœnæ. quæ accuſationes & condemnationes fieri debeant ad officium damnorum datorũ.

Quòd condemnatus de damno dato intelligatur condemnatus ad emendationem damni, & expenſarum. LXIX.

STATVIMVS quòd ſi quis fuerit condemnatus de damno dato quomodocunq; & qualitercunque, intelligatur ſemper condemnatus ad emendationem damni damnum paſſo; etiam ſi nulla fuerit facta mentio in ſententia condemnatoria de emendatione damni, nec etiam ex ſtatutis noſtris. Et teneatur Iudex maſſariæ ad inſtantiam damnum paſſi viſa prædicta ſententia condemnatoria, exigere ſtatim & executiuè emendationem damni, de qua conſtabit ei per probationes, vel ſecundum ſtatuta noſtra limitatam; & ipſi damnũ paſſo dari facere. & ſimiliter cõdemnatus de damno dato intelligatur cõdẽnatus ad re-

ad reficiendas expenſas damnum paſſo, quas fecerit ad probandum damnum,& ad inſtandum vt damnum ſibi emendaretur,niſi aliter in condemnatione ipſa damni dati foret expreſſum.

De his qui admoniti, vel non per res, aut terras alterius eunt, ducunt, tranſeunt úe. L X X.

SI dominus vel quaſi,poſſeſſor vel quaſi,vel quilibet detentor rei immobilis coram duobus teſtibus denuntiauerit, vel proteſtatus fuerit alicui,cuiuſcunq; conditionis ſit, vel ſi Poteſtas, Iudex maleficiorũ aut alius Iudex competens ei mandauerit ad requiſitionem memoratarum perſonarum, ne ille, vel ſolus, vel cum ſocio, neúe alius ipſius nomine,conſenſu,aut mandato eat,vel iter faciat eques, pedesúe per res immobiles a ſe detentas, nec beſtias ducat, nec currus trahat, nec aliud quicq̃;& contrafecerit,etiamſi damnũ non dederit,incidat,&incidiſſe intelligatur in pœnam librarum decem march. pro dimidio maſſariæ communis Ferrariæ,& pro dimidio prædictis perſonis applicandarum. Sed ſi damnum dederit paſcendo,aut quippiam faciendo, & ſaltuarius,vel aliquis ex prædictis perſonis eum vel accuſauerit,vel denuntiauerit;quoties contrafecerit vltra pœnas prædictas ſoluere cogatur memoratis perſonis pro quolibet capite beſtiarum groſſarum ſolidos tres,minutarum autem duos. Niſi locus, vbi beſtiæ paſtæ fuerint,vel damnũ dederint ſit vallis aquoſa producens cannas, aut iuncos,ſeu pauerias:quo caſu volumus ꝙ ſufficiat ſoluere pro quolibet capite beſtiarum groſſarum ſolidos duos,& pro minutis vnum ad emendationem damni. Si vero damnificauerit trahendo currum,vehiculum,carpentum,thedam,quadrigam,bigam, aratrum,ſeu verſurium, lilzam,vel aliud quicquã,vel trahi faciendo,vltra pœnas iam dictas teneatur ad emendationem damni. Si quis autem, cui denuntiatum nõ fuerit,nec mãdatum ſit per aliquem Iudicem,ingreſſus fuerit pratum, vineam,vel quaſlibet terras, aut cortile, aut aream alterius eques,pedesúe,conculcando,tranſeundo,vel iter faciendo ſine beſtijs; & locus ſeminatus ſit, & vinea, ſeu vites vuas habeant, etiam immaturas, & pratum herbas,& ingrediens vadum non fecerit,eques quidem qualibet vice codemnetur communi Ferrariæ in ſolidis quatuor;pedes autem in duobus,& in totidem damnum paſſo,& in refectione damni. Si vero ſeminatus non fuerit,& vinea,ſeu vites vuis caruerint, & herbis pratum,& tranſiens,ſeu iter faciens damnum non dederit, nec vadum

dum fecerit, nec portam apertam reliquerit, nulla condemnatio ſequatur. Sed ſi cum beſtijs conculcauerit tranſeundo, vel iter faciendo per locum ſeminatum, vel per vineam, ſeu per vites cum vuis etiam immaturis, vel per pratum cum herbis; quoties id acciderit communi Ferrariæ condemnetur in ſolidis decem; & pro qualibet beſtia groſſa in ſolidis duobus, pro minuta autem in vno: & in totidem damnum paſſo, & in emendatione damni. Si vero locus non fuerit ſeminatus, & vites vuis, & pratum herbis caruerit; qui cum beſtijs tranſiuerit, condemnetur in dimidio pœnarũ, de quibus ſupra cõmuni Ferrariæ applicandarum.

Declarantes quòd ſi via publica inundata ſit, limoſa, occupata, vel deſtructa, aut pons diruptus, adeo ne commodè boni viri arbitrio per viam, aut pontem iri, vel tranſiri poſsit; cuilibet viatori licitum ſit modo damnum non det, trãſire per locum proximum, quà minus damnum fiat.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER QVINTVS.

De prouiſionibus, & ordinamentis officij Syndici palatij iuris communis Ferrariæ, & ad ipſius officium ſpectantibus, & pertinentibus.

De iuramento ipſius Syndici. *I.*

STATVIMVS & ordinamus ꝙ Syndicus generalis palatij iuris communis Ferrariç, à principio ſui officij reneatur & debeat iurare tactis ſcripturis ad ſacroſancta Dei Euangelia, in manibus cancellarij Illuſtriſs. domini noſtri, qui dictum Syndicum in officio ſyndicatus conſtituet, & aſſignabit; ꝙ dictum ſuum officium benè, & diligẽter cũ omni cura & ſolicitudine, & ſine dolo & fraude exercebit, & ꝙ omnia & ſingula ſpectantia & pertinentia ad dictum ſuum officium, & etiam omnia & ſingula capirula, & prouiſiones concernentes & co cernentia naturam officij ſui, obſeruabit, ac obſeruari faciet: nec vlla diſſimularione, prece, vel precio, aut alia humana gratia omitter, aut ceſſabit ab obſeruatiõne prædictorum: & ꝙ ipſe ſciens aliquem puniẽdum eſſe, vel errorem aliquem inexcuſabilem cõmittentem in aliqui bus ſpectantibus ad eius officiũ, contra ipſum inquiret, & eum puniet ac puniri faciet ſecundũ formam iuris, & ſtatutorũ ciuiratis Ferrariæ.

De officio & iuriſdictione Syndici generalis palatij communis Ferrariæ. *II.*

STATVIMVS quòd Syndicus generalis palatij iuris communis Ferrariæ habeat cognitionem & iuriſdictionem ſuper omnes notarios exercentes officia notariæ in ciuitate & diſtrictu Ferrariæ, cum poreſtate & arbitrio corrigendi & puniendi eos pro arbitrio ſuo pecunia-

 riter

ritet tamen &non alio modo; qui notarij cōmiſerint dolum, vel culpā punibilem in eorum officijs, exceptis caſibus ſpectantibus & pertinentibus ad collegium ipſorum notariorum, de quibus in eorum prouiſionibus & ſtatutis, ac ordinamentis fit mētio, & ſimiliter omnes conductores officiorū palarij poſsit & teneatur ſyndicare, corrigere & punire quandocunq; ſibi placuerit, ac ſibi videbitur, & maxime ſingulo anno dictos cōducentes circa Kalendas menſis Ianuarij, incipiēdo in proximis Kal. menſis Ianuar. Et ſimiliter ēt iurisdictionē habeat ſuper oēs pręcones ad quęcūq; officia ciuitatis Ferr. & eius diſtrictus deputatos, ēt ad cameram Illuſtriſs. domini noſtri, & ad gabellas; qui deliquerint dolo, vel culpa, ſiue negligentia aliquid cōmiſerint cōtra formā iuris & ſtatutorum Ferr. circa ſpectantia ad officiū eorum tantū. Similiterq; habeat iurisdictionē & poteſtatem ſyndicandi omnes officiales palatij iuris communis Ferr. in fine eorum officiorum, & omnes alios prout ei commiſsum fuerit per Illuſtriſs. dominum noſtrum. Intelligendo tamen ꝙ in ſyndicatu domini Poteſtatis & eius familiæ ac curiæ interuenire poſsit perſonaliter mag. Iudex duodecim ſapientum, vt ſupra etiam conſtituimus in ſtatuto ſub titulo, de ſyndicatu Poteſtatis & eius familiæ. Poſsitq; mulctare ſine ſtrepitu, figura & forma iudicij quoſcunq; ſibi inobedientes, contumaces, ac delinquentes, prout ſibi videbitur attenta qualitate inobedientiæ, contumaciæ, ac delicti, & perſonarum conditione, vſq; ad ſummam librarum quinq; march. Si vero inobedientia, contumacia, vel delictum cōmiſsum fuerit per aliquem præſentem, & in conſpectu ipſius Syndici, aut fuerint verba iniurioſa in eum prolata, poſsit mulctare pro arbitrio ſuo vſq; ad ſummam librarum decem march. & ab huiuſmodi mulctis non poſsit appellari, querelari, de nullitate dici, aut quocunq; modo contraueniri vel ſuſpendi, nec reſtitutio peti etiam ratione minoris ætatis: poſsitque etiā in maiori ſumma mulctare adhibita tamen cauſæ cognitione, ſed ſummariè. Item habeat iurisdictionem in omnibus quæ per ſtatuta noſtra ſpecialiter diſpoſita reperiuntur: & teneatur dictus Syndicus generalis intereſſe examini omnium cōdemnationum vel abſolutionum cauſarum criminalium, quæ fierēt per curiam Poteſtatis Ferrariæ, per officium damnorum datorum, & per officium conſulis, exceptis cōdemnationibus corporalibus latis contra præſentes & detentos, prout ſupra diſpoſuimus in libro maleficiorū, in ſtaturo ſub titulo, Quòd Syndici palatij cōmunis Ferrariæ, & maſſarius communis intereſſe debeant in examine condemnationum pecuniariarū &c. Diſ-

ponentes

ponētes ꝙ prædictus Syndicus generalis ſit & eſſe debeat Iudex ordinarius actiué & paſsiué omnium præconum ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ,& contra oēs eorū debitores & creditores,& nullus alius ſit eorū Iudex in cauſis ciuilibus. Adijcientes tamen ꝙ Iudex duodecim ſapientum ſit Iudex omnium querelarum, & cauſarum extraordinariarum vertentium, & quæ in futurum vertent inter ciues, comitatinos, officiales,notarios & præcones tam ciuitatis,q̄ diſtrictus Ferrariæ. Dum modo tales cauſæ non ſint ponderoſæ ordinariè terminandæ per viam proceſſus & petitionum. Dantes ipſi Iudici omnimodam poteſtatem,arbitrium & bailiam condemnandi,abſoluendi,& mulctandi, ac puniendi quoſcūq; delinquētes,vt ſupra,prout ei pro bono publico melius viſum fuerit; ac etiam eas cauſas committendi Syndico prædicto: qui circa prædicta poſsit & valeat ipſius Iudicis vices ſupplere, & eas cauſas terminare, & delinquentes punire ſecundum ꝙ ipſi Syndico videbitur eſſe iuſtum & honeſtum, ſecundum rerum exigentiam, pro manutenendo, & conſeruando præſertim comitatu Ferrariæ. Declarantes ꝙ de cætero nulli præconum communis Ferrariæ liceat refutare ab aliquo creditore ciue, burgenſe, ſeu comitatino aliquam licentiam de pignorando,ſeu quem aut aliquos capiendo:eaſq; licentias teneantur & obligati ſint executioni mandaſſe infra tempus a ſtatuto communis Ferrariæ ſuperinde limitatum, & ipſas licentias non refutare neq; recuſare ſub pœna priuationis eorum officij. Et prædicti Mag.Iudex duodecim ſapientum & Syndicus ſint & eſſe debeant illi, qui tam coniunctim q̄ diuiſim habeāt tales præcones huic ordini inobedientes punire modo quo ſupra, etiam eos amouendo, & caſſando de præconum numero & matricula in perpetuum. nec poſsit ipſe Syndicus poſtq̄ ſic aboliti fuerint de matricula, & ab officio abſoluti, eos ſuper ipſa amplius deſcribi facere & admittere in futurum ad officiū,niſi re prius collata cum præfato Iudice,& ipſo conſentiente.

Quòd officiales comitatus & diſtrictus Ferrariæ præſtent auxilium ad executiones faciendas. III.

NE duplici onere grauentur debitores, vel illi contra quos fit aliqua executio; ſtatuimus, & ordinamus ꝙ omnes, & ſinguli Poteſtates,Capitanei,Vicarij,& alij officiales diſtrictus vel comitatus Ferrariæ ad omnem inſtantiam,& requiſitionem maſſarij communis Ferrariæ,ſeu cuiuſlibet eius nuntij, qui haberet licentias de pignorando

vel faciendo aliquam aliam executionem contra condemnatos, aut debitores maſſariæ communis Ferrariæ, præſtent & præſtari faciant auxilium, cõſilium, & fauorem, prout erit opportunũ: & hoc ſi fuernt requiſiti. Qui Poteſtates, capitanei, vicarij & alij officiales poſsint mittere ſi voluerint cũ nuntio vel pręcone maſſarię ipſius cõmunis, præconẽ, famulum, vel nuntium eorum, ne forte pignora baratentur. Ita tamen ꝙ nullum ſalarium, vel commodum prædictus nuntius, vel eorum famulus poſsit nec præſumat petere, nec exigere ab ipſis debitoribus, vel cõdemnatis, aut ab aliqua alia perſona occaſione prædicta. Volentes & mandantes idem obſeruari in pignorationibus aut executionibus, quę fierent ad inſtantiam camerę Illuſtriſs. domini noſtri, gabellarum, & etiam aliorum priuatorum locorum, cum ſatis ſit ſi ſoluerint pręconibus, aut nuntijs ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ: ſub pœna cuilibet eorum cõtrafacienti, ſi fuerint officiales vt ſupra, librarũ decem march. ſi fuerint pręcones vel nuntij ſolidorum centum marc. applicanda communi Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori; cuius dimidię tertia pars ſit Syndici generalis palatij iuris communis Ferrariæ illos punientis, vel executionẽ in prædictis facientis.

Quòd notarij volentes exercere officium aſſeſſoris, ſtent in palatio iuris. IIII.

VT litigantes minus fatigẽtur, & cõmodius haberi poſsit notariorum facultas pro minori partium diſpendio: hac lege prouiſum & decretum eſt, ꝙ quilibet notarius ciuitatis Ferrariæ volens exercere officium aſſeſſoris teneatur & debeat reſidentiam facere ſuper palatio iuris cõmunis Ferr. ad banchos ibidẽ pro notarijs deputatos; ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum cuilibet contrafacienti: aliquibus in contrarium facientibus non obſtantibus, quibus derogatũ ſit & eſſe intelligatur præmiſſorum reſpectu dumtaxat.

De modo & forma tenendi libros debitorũ conueniendorũ. V.

STATVIMVS ꝙ notarij ciuitatis Ferrariæ exercẽtes ſe ad quæcunq; officia in dicta ciuitate ad exigẽdos debitores, teneantur & debeãt habere & tenere librum debitorum ligatum & inquaternatum, & ſuper illo notare & ſcribere nomina ipſorum debitorũ & creditorum, & quantitates, & cauſas, citationes, & pignorationes, ac relationes præ-

conum

coñum cum diebus, omnibus & ſingulis prędictis diſtinctè atq; extẽsè incorporatis, & non in margine libri, nec per imbreuiaturas: nec poſſit huiuſmodi officiũ exercere tamq̃ principalis notarius ſiue garzionus, niſi ſit matriculatus, & in matricula notariorum numerariorum Ferrar. deſcriptus, vel niſi, ſi ſit garzionus, cedula fuerit ſubſcripta manu principalis notarij, ſub pœna duarum librarum march. pro qualibet vice qua contrafactum fuerit applicanda communi Ferrariæ.

De modo & forma tenendi libros, ſeu vachetas actorum, & cauſarum ciuilium. VI.

STATVIMVS ꝙ notarij cauſarum de medio rogati de actibus ipſarũ cauſarum teneantur, & debeant habere & tenere librum, ſeu vachetam bene ordinatos & ligatos, cum ſigno & nomine ipſorum notariorum; in quibus libro ſeu vacheta ſcribantur eadẽ die & hora bene, ordinate, fideliter, & legaliter omnia acta quæ fient de die in diem ſiue de hora in horam; ſcribendo acta cuiuſlibet cauſæ de per ſe, & ea continuando: niſi forte ex multiplicatione actorum veriſimililer à principio non cognitorum ſeu non prçuiſorum, oporteret mutare chartã, & in alia charta ſcribere; qua charta mutata, modo prædicto ipſi teneantur ſcribere acta: nec poſsint ſcribere ipſa acta ſuper ſcripturis productis per partes, niſi tantummodo productiones ipſarum ſcripturarum. & ſi quis contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum, condemnetur per ſyndicum generalem palatij in libris quinq; march. cõmuni Ferrariæ applicandis.

De modo & forma procedendi contra debitores, & de expenſis ſoluendis. VII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ notarij ciuitatis Ferrariæ exercẽtes ſe ad quæcunq; officia in ciuitate prædicta ad exigendos debitores & illos grauandos, non poſsint nec audeant recipere aliquas expenſas à debitoribus, qui comparuerint ad primam citationem ſeu prçceptum negando debitum. Volentes tamen ꝙ ſi debitores ſemel citati negauerint debitum vt ſupra, creditores & principales teneantur proſequi in ea cauſa, ſi proſequi voluerint, faciendo fidem de debito, prius citatis ipſis debitoribus ad videndum ſic fieri fidem: nec poſsint ipſi debitores ſic negantes aliter citari vel grauari. Diſponentes etiã, quòd dicti debitores citati non poſsint iterum citari, vel pignorari verbo

nec per vim, niſi inter vnam citationem & aliã elapſa fuerit vna dies. & facta fide de debito, teneantur debitores ipſi ad expenſas, etiam primæ citationis, in qua debitum negauerint.

De eodem. *VIII.*

STATVIMVS ꝙ notarij de medio non poſsint leuare, aut præconibus dare licentias de capiendis pignoribus per vim, aut aliter grauandis debitoribus pro aliquo debito petito, niſi prius facta fuerit fides de debito ipſo iuxta naturam & ſummam debiti, aut negotij, arbitrio Iudicis. Quę fides poſsit fieri etiam in contumaciam debitoris ad id legitimè citati. Sed comparente poſtea debitore & negante debitum, ac ſoluente omnes expenſas, teneatur creditor legitimè probare creditum ſuum: poſsit tamen debitor contumax non facta fide de debito, pro contumacia pignorari & grauari pro pœna contumaciæ cõminata ab ipſo Iudice, vel ſecundum formam iuris: ſub pœna ſolidorũ quadraginta march. ipſis notarijs inferenda pro qualibet vice, & applicanda communi Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori.

De præſcriptione expenſarum notariorum contra debitores. IX.

STATVIMVS & ordinamus, quòd nullus notarius ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus, finito biennio à die qua ſibi deberentur expenſæ pro exigendis debitoribus extraordinariè, poſsit, aut audeat petere aut agere pro dictis expenſis, contra ipſos debitores grauatos per eũ notarium, niſi infra dictum tempus biennij ipſe notarius fecerit conueniri dictos debitores ad inſtantiam ſuam vel creditoris, pro ſuis expenſis. Decernentes ꝙ ſi notarius grauari faceret debitores pro expenſis ſuis dumtaxat, nihil percipere poſsit ratione huius vltimi grauaminis pro expenſis ſuis. & idem ſtatuimus in proceſsibus & eorum authẽticis, ſi infra quadrienniũ à die finitę litis non fuerit petita merces: Iurante tamen debitore ſe ſoluiſſe, & eo defuncto, eius hærede iurante ſatisfactum eſſe, ſi verè notitiam habebit: aliàs ſtetur eius iuramento de credulitate.

De offi-

De officio officialis ad pignora deputati in palatio iuris communis Ferrariæ. X.

STATVIMVS & volumus ꝙ officialis palatij iuris communis Ferrariæ ad pignora deputatus teneatur omnia & ſingula pignora ſibi exhibita per prǽcones, vel cauarzellanos deſcribere ſuper libro pignorum per ſe, vel alium, cum nominibus debitorum & creditorum, & cum qualitatibus&, quantitatibus,& numero pignorum; deſcribendo etiam diem conſignationis pignorum, & nomina præconum, infra tres dies à die conſignationis numerandos: de quibus quidem pignoribus teneatur computum tenere,& rationem reddere,tam ſi fuerint ſuppignorata,q̃ ſi fuerint debitoribus reſtituta ante vel poſt ſuppignorationẽ:& his caſibus notare & deſcribere cui ipſa pignora ſint reſtituta,vel penes quẽ ſunt ſuppignorata, & pro quanta quantitate, & cui,vel quibus pecuniǽ ſint ſolutǽ.& ſi contrafactum fuerit cadat ipſe officialis in pœnam ſolidorum quadraginta march.pro quolibet pignore,applicandorum communi Ferrariæ,& ad intereſſe partis. Volentes ꝙ libris dicti officialis cum iuramento credatur. Item ꝙ reſtitutio ipſorum pignorum fieri non poſsit ſine bulletino notarij, in cuius actis pignora accepta ſunt. Adijcientes ꝙ dictus officialis pro ſua mercede & ſalario recipiat de ſingulo pignore ſiue ſingula pignoratione eiuſdem perſonæ,etiam ſi eſſent plura capita rerum pro vno pignore, denarios octo & non plus.& ſi plus acceperit cadat in pœnã vt ſupra ſtatutam:intelligentes tamen de pignoribus ſibi præſentatis tantum.

Quòd hebræi non reſtituant pignora ſuppignorata ſine bulletino officialis pignorum. X I.

STATVIMVS ꝙ hebrǽi ciuitatis Ferrariæ,penes quos fuerint pignora ſuppignorata per præcones,nõ poſsint nec audeant ea dare, vel reſtituere ſine bulletino officialis pignorum palatij iuris cõmunis Ferrariæ;ſub pœna librarum quinque march. applicanda communi Ferr.

Quòd debitores non poſsint grauari in actis duorum notariorum. XII.

STATVIMVS & mandamus, ꝙ nulli creditores poſsint, vel audeant ponere,vel grauari facere ex eadẽ cauſa &debito aliquos debitores

ſuos

ſuos vel alienos in manibus duorum notariorum, vel plurium; ſub pœna ſolidorum quadraginta march. applicanda pro dimidia communi Ferrariæ, & pro alia dimidia accuſatori: & hoc pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, niſi de licentia ſyndici, ſtante iuſto impedimēto, vel cauſa primi notarij arbitrio ipſius Syndici.

De ſacramento à præconibus ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus præſtando. XIII.

STATVIMVS & volumus ꝙ quilibet præco ciuitatis Ferrarię, & eius diſtrictus, à principio ſui officij, & tempore quo receptus fuerit ad officium præconum ciuitatis Ferrariæ & eius diſtrictus, teneatur manibus tactis ſcripturis, ad ſacroſancta Dei Euangelia iurare in manibus Syndici generalis palatij communis Ferrariæ, ꝙ officium ſuū bene, legaliter & fideliter, ac ſine dolo & fraude aliqua, & temporibus debitis exercebit; licentias, pignorationes & citationes atque omnia ſibi commiſſa pertinētia ad officium ſuum exequetur, & omnia ſtatuta & prouiſiones concernentia & pertinentia ad prędictum ſuum officium cum omni cura, & diligentia obſeruabit, & adimplebit.

Capitula de officijs præconum ciuitatis & diſtrictus Ferrar. XIIII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ omnes præcones ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ teneantur ſatiſdare idoneè ſingulo anno in principio mēſis Ianuarij, vſque ad quantitatem librarum quinquaginta march. de exercendo bene, legaliter, & fideliter officium ſuum, de reſtituēdo pignora, ac ſoluendo omnes mulctas & condemnationes quæ ipſis imponerentur, aut inferrentur occaſione officij ſui: quam ſatiſdationē ſi non præſtiterint dicti præcones, non poſsint officium exercere, ſub pœna librarum decem march. communi Ferrariæ applicanda toties quoties contrafactum fuerit.

ITem ſtatuimus ꝙ omnes præcones communis Ferrariæ, cuiuſcunq; conditionis exiſtant, officium ſuum exerceant ſinguli de per ſe, & ꝙ non audeant, ſeu pręſumant facere, vel contrahere ſocietatem inuicē, in ciuitate, burgis & comitatu Ferrarię, ſub pœna librarum decē mar. & priuationis ex arte pręconum; applicanda maſſariæ communis Ferrariæ pro duabus partibus, & pro tertia parte accuſatori, ſi accuſator aderit: ſi vero non aderit, in ſolidum maſſarię prædictæ.

Item

ITem ꝙ quilibet pręco,qui habet circham in villis, teneatur, & obligatus ſit,ac compelli debeat ad faciēdum ambaſſatas ſuas omni ſeptimana, niſi ſit legitima cauſa impeditus: de qua cognoſcere debeat Syndicus palatij communis Ferrariæ,ſub pœna librarū quinq; march. applicandarum vt ſupra. & nihilominus poſsit mitti vnus præco expēſis prædicti pręconis,etiam ad inſtantiam vnius particularis perſonæ:& de hoc quilibet poſsit eſſe accuſator legitimus.

ITem ꝙ omnes pręcones teneantur, & debeant feciſſe & executioni mandaſſe commiſsiones,pręcepta,licentias de pignorando,& huiuſmodi alia poſtq̄ ſignata fuerint a ſyndico palatij communis Ferrarię, vel ab alio de commiſsione eius,infra quinq; dies à die ſubſcriptionis Syndici in ciuitate,& infra octo in burgis, & infra quindecim dies in comitatu; niſi iuſta cauſa ſuperuenerit, quæ ſit in arbitrio Syndici: ſub pœna ſolidorum quadraginta march. pro qualibet vice applicanda vt ſupra:exceptis licentijs de capiendo perſonas,quæ durent per viginti dies, & vltra ipſo iure non valeant, ſed reiterari debeant ſupraſcriptæ licentiæ perſonales. & teneatur Syndicus palatij quolibet die ſabbati vltimo cuiuſlibet mēſis facere inquiſitionem ſeu mōſtram de omnibus licentijs retrofactis:& an factæ fuerint, & executioni mandatæ,prout diſpoſitum eſt per ſtatuta noſtra.

ITem ꝙ omnes licentiæ de pignorando vel grauando aliquem in rebus, vel perſona ſint & eſſe debeant ſignatæ manu Syndici vel notarij eius cōmiſsione ſua:& ſi non fuerint ſignatę vt ſupra,nullus præco poſsit eas, vel aliquam earum facere,vel executioni mandare: ſub pœna ſolidorum quadraginta march. pro qualibet vice applicanda vt ſupra.

ITem ꝙ omnes pręcones teneantur facere relationes citationum vel pignorationū notarij de medio,infra duos dies in ciuitate & burgis, poſtquā dictas citationes fecerint, & infra tres in comitatu. & ſi non fecerint,nō exiſtente aliqua rationabili cauſa arbitrio Syndici, cadāt & puniātur ab ipſo Syndico in pœnā duarum librarū march. pro qualibet vice,qua contrafecerint,applicandam vt ſupra.

ITem ꝙ quilibet præco,qui habeat licentiam,inducias, vel ſaluumcōductum in domo ſua,ea non obſtante grauari poſsit perſonaliter tātum pro introitu ſuo,& omnibus grauaminibus, quæ occurrent occaſione dictæ artis præconum.

ITem ꝙ omnes præcones, qui habebunt ſeu habent in manibus ſuis pecunias exactas à debitoribus creditorum,vel ex pignoribus ſuppigno-

gno-

gnoratis, eas exburſent creditoribus infra tres dies in ciuitate & in burgis, ſed in villis infra octo dies poſtquam exegerint vel habuerint pecunias; ſub pœna dupli illius, quod exegerint vel habuerint, applicāda arti prçconū pro tertia parte, pro tertia accuſatori, & pro alia tertia maſſariæ communis Ferrarię. Et idem intelligatur in notarijs, qui receperint ab ipſis debitoribus pecunias aliquas pro creditoribus, vel id & omne aliud quod debitores creditoribus dare deberent. ſub pœna ſolidorum viginti march. collegio notariorum applicanda.

ITem ꝙ nullus præco audeat ferre in dorſo ſuo die aut nocte pignora debitorum, nec aliter eis vti, nec permittere vt aliqua perſona ea ferat, aut commoditatem aliquam ex eis aſſumat; ſub pœna librarum decem march. & priuationis ex arte prçconum, pro tertia applicanda ipſi arti prçconū, pro tertia accuſatori, & pro alia tertia cōmuni Ferr.

ITem ꝙ prçcones ad gabellas, & ad cameram Illuſtriſs. domini noſtri Ducis deputati, non poſſint nec audeant ſe impedire de debitoribus palatij iuris communis Ferrariæ, nec alterius officij ciuitatis Ferrarię, tam in citando, q̃ in pignora capiendo & auferendo; ſub pœna librarum decem march. & priuationis collegij & officij præconū pro quolibet, & qualibet vice applicāda maſſarię cōmunis Ferr. & ſi accuſator aderit, habeat medietatē: nec excuſetur prçtextu alicuius licentiæ ſibi conceſſę à quocunq; officiali, etiam Syndico palatij communis Ferr.

ITem ꝙ nullus præco poſſit aut valeat conduçere ad affictum aliquā circham ab aliquo, qui nō ſit deſcriptus in matricula, & collegio artis præconū, & ſuſtineat grauamina eius: pœna priuationis perpetuæ dicti officij, & librarum decem march. applicandarum dictæ arti pro tertia parte, pro tertia accuſatori, & pro alia tertia cōmuni Ferr.

ITem ꝙ citationes, pignorationes, licentię ſiue prçcepta contra hçredes alicuius non valeant, niſi ſint expreſſa nomina propria ipſorum hçredum vel ipſius heredis in ipſis licentijs, citationibus, & prçceptis.

ITem ꝙ præcones, quibus mulieres, vxores, vel aliæ perſonæ exhibuerint ac oſtenderint licentias, dationes inſolutum, aut inhibitorias, teneantur ſcrutinium facere, & comparationem de rebus deſcriptis in prędictis licētijs, inſolutum dationibus, aut inhibitorijs, cū rebus, quæ reperientur in domibus, vel locis, ad quæ licentiam habent de pignorando, vel grauando. Et ne creditores fraudentur, ſi inuenerint res, quæ non ſint deſcriptæ, aut quæ veriſimiliter non ſint eædem, habita ratione temporis quo tales licentiæ factę fuerint, conſiderata etiā qualitate & natura rerū, vtputa ſi fuerit vinum, frumentum, carnes ſalitę, pellicię

pelliciæ, & huiuſmodi talia quæ vſu,& tempore facile conſumuntur, poſsint præcones pignora in dictis bonis facere iuxta tenorem commiſsionum ſuarum, ſub pœna arbitrio Syndici palatij iuris communis Ferrariæ.

ITem ꝙ præcones facientes aut leuantes pignora per vim, etiam cũ familia Poteſtatis,quę non ſunt ſufficientia pro toto debito & expẽſis;in quantum per eos deficeret, vel imputari eis poſſet defectus aliquis,non poſsint petere aliquam ſolutionem pro eorũ labore & mercede.& idem etiam obſeruetur,ſi ipſi non obſeruauerint ordines ſupra dictos & infraſcriptos,& quemlibet ipſorum.

ITem quòd præcones teneantur habere librum vnum ſingulo anno, ſuper quo deſcribant omnia & ſingula pignora, cum ſignis & qualitatibus ſuis, nominibus perſonarum, à quibus acceperint, & creditorum pro quibus ea fecerint;& prædictum librum oſtendere volentibus videre,& facultatẽ pręſtare illum legendi,& inſpiciendi cuilibet cuius interſit, ſub pœna librarum quinque march.applicanda pro tertia parte communi Ferrariæ, pro tertia accuſatori, & pro alia tertia arti præconum.

ITem ꝙ pręcones non poſsint,nec audeant reuelare licentias de capiendo perſonas per ſe vel alium,ſub pœna periurij,& librarũ quinque march.applicanda cõmuni Ferrariæ,& ad intereſſe partis:& quilibet de hoc poſsit eſſe legitimus accuſator.

ITem quòd pignora accepta per præcones non poſsint ſuppignorari, niſi pro cauſa, vel cauſis, pro qua, vel quibus fuerint accepta, nec conuerti in aliam cauſam;nec poſsint ad inſtantiam alterius tertij creditoris ſequeſtrari apud præcones,aut officialem pignorum,vel hebræos,ſub pœna prædicta ſolidorum quadraginta march.applicanda communi Ferrariæ.

ITem quòd nulla pignora ſuppignorari poſsint ſolum,& dumtaxat pro expenſis, etiam ſi dicta pignora non ſufficerent pro ſorte, & expenſis; ſed poſsint huiuſmodi pignora ſuppignorari pro ſorte, & expenſis ſimul:ita quòd de eo pro quo ſuppignorabuntur, præco percipiat ſolum medietatem ad computum expenſarum ſuarum,& reliquum cedat pro debito ipſius principalis, & pro expenſis notarij. Et ſi contrafactum fuerit, nihil valeat quod actum fuerit, & nihilominus ſuppignorans cadat in pœnam ſolidorum viginti marcheſ. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, applicanda communi Ferrariæ.

Item

De modo & forma arandi, & colendi terras per laboratores, & colonos partiarios. VIII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ laboratores, & coloni partiarij diſtrictus Ferrariæ teneantur arare & colere debitis temporibus bene, & ſufficienter terras aratorias, quas arare & ſeminare contigerit ad frumenta, vel alia blada alba, hoc modo videlicet, terras mazaticas quinque vicibus ad minus computata ſeminatura: terras reſtipulatorias tribus vicibus, & illas ſeminare ſuis congruis temporibus. & ſi quis contrafecerit, amittat quintam partem totius partis ſibi debitę ex dictis bladis: quã applicari volumus & diſponimus domino, ad cuius inſtantiam laborauit: & hoc pro ſuo damno & intereſſe. Terras autem in quibus linum ſeminatur, teneãtur ipſi coloni & laboratores arare, & colere ſimiliter quinq; vicibus ad minus computata ſeminatura, & ſuis cõgruis temporibus ſeminare vt ſupra: & terras, in quibus ſeminãtur fabæ & legumina, tribus vicibus, & ſuis debitis & cõgruis temporibus bene & ſufficienter arare, ſeminare, & colere teneãtur. Et caueãt ipſi coloni & laboratores, ne in terris fimo egentibus arbitrio boni viri, ſeminẽt melicam, niſi fimo replete ſint ſufficienter. & contrafaciens amittat dimidiam ſuę partis ſibi debitę, quę applicetur prędicto domino pro ſuo damno & intereſſe. Et ſi fabas, melicã & legumina ligonizauerint & rebinauerint per ſe vel aliũ, tertiã partem totius lucrentur pro ipſis zappatura, & rebinatura. Et ſi ſecus fiat, dicta tertia parte priuentur & priuati ſint, quæ cedat in totum ipſi domino; ita ꝙ ipſe dominus eo caſu habeat duas partes ex tribus, & laboratores ſolum vnã, & hoc pro ſuo damno & intereſſe. quod damnum & intereſſe in omnibus prædictis caſibus fictione præſentis ſtatuti decernimus tantum & tale eſſe, niſi ipſe dominus probauerit damnum & intereſſe fore maius: quo caſu volumus colonos & laboratores conueniri poſſe per dominum etiam pro eo pluri. Et ſi alius q̃ laborator & colonus conduxerit ad zappãdum dicta blada & legumina, & zappauerit, & nõ rebinauerit, tunc priuetur & priuatus ſit omni ſua tertia parte, quę applicetur domino & laboratori, vtriq; eorum pro dimidia. Adijcientes ꝙ ſi in terris, vbi ſunt & oriũtur frumenta vel alia blada fuerint, natę zizanię, ſtupioni, vel aliæ herbæ extraneæ, vel alia conculcantia aut ſuffocantia ipſa blada, ipſi laboratores teneãtur purgare & mundare prędicta blada & frumenra ab illis zizanijs, vel alijs herbis extraneis ſic ortis. ꝙ ſi nõ fecerint ipſi laboratores & coloni alia quinta parte eis debita pri

MM uentur

uentur & priuati ſint, quæ ſit ipſius domini diſpoſitione præſentis ſtatuti pro ſuo damno, & intereſſe ſic per nos taxato, & declarato. Et prędicta omnia & ſingula locum ſibi vendicent, vbi laboratores non habuerint iuſtam cauſam aut iuſtũ impedimẽtum; & etiam ſi dominus querelauerit & querelam ſuam porrexerit de prædictis aut aliquo prędictorum coram iudicibus bladorum, quæ peruenerit ad notitiam dictorum laboratorum, antequam ſeminẽtur frumenta & lina, ac blada alba, quo ad concernentia blada alba & lina, & quo ad melicam & legumina, antequam recolligantur fabæ, melicæ & alia legumina: & quam quidem querelam porrectam proſequatur dominus infra viginti dies proximè ſequentes, infra quos referri faciat coram ipſis Iudicibus bladorum per cauarzellanum, & vnum ex antiquioribus villæ cum iuramento ipſorum, quorum relationi ſtetur de prædictis. qui cauarzellanus, & antiquior requiſiti ad mandatum Iudicum bladorum infra ſex dies videre & referre teneantur expenſis perdentis, ſub pœna ſolidorum viginti marcheſanorum pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, applicanda communi Ferrariæ. poſſit tamen dominus per alias probationes legitimas infra dictum tempus viginti dierum probare & liquidare intentionem ſuam. Et cognitio & terminatio omnium prædictorum ſpectet & pertineat ad Iudices bladorum ciuitatis Ferrariæ.

De herpegandis terris. IX.

STATVIMVS & ordinamus prouidendo defectui hucuſque incurſo, in terris ſeminandis frumento, pro vtilitate & bono vniuerſali ciuium ciuitatis Ferrarię & comitatinorum, & ad maiorem fertilitatem campaneę; quòd quælibet perſona, quæ laborat terras in comitatu Ferrariæ, debeat quando vult ſeminare aliquas terras ad frumentum aut ad alia blada, eas herpegare bene & diligenter ad tranſuerſum, cum pondere aliquo ſuper herpego apto ad prædicta; & poſtea dare vnam lagam pro ſulco, videlicet per mediam vanegiæ verſus ſulcum: demum his peractis ſeminare blada, ſub pœna ſolidorũ viginti march. pro qualibet bubulca aliter ſeminata, quæ applicari debeat maſſariæ communis Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia patrono. & quilibet ſaltuarius cuiuſlibet villæ teneatur diligenter inquirere per cãpaneas omnes cõtrafacientes, & qualibet hebdomada quouſque durat tempus ſeminãdi frumenta & alia blada ſe pręſentare ad officium

bladorum

bladorum ad denuntiandum omnes,quos inuenerit contrafeciſſe:cui denuntiationi ſtari debeat & credi,ſub pœna ſolidorum viginti mar. pro quolibet ſaltuario,& qualibet vice qua contrafactum fuerit; quæ pœna applicetur vt ſupra. Declarantes per hoc noſtrum ſtatutum nolle derogare ſtatuto præcedenti.

De foßatis faciendis & fodiendis à laboratoribus. X.

QVilibet laborator,vel colonus partiarius, vel ad partem requiſitus à domino,de qua requiſitione ſtetur iuramento domini, teneatur ſingulo anno fodere & facere perticas quinque foſſati ſuper poſſeſsione,quam laborat, pro quolibet modio ſeminatorio:& dominus ipſius poſſeſsionis teneatur ſoluere illi pro medietate: & teneatur plantare & faſſare, ac faſſatas tenere ſingulo anno plantas viginti quinque pro ſingulo pari boum, de plantis quæ ſint ſuper poſſeſsione vel terris laboraturæ. Et ſi non adfuerint,dominus teneatur illas dare, & etiam omnes pezolatos ad faſſandum dictas plantas; ſub pœna librarum duarum march. communi Ferrariæ applicanda, pro qualibet vice qua contrafactum fuerit. & vltra eam teneatur laborator ad intereſſe domini rei: nec huic ſtatuto vllo modo renuntiari poſsit,& pactum factum in contrarium non valeat.

De pœna laborantis vineas ad partem,& non Zappantis,vel non arantis eas temporibus debitis. X I.

STatvimvs & ordinamus quòd laborantes alienas vineas ad partem,teneantur dare dominis earum partem vini & omniũ fructuũ in vinea exiſtentium: & teneantur dictas vineas cõgruis temporibus duabus vicibus bene zappare & arare: videlicet prima vice vſq; ad medium menſem Aprilis, & alia vice vſq; ad medium menſem Iunij: Et ſingulo anno tempore congruo facere triginta rebatituras pro quolibet milliari vineæ ſuis expenſis;& pro quolibet milliari pedũ pergolatorum rebatituras quinquaginta. quod procurare teneãtur conſules & cauarzellani villarum.quod ſi non arauerint nec zappauerint ad petitionem dominorum, condemnentur ipſi laborarores in libris duabus marcheſanorum fiſco applicandis, & in amiſsione vindemię dominis concedendæ. Et ſi rebatituras prædictas non fecerint, condemnẽtur pro qualibet rebatitura ipſi domino in denarijs ſex &

in omni caſu ad intereſſe dominorum: & nihilominus vineas laborare teneantur, ſi dominis placuerit.

De pœna laboratoris laborantis ad medium non metentis, vel non excutientis grana, vel non conducentis lætamina ſuper terras. XII.

STATVIMVS ꝙ illi, qui ad medium laborant poſſeſsiones alienas, teneantur facere metere, vel ſecare blada cuiuſcunque generis, & tibiare, vel grana circulis excutere ſuis expenſis: Excepto caballatico, vel batitura & metitura; & lętamina quæ ibidem fiunt conducere ad terras dominorum proprijs expenſis: Dummodo non ita diſtent, vt graue communiter foret cuilibet illuc lętamē conducere, ſcilicet per vnum milliare. & teneantur partem recollectuum dominorum ſuorū ad arcas ipſorum dominorum cōducere & ad portum, ad quem carrezantur res ipſius villæ: nec poſsint vendere paleas, nec ad alium locū portare, niſi ad poſſeſsionem, vel poſſeſsiones dominorum ſuorum. cōtrafacientes in quolibet prędictorum puniantur in libris duabus mar. & plus & minus arbitrio Iudicum bladorum; & ad intereſſe dominorum teneantur taxandum per Iudices bladorum. & idem ſeruetur ē in conductore pro vltimo anno ſuæ conductionis, ſaluis tamen pactis inter ipſas partes factis. Et ſuper prędictis omnibus & ſingulis Iudices bladorum ciuitatis Ferrariæ ſint Iudices.

De pœna laboratoris leuantis de campo, vel area frumenta & blada, ac vuas ſine licentia ſui domini. XIII.

STATVIMVS quòd ſi quis ruſticus ad medium, vel ad partem, aliquā terram alterius, vel vineam laborauerit, teneatur prius terram domini ſeminare, blada metere, & triturare, & vineam domini ſui vindemiare, quā ſuam propriam: nec debeat triturare blada domini ſui, nec de campo extrahere, nec de area leuare, nec de vinea, ſeu viribus vuas leuare, niſi dominus pręſens fuerit, vel eius nuntius, aut fuerit de eius conſenſu: & ſi domino denuntiatū fuerit, vt per ſe, vel aliū interſit certa die, nec hoc fecerit, poſsit laborator ipſe omnia prædicta impune facere. contrafaciens verò ſoluat maſſario communis libras decē march. pro quolibet prædictorum, & qualibet vice, & ad intereſſe dominorum teneatur taxandum per Iudices bladorum .. quæ omnia

prædicta

prædicta de omni blado intelligi volumus, & ad Iudices bladorum ciuitatis Ferrariæ ſpectare & pertinere.

Quo tempore licentia danda ſit laboratoribus: & de fœno diuidendo inter antiquum & nouum laboratorem. XIIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ ſi quis voluerit dare licentiam deſiſtendi à laboratura, & diſcedendi à domibus vel terris & locis ſuis laboratoribus; teneatur dare ipſam licentiam ante feſtum ſancti Petri de menſe Iunij. & ſimiliter ſi laboratores ipſi voluerint recedere à laboratura ſuorum dominorum, teneantur denuntiare dominis ſuis ante prædictum feſtum ſancti Petri de menſe Iunij: quo feſto ſancti Petri de menſe Iunij elapſo, nec data vel conceſſa licentia per dominos ipſis laboratoribus, nec petita per laboratores ab ipſis dominis; nõ poſsint domini eo anno expellere ipſos laboratores; nec liceat ipſis laboratoribus deſiſtere vel recedere à laboratura dominorum, ſed intelligantur reconducti pro ſequenti anno. Et ſi quis cõtrafecerit, cadat in pœnam librarum viginti march. cuius medietas applicetur parti obſeruanti, alia medietas communi Ferrariæ: & nihilominus poſsit agi ad intereſſe partis. quæ omnia vendicent ſibi locũ etiam in bracentibus & laborantibus vineas, quæ non eſſent ſub laboratura alicuius poſſeſſionis. Adijcientes ꝙ vltimo anno laboraturæ ipſorum laboratorum, quo ipſi laboratores recedunt à laboratura alicuius poſſesſionis, ipſi laboratores diſcedẽtes, pro eo anno tantũ volentibus dominis, habeant & habere debeãt ſolum quartam partem fœni recolligendi ſuper illa poſſeſsione: videlicet ꝙ ipſe dominus habeat dimidiam totius fœni, alia autẽ dimidia diuidatur inter ipſum antiquũ laboratorem & nouũ conducendũ ſeu conductum ſuper ea. Ita tamen ꝙ ipſe nouus laborator, vel alter volente domino teneatur venire ad ſecandum vnà cum laboratore antiquo illam dimidiam inter ipſos diuidẽdam. & eodem modo poſsit dominus poſſeſsionis ſi voluerit, ſi contingeret prata illius poſſeſsionis fuiſſe per ipſum locata ſub annua mercede, vel ſub aliqua ſpecie vel quãtitate ipſi antiquo laboratori; videlicet vt ipſe dominus poſsit diuidere fœnũ dictę poſſeſsionis modo quo ſupra: remiſſa tamen per ipſum dominum dicto laboratori antiquo dimidia mercedis ſeu quantitatis aut ſpeciei ſibi promiſſa pro illo anno. quam dimidiam antiquo laboratori remiſſam ſoluere teneatur domino laborator nouus vel alter qui fœnum habuerit, domino hoc volente.

De calmerio bladorum faciendo per laboratores. XV.

VT fraudibus, quæ vt plurimum per laboratores fieri conſueuere, obuietur; Volumus & mandamus ꝙ omni & ſingulo anno tempore recollectuum, volentibus dominis per laboratores calmeria bladorum fiant & fieri debeant ſuper areis bonorum & poſſeſsionum dominorum; ſub pœna decem librarum march. cuilibet laboratori facere recuſanti infligenda, & cõmuni Ferrariæ applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia ipſis dominis. Et nihilominus teneantur ad interesse dominorum taxandum per ipſos Iudices bladorum.

De his, qui compelli poſſunt ad metendum. XVI.

STATVIMVS ꝙ omnes exercentes opera ruſticalia extra ciuitatem Ferrarię, & omnes habitantes in dicta ciuitate Ferrariæ, qui duobus annis continuis proximis metere ſoliti fuerint, compelli poſsint per Iudices bladorum realiter & perſonaliter ad metẽdum, & ſub ſalario & modis infra proximè ſequenti ſtatuto poſitis.

De ſalario & mercede meſſorum. XVII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ omnes meſſores, qui in futurum metẽt quoduis genus bladorum, pro mercede & ſalario ſuo habere & percipere debeant ſolum ſtarium nonum eius bladi, quod metent deducto caballatico primo; & hoc in bladis, & cum talia blada de paleis excuſſa erunt: nec poſsint aliquid plus accipere, nec decimentum petere per directum, vel indirectum, etiam ſub colore donationis, vel auentagij, nec poſsint paciſci de plus habendo. & ſi pacti fuerint, tale pactũ & conuentio nullius ſit momenti. & ſi aliquid plus acceperint quocũque modo, & in quacunq; re, perdant nonum ſibi debitum ex ſua metitura: cuius noni medietas ſpectet & pertineat ad Iudices bladorum, qui teneantur inquirere omni cura & diligentia, etiam pręſtando iuramentum ipſis meſſoribus, ſi plus acceperint, vel pacti fuerint & cõducentibus eos, ſi plus dederint, vel pacti fuerint de dando, & alia medietas applicetur communi Ferrarię: & etiam teneantur dicti meſſores iuuare laboratores ad conducenda blada, quę ipſi metent ad areas & ad curtilia, & ad ea excutienda de paleis, & ad illa cuſtodienda & perfectè colligenda.

De ſalario & mercede debita meſſetis pro vendendo blada. XVIII

STATVIMVS q aliquis meſſetus, vel aliqua alia perſona vendens, ſeu vendi faciens, & emens, ſeu emi faciens ſuo, vel alterius nomine alicui perſonæ, vel ab aliqua perſona in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, quantitatem aliquam, vel quantitates aliquas bladorum, leguminum, & ſeminum lini, non audeat, nec pręſumat accipere, nec accipi facere pro eius labore & ſua mercede meſſetarię ſolutionem aliquã, niſi per infraſcriptum modum videlicet. In primis pro quolibet modio, & ad rationem modij frumenti ſolidum vnum march. Item pro quolibet modio & ad rationẽ modij hordei, leguminis & ſeminis lini, & cuiuſcunq; alterius generis condirionis & materiei bladi albi denarios octo. Pro quoliber autem modio & ad rationem modij melicę denarios ſex. Quarũ ſolutionum medietatẽ ſoluere teneatur & debeat venditor cuiuslibet bladi, & aliam medietatem ſoluere teneatur & debeat emptor dicti bladi. & qui in prędictis, & quolibet prędictorum contrafecerit, & vltra dictas limitationes vt ſupra petierit, ſeu acceperit & exegerit, ſeu pactus fuerit, pro quolibet & qualibet vice per ſuprafcriptos Iudices bladorum condemnetur in libras decem march. communi Ferrarię applicandas.

De ſalario & mercede baſtarolorum. XIX.

VOLVMVS & ordinamus quòd bladaroli, ſeu baſtaroli quibus dantur blada ad vendendum in foro ciuitatis Ferrarię, non poſsint, nec audeant accipere de modio bladorum vltra tres quatrenos à vendente, ſi ſolum menſurenr blada. Si autem menſurent & vendant ſine cuſtodia ipſorum dominotum, percipere poſsint & debeant ſolidũ vnum march. pro quolibet modio. ſi vero menſurauerint, vendiderint, & cuſtodierint, ac precia receperint, habeant & percipiant pro quolibet modio bladi ſolidos duos march. Et hoc vltimo caſu vnam quartam bladi pro ſingulo modio pro callo, ſi iurauerint defeciſſe, & ſic callum fuiſſe: ſed ſi menſurauerint blada extra forum ciuitatis Ferrarię, percipiãt & habeant tres quatrenos pro quolibet modio bladorum, vſque ad ſummam modiorum viginti, abinde ſupra percipiãt duos quatrenos pro quolibet modio pro menſurando.

Quo

Quo tempore æſtimationis frumenti ſoluendi ratio haberi debeat. XX.

AD tollendas difficultates & controuerſias, quæ hactenus fuerunt pro æſtimatione frumenti ſoluendi alteri: Prouidemus & ordinamus, ꝙ quilibet debitor, qui alicui quantitatem aliquam frumenti ſoluere teneretur tam pro zoatica boum, quàm aliarum beſtiarum, quã pro affictibus, vſibus, vel liuellis, ſeu quibuſcunq; annuis prȩſtationibus, & omnibus alijs obligationibus, in quibus ſit appoſita dies aut tẽpus ſolutionis faciendæ; teneatur dare, & ſoluere dictum frumentum, ſeu æſtimationem ipſius ad rationem pretij, quo communiter valebat tempore quo ſolui debebat, ſiue detur frumentũ, ſiue pecunia. Si vero dies ſolutionis, aut tempus appoſita vel appoſitum non fuerit; teneatur dare, & ſoluere frumentum vel communem æſtimationẽ eius tempore natæ obligationis, vt ſupra proximè diximus: nec in aliquo prædictorum caſuum poſsit creſcere æſtimatio ex mora aliqua. Si autem frumentũ deberetur ex cauſa damni, vel intereſſe, ratione adminiſtrationis redditæ, vel ex alia cauſa reſtitutionis fructuũ, vel ex cauſa mutui ſiue frumenti dati ad renouandum, etiam ſi fuerit appoſita dies vel tempus ſolutionis; teneatur dare & ſoluere frumentum, ſecundum cõmunem valorem temporis contractæ obligationis vel contracti debiti, aut eius frumenti ȩſtimationem ad rationem prȩdictam: nec etiam poſsit creſcere ȩſtimatio ex aliqua cauſa, niſi in quolibet prȩdictorum caſuum debitor frumenti vel farinȩ, vel alterius bladi, vltra tempus aut diem deſignatæ ſolutionis contumax & in mora fuerit, creditore cũ conueniente, & debitore negante, & cauſam calumnioſè differẽte. quo caſu in facultate & electione ſit creditoris habere frumẽtũ, vel pretium quo valuerit tempore deſtinatæ ſolutionis, aut quo plus valuerit à die litis conteſtatæ, vel quaſi conteſtatæ citra. Nolentes tamen ꝙ in mutuo facto laboratoribus, aut bracentibus per dominos eorum ex aliqua cauſa creſcat æſtimatio durante laboratura. Volentes ꝙ in omni caſu, quo ſoluitur æſtimatio, ſoluens teneatur ſoluere gabellam, ſi qua gabella ſolui debuerit. Et quæ ſupradicta ſunt, locum ſibi vendicent etiam in farina ſoluenda alicui, & in omnibus alijs bladis, exceptis caballaticis & metitura meſſorum: niſi ipſi caballarij vel meſſores ſteterint per annum ad petendum frumentum ſibi debitum. Et huic ſtatuto non poſsit renuntiari, etiam per iuramentum: & ſi prȩſtitum fuerit iuramentum, dolo vel fraude præſumatur præſtitum, & renun-

tiatio

tiatio ipſa non valeat nec teneat ipſo iure. Et vt facilior probatio ſingulis temporibus haberi poſſit; volumus quod notarius officij bladorū teneatur ſingulo die mercati notare & ſcribere in vno quaterno, ſeu libro, quem debeat ei dare officialis munitionum cōmunis Ferrariȩ, expenſis dicti communis, valorem & precium, quo in foro vendi contigerit frumentum ſingulis diebus mercati, vel fori in plateis communis Ferrariæ: ſub pœna ſolidorum quadraginta march. applicanda cōmuni Ferrariæ. & prædicto libro, ſeu quaterno detur plena fides. qui liber, ſeu quaternus ſtare debeat penes officium & in officio bladorum penes notarium dicti officij durante officio eiuſdem notarij: & finito officio ſuo, per ipſum notarium deponi debeat penes officialē æqualantiarum, ſeu æſtimorū communis Ferrariȩ: & in dicto officio æqualantiarum perpetuo ſtare & conſeruari. Qui officialis teneatur cuilibet petenti oſtendere, & facultatem præſtare videndi & inſpiciendi dictum librum ſine mercede & præmio aliquo. & prædicta vendicent ſibi locum in præteritis, pendētibus non deciſis, præſentibus & futuris.

De ſalario & mercede præconum officij bladorum. XXI.

PRAECONES officij bladorum ciuitatis Ferrariæ ſolum pro qualibet citatione, pignoratione, & alijs præceptis ad inſtantiam alicuius, recipere volumus quatrenos tres, tam in ciuitate & burgis Ferrariȩ, quam in eius comitatu. De licentijs autem pro capiendo pignora, vel perſonas, percipiant id quod taxatum eſt alijs præconibus palatij iuris cōmunis Ferrariæ per prouiſiones & noſtra ſtatuta Ferrariæ. Et ſi plus acceperint, aut per eos contrafactum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, cadāt in pœnam viginti ſolidorum march. communi Ferrariæ applicādam, pro qualibet vice qua contrafactū fuerit.

De ſalario & mercede notarij officij bladorum. XXII.

STATVIMVS & ordinamus quòd notarius ad officium bladorum ciuitatis Ferrariæ pro tempore deputatus habeat, & percipiat pro mercede ſua, & pro ſcripturis & actis præiudicialibus, & ſententijs, ac præceptis, & citationibus id quod taxatum eſt, & ad rationem & taxā factam per prouiſiones, & ſtatuta noſtra Ferrariæ notarijs palatij iuris communis Ferrariæ. Pro ſecuritatibus autem, quas dictus notarius acceperit occaſione officij ſui, habeat & percipiat ſolidum vnum pro

quolibet,qui ſecuritatem præſtiterit. ſi vero ſecuritates receperit ex alia cauſa q̃ officij ſui, habeat & percipiat ipſe notarius ſecundum cõmunem taxam aliorum notariorum. Item pro mandatis & licentijs quæ fierent meſſoribus pro bladis, quæ portarentur extra territoriũ Ferrariæ, habeat, & percipiat ſolidos duos march. tantum pro quolibet & ſingulo mandato,etiam ſi contineret plures perſonas ſocios in metendo: pro omnibus autem alijs mandatis cuiuſcunq; generis,quæ fierent pro bladis,percipiat notarius ſolidos quattuor marc. pro quolibet mandato & qualibet naui. Item pro teſtibus, ſi recepti fuerint ſummatim per Iudices ſine alia extẽſione,percipiat ſolidos duos mar. pro quolibet teſte. Si vero extenſi fuerint,habeat & percipiat ſecundum taxam factam notarijs palatij iuris communis Ferrariæ, per prouiſiones & ſtatuta noſtra Ferrariæ,nec aliud plus recipiat;& ſi contra factum fuerit,cadat ipſe notarius in pœnam librarum quinque marc. communi Ferrariç applicandam,pro qualibet vice qua contrafecerit.

De ſalario & mercede Iudicum bladorum ciuitatis Ferrariæ. XXIII.

STATVIMVS & volumus q̃ pro omni ſententia in contradictorio iudicio præcedẽtibus actis lata,poſſint prædicti Iudices recipere ſalaria ſua ſecundum taxam ſuperius deſcriptã ſub titulo,de ſalarijs Iudicum,conſultorum ſupra;quç hic pro deſcripta habeatur.

Qui ſecuritates præſtare teneantur ad officium bladorum. XXIIII.

PROVIDEMVS & mandamus; q̃ omnes aſinarij,baſtaroli, & aſſazatores vendentes ſuper foro plateæ ciuitatis Ferrariæ, teneantur ſingulo anno bis, videlicet in kal. menſis Ianuarij, & in kal. menſis Iulij eiuſdem anni & milleſimi, præſtare ſecuritatem idoneam & ſufficientem arbitrio Iudicum bladorum ciuitatis Ferrariæ, de libris quinquaginta march.& plus & minus arbitrio Iudicum bladorum, de bene,legaliter & fideliter, ac ſine fraude exercendo officio ſuo; & reddendo bonam & ſufficientem rationem eorum, quæ peruenerint ad manus ipſorum cauſa & occaſione ſui officij. & ſi contrafactum fuerit in prçdictis,vel aliquo prædictorum,cadat ipſe contrafaciens in pœnam librarum quinque march. communi Ferrariç applicandam.

Quòd

Quòd liceat dominis mutuare blada laboratoribus ſuis; & quòd pro ſalarijs non ſoluatur gabella. XXV.

INhęrentes antiquis ordinationibus,& eas declarantes ſtatuimus & ordinamus,ꝙ liceat vnicuique domino mutuare frumentum & bla da, ac vinũ laboratori ſuo, pro neceſsitate & victu ſuo,& familiæ ſuę; intelligendo laboratorẽ,etiam ſi fuerint bracentes,ſine ſolutione alicuius gabellę,vel datij. Volentes etiã quòd de vel pro ſalarijs,ſeu pro uiſionibus datis & ſolutis in frumento, vel bladis, ſeu vino vſque ad ſummã ſtariorum quadraginta in frumento,ſeu bladis,& in vino vſq; ad caſtellatas duas vini cum graſpis,vel vini colari, vſq; ad & ſecundum dictam quantitatem non ſoluatur gabella, vel datium aliquod.

De mercede caballatici & batituræ. XXVI.

STATVIMVS ꝙ caballarij, ſiue triturantes blada cum equabus, pro mercede ſua habeant & percipiant vigeſimam partem omniũ bladorum, quæ fuerint bene triturata;& batitores, ſeu triturantes blada cum perſonis, habeant ac percipiant ipſi decimam partem bladorũ vt ſupra. & teneantur caballarij procurare, ac prouidere quocunque modo poſsibili apto,ꝙ equæ tibiantes,ſiue triturantes non comedant frumenta,vel alia blada.& ſi contrafecerint, poſsit eis detineri de prę dicta mercede ſua arbitrio boni viri.

Quæ dicatur bona & legalis iugatica. XXVII.

STATVIMVS ꝙ bona & legalis iugatica fieri debeat, ſaluis pactis & conuentionibus partium,hac forma videlicet: quòd facta æſtimatione boum, aut aliorum animalium de communi concordia,vel per amicos communes, quæ ad iugaticam data fuerint, ſoluatur domino per recipienrem ad iugaticam medium ſtarium frumenti pro ipſa iugatica,ad rationem cuiuslibet librę prędictę ęſtimationis dum tamen iugatica ipſa non excedat, nec excedere poſsit in totum ſtaria viginti frumenti pro quolibet pari boum,cuiuſcunque ęſtimationis fuerint boues. Et teneatur ipſe recipiens ſuis expenſis benè, legaliter & cũ omni integritate, ac diligentia cuſtodire, gubernare, & paſcere ipſa animalia,& illis vti arbitrio boni viri; finitoq; tempore iugaticę iterũ

ęſtimari

æſtimari debeant boues & animalia prædicta, aut de communi concordia; aut ſi concordes eſſe non poſſent, per communes amicos eligẽdos per ipſas partes. & pro eadem æſtimatione teneatur dominus recipere eoſdem boues, vel animalia pro toto ſuo capitali, vel parte; aut ſi voluerit dominus vendi debeant. & conſiderata ęſtimatione capitalis à principio facta, & ea quę facta fuerit finiro eo tpe iugaticæ, aut precio quo boues, aut animalia fuerint vendita; omne lucrũ, vel damnũ ęqualiter diuidatur, niſi damnum ipſum facto & culpa tenẽtis ad iugaricam ſecutum fuerit: quo caſu totum damnum ſpectet ad ipſum. Volentes ꝙ ſi manzij dentur ad domandum, pro primis ſex menſibus nihil ſoluatur pro iugatica, poſt vero ſex menſes, fiat æſtimatio capitalis, & ſolutio iugaticę modo & forma prędictis. & ſi vnus bos moriatur, vel aliter inutilis ad laborandum fieret ſine culpa & facto tenẽtis ad iugaticam, non teneatur ſoluere aliquid pro iugatica; niſi boue, aut manzio viuo, aut ſano vteretur: pro quo ſolui debeat pro rata tam bouis q̃ temporis. Si vero prędicti boues, aut animalia moriantur diuino iudicio, vel naruraliter, in totum cedat ad damnũ domini: niſi dolus, lata culpa, aut leuis tenentis ad iugaticam præcederet. Ita tamen ꝙ teneatur oſtendere ipſa animalia mortua domino, caſtaldioni, vel vni ex familia ſua, ſi adeſſent in villa, vel loco mortis, & videre voluerint: Et ipſis abſentibus duobus vicinis vel alijs, qui poſsint teſtificari & affirmare de morte prædicta: teneaturq; denuntiare domino infirmitatẽ, morbum & morrem ſequenti die, ſi diſtaret à ciuitate Ferrariæ, aut à loco vbi habitat dominus, infra milliaria decẽ: Abinde ſupra infra duos dies, ſingula ſingulis referendo. & nihilominus teneatur adhibere omnem curam & diligentiam poſsibilẽ ei in infirmitate & morbo ipſorum animalium, pro medela & ſalute ipſorum. & ſi prędicta ſeruata nõ fuerint, pręſumatur facto & culpa ſua eueniſſe, niſi probetur cõtrarium. Declarantes ꝙ ſi aliqua ex prędictis animalibus ſubito morerentur, nec in illis appareret vulnus, aut aliqua percuſsio, vel alia patens cauſa mortis, pręſumatur mortua diuino iudicio: poſsit tñ dominus probare contrarium. & horum omnium, quæ in præſenti ſtatuto continentur, cognitio & deciſio ſpectet & pertineat ad Iudices bladorum.

De foro

librarum quinque march. pro qualibet vice qua contra factum fuerit, applicanda vt ſupra: poſsit tamen Iudex duodecim ſapientum diſpenſare ſuper prædictis, prout ſibi videbitur, inſpecta qualitate & conditione perſonæ & circhæ.

Quòd omnes præcones accipientes pignora in comitatu imbuſſolentur. XVI.

OMNES præcones, qui deputabuntur ad officium & exercitium pignorandi, & pignora auferendi in comitatu Ferrariæ, imbuſſolentur & imbuſſolari debeant; & quando opportunum erit quòd comitatini pignorentur, tunc extrahantur de buſſolo duo, aut tres, & plures, aut pauciores ſecundum debitam occurrentiam & neceſsitatem. & ſi aliqui morerentur, aut ab officio deſiſterent, alij loco ipſorum ſubrogentur & ponantur.

Quòd nullus præco poſsit auferre pignora in villis, niſi ſit de imbuſſolatis. XVII.

NVLLVS pręco poſsit ire ad auferẽdum pignora in villis, niſi ſit de imbuſſolatis, & ſine licentia ipſius ſyndici; ſub pœna librarum decem march. applicandarum vt ſupra, & priuationis officij.

Quòd Syndicus palatij iuriſdictionem habeat ſuper omnes præcones. XVIII.

SVPER querelis & fraudibus commiſsis in pignoribus acceptis per præcones, etiam per deputatos ad cameram Illuſtriſsimi domini noſtri, ſiue ad gabellas, & ad alia officia ciuitatis, & diſtrictus Ferrariæ poſsit & teneatur etiam ex officio ſuo Syndicus generalis palatij communis Ferrariæ, ſeu Iudex duodecim ſapientum inquirere, procedere, & punire prout melius, & congruentius cuilibet eorum videbitur.

De modo & forma præſentandi pignora officiali pignorum ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ. XIX.

STATVIMVS quòd omnes præcones teneantur pignora accepta ex quacunq; cauſa in ciuitate & burgis Ferrariæ, eodem die, vel ſe-

quenti præſentare, & conſignare officiali pignorum, nec poſsint, audeant vel præſumant illa portare ad domum habitationis eorum, vel aliorum; ſub pœna ſolidorum viginti march. pro quolibet pignore. pignora vero in villis, & comitatu Ferrariæ non poſsint capi per præcones, niſi cum præſentia cauarzellani: & ſi cauarzellanus eo tempore forte nō fuerit in villa, vel loco quo pignora fieri & recipi debeant, fiant ipſa pignora cum pręſentia duorum hominum de dicta villa vel loco. Et factis pignoribus ſtatim ſingula pignora deſcribant in vna cedula: & ipſam cedulam, & pignora teneantur ipſi præcones conſignare cauarzellano, aut ipſo abſente ad domū eius habitationis cum præſentia dictorum duorum hominum. Et cumprimum redierit præco in ciuitate Ferrariæ, teneatur eodem die officiali pignorum vnam aliam cedulam præſentare, & conſignare, in qua ſint deſcripta omnia pignora, & à quibus ſunt accepta, & nomina creditorū, & nomē cauarzellani, cui ipſa pignora fuerint aſsignata. Qui cauarzellanus infra octo dies teneatur & debeat illa pignora portare ſeu portari facere ad ciuitatem Ferrariæ expenſis ipſorum pignorum, quas præcones ſoluere ſtatim teneātur ipſi cauarzellano, reficiendis ipſis præconibus antequam pignora reſtituantur: pro quibus expenſis recipiant ipſi præcones pro ſingulo pignore vſque ad pignora ſiue pignorationes viginti quinque, duos denarios pro ſingulo: Abinde vero ſupra denarium vnum, aut id quod ſyndico videbitur, inſpecta qualitate pignorū diſtantia loci, & quantitate eorū. Ita tamen ꝙ præco teneatur exequi omnia pignora ſiue licentias, quæ, vel quas eo tempore exequi debebit in dicta villa, antequā diſcedat ex ea villa. Et illa pignora vnà cum pręcone, ſi aderit in ciuitate Ferrarię, debeat cauarzellanus pręſentare & conſignare officiali pignorum: & nullo modo portari poſsint ad alium locum vt ſupra. Et ſi præco forte non aderit in ciuitate, cauarzellanus teneatur ſtatim illa præſentare eodem die officiali pignorū; qui teneatur illa recipere ſtatim per ſe vel alium, & ſubſcribere manu ſua receptionem ipſorum pignorum ſuper cedula præconis, quam exhibebit cauarzellanus: penes quem cauarzellanū debeat remanere ipſa cedula ſic ſubſcripta pro tuitione, & defenſione ipſius cauarzellani, ſub pœna ſolidorum quadraginta marcheſ. applicanda communi Ferrariæ contrafacienti, & pro qualibet vice & pro qualibet pignore; cuius pœnæ medietas detur accuſatori. & poſsit quilibet accuſare & denūtiare Syndico generali palatij cōmunis Ferrariæ, & tenebitur in ſecreto ſi voluerit. Volētes ꝙ ſi aliquis præco alienauerit, baratauerit

&

& ſuppoſuerit vnum pignus pro alio, vel deteriorauerit, aut ad vſum ſuum etiam modico tempore conuerterit, vel alteri accōmodauerit, cadat in pœnam prædictam eodem modo quo ſupra: & teneatur ad intereſſe partis, ad quod intereſſe teneatur etiam ſi amiſerit: & credatur iuramento eius, à quo pignus fuerit acceptum, ſcilicet de pignore, de quantitate, de qualitate, & de valore pignoris, inſpecta qualitate perſonæ arbitrio ſyndici generalis palatij communis Ferrariæ.

Quòd omnes præcones ciuitatis Ferrariæ teneantur adeſſe tribus diebus ſeptimanæ in palatio iuris cōmunis Ferrariæ. XX.

STATVIMVS & ordinamus quòd omnes præcones ciuitatis Ferrarię debeant & teneantur adeſſe in palatio iuris communis Ferrariæ quolibet die lunę, martis, & ſabbati, vſque quo dictus Syndicus generalis palatij recedet, vel ſaltem ad horam iuris conſuetam incluſiuè, tam in diebus feriatis, quam non feriatis, niſi fuerint impediti ex cauſa officij, vel alio iuſto impedimento: vt ruſtici, & alię perſonæ querelantes de præconibus, poſſint habere facilius commoditatem ipſorū præconum: ſub pœna ſolidorum quadraginta march. applicanda cōmuni Ferrariæ vt ſupra.

Quòd præcones ciuitatis Ferrariæ teneantur & debeant tenere licentias & ſcriptas ſuas in palatio iuris communis Ferrariæ. XXI.

STATVIMVS ꝙ omnes præcones ciuitatis Ferrariæ teneantur & debeant tenere licentias & ſcriptas ſuas in palatio iuris communis Ferrariæ, aut eas habere penes ſe, vt querelantes contra ipſos pręcones, & ipſe Syndicus palatij communis Ferrariæ facilius & citius ſine dilatione poſſint videre & cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia querelantium & querelarū ſuarum: ſub pœna ſolidorum quadraginta mar. communi Ferrarię, vt ſupra applicanda.

De campana ſonanda pro iure reddendo. XXII.

VOLVMVS & ordinamus quòd ſingulo menſe Syndicus generalis palatij iuris communis Ferrariæ, vel eius locumtenens de-

ſignare teneatur officiali deputato ad ſonandum campanam, ho ras vel horam certas, vel certam: in quibus iuſdicentes in ciuitate Ferrariæ ad ius reddendum ſedere teneantur. & facta ac declarata prædicta deputatione, prædictus pro tempore deputatus teneatur ſingulo die iuridico tam de mane, quàm in veſperis ſonare ſeu ſonari facere extensè campanam paruam ab arengo per tempus mediæ horæ ante horam iuris reddendi: cuius campanæ ſono finito & pulſata campanella, ſtatim Poteſtas Ferrariæ, eius aſſeſſor, Iudex maleficiorũ, & quilibet alius iuſdicens tam in palatio iuris communis Ferrariæ, quàm extra ipſum palatiũ in ciuitate Ferrariæ, & quilibet eorum ſucceſſiuè ſedere teneantur ad propria tribunalia ad ius reddendum; & ſtare ac ſedere pro iure reddẽdo ſaltem per tempus vnius horæ continuæ, ceſſante omni iuſto impedimento & neceſſario in illa hora, pulſato peremptorio. Et ſi quis in prædictis vel aliquo prædictorum contrafecerit, cadat ipſo iure in pœnam duarum librarum marcheſ. & ipſe deputatus vt ſupra in pœnam ſolidorum decem march. qualibet vice fuerit contrafactum communi Ferrariæ applicandas: cuius tamen dimidium percipiat accuſator vel denuntiator: & tenebitur in ſecreto ſi voluerit, & hoc ſi probauerit per duos teſtes id quod denuntiauerit, vel accuſauerit. Volentes quòd prædictus Syndicus teneatur continuè & omni vice qua contra factum fuerit, notari facere per notarium ſuum defectus cuiuſcunq; contrafacientis; & tempore eorum ſyndicatus de pagis ſuis detineri facere per maſſarium communis Ferrariæ pœnas ſupra poſitas. Et percipiat dictus deputatus vt ſupra pro mercede, & ſalario ſuo à maſſaria communis Ferrariæ ſingulo menſe ſolidos viginti marcheſ.

Quòd Poteſtas Ferrariæ poſſit cogere præcones ad exequendum mandata curiæ. XXIII.

NE maleficia retardentur, prout hactenus experientia docuit, ſtatuimus & ordinamus quòd ſi pro maleficijs, in quibus procedatur per inquiſitionem ſiue ad denuntiam, opus erit aliquem citari facere vel litteras mittere ad loca, in quibus præcones communis Ferrariæ ordinariè ire ad citandum, vel pignorandum non ſunt ſoliti habentes circhas ordinarias; poſſit Poteſtas Ferrariæ, Iudex maleficiorum, vel alius iuſdicens ciuitatis Ferrariæ cogere præcones omnibus iuris remedijs ad exequendum citationes & litteras portandas,

prout

prout neceſſarium fuerit ſine aliqua mercede infra circhas ſuas, vel vltra per milliaria quinque, & tempore quo ipſi præcones ordinariè tenentur ire ad circhas eorum. ſi verò alio tempore, aut vltra circhas ſuas, & milliaria quinque, vt ſupra, opus fuerit mittere aliquem præconem, poſsit Poteſtas cogere maſſarium præconum ad extrahendũ vnum breue ex omnibus pręconibus imbuſſolatis: & qui erit deſcriptus in illo breui, is præco compelli poſsit ad prædicta faciendum expenſis maſſariæ communis Ferrarię.

Quòd notarij maleficiorum deſcribant denuntias in notulis Poteſtatis & Syndici. XXIIII.

STATVIMVS quòd notarij maleficiorum habita denuntia, ſiue accuſa de pertinentibus ad maleficia manu alterius ſcripta, teneantur ipſam accuſam, ſeu denuntiam ſcribere in notulis Poteſtatis & Syndici generalis palatij communis Ferrariæ, eademmet die, qua fuerit præſentata, ſeu denuntiata, vel ſaltem die ſequenti: ſub pœna librarum quinque march. pro qualibet vice applicanda communi Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori.

Quòd citationes dictorum notariorum ſint ſubſcripta manu Syndici. XXV.

ITEM ꝙ prædicti notarij non poſsint, nec debeant aliquem citari facere pro eorum officio, niſi ipſæ citationes ſint in ſcriptis, & ſubſcriptæ manu Syndici, & etiam ſcriptæ ſint in notulis prædictis cum cauſis propter quas citantur perſonæ deſcriptæ in dictis citationibus, ſub pœna prædicta applicanda communi Ferrariæ vt ſupra.

Quòd prædicti notarij maleficiorum deſcribant accuſationes in authentico ſuo infra certa tempora. XXVI.

ITEM quòd prædicti notarij debeant omnes accuſationes, ſiue denuntias factas deſcribere in authẽtico ſuo, & non in baſtardello, & in quãtum ex aliqua iuſta cauſa ſcripſerint in baſtardello, quòd infra duos dies teneantur ſcribere in authẽtico ſuo, ſub pœna prædicta applicanda vt ſupra.

Quòd dicti notarij maleficiorum habeant vachetam rumorum, ſeu rixarum communem. XXVII.

ITem ꝙ dicti notarij maleficiorum teneantur & debeant habere vachetam rumorum, ſeu rixarum communem, in qua incontinenti deſcribant rumores, ſeu rixas cum ſanguine, & effectum eorum, vel earum, & in quo loco factus fuerit, & nomina delinquentium: quam vachetam omni hebdomada oſtendere teneãtur Syndico generali, ſub pœna prædicta, & applicanda vt ſupra communi Ferrariæ.

Quòd cuſtos carcerum ſingulis quindecim diebus notificet Syndico nomina omnium incarceratorum. XXVIII.

CVm carcer ſit inuentus ad cuſtodiam & nõ ad pœnam, ſtatuimus ꝙ cuſtos carcerum ciuitatis Ferrariæ ſingulis quindecim diebus notificet in ſcriptis ſyndico palatij nomina omnium carceratorum, & cauſas pro quibus ſunt incarcerati, & ad inſtãtiam quorum, & quãto tempore in carceribus ſteterint: vt ipſe Syndicus prouidere poſsit ſecundum formam iuris, ne ipſi incarcerati illic indebitè retineantur, quinimmo relaxentur ſi fuerint innocentes, vel purgauerint indicia, vel condemnentur, ſi fuerint nocentes.

De ſigno portando per præcones communis Ferrariæ. XXIX.

CVm nemo debeat propria ſigna euitare, aut recuſare, ſtatuimus, & ordinamus quòd præcones communis Ferrariæ teneantur diebus iuridicis portare biretum vnum cum ſigno balzanæ communis Ferrariæ, retro & ante de panno, vel de quo metallo voluerint; vel illud ſignum portent in pectore, adeo quòd videri poſsit, & vt ipſi cognoſci & diſcerni poſsint ab alijs, ſub pœna ſolidorum quadraginta marcheſ. pro qualibet vice cuilibet contrafacienti applicanda communi Ferrariæ.

De ſalarijs præconum. XXX.

STatuimus & ordinamus quòd præcones palatij iuris communis Ferrarię recipiant pro qualibet licentia, vel pręcepto ſeu citatione ſine cedula in ciuitate quatrenũ vnũ, cũ cedula particulari, & ſpeciali qua-

quatrenos duos, in burgis & comitatu ſine cedula particulari & ſpeciali denarios tres, cum cedula particulari & ſpeciali denarios ſex ſeu quatrenos tres: & ſi fuerint præcones ad alia officia, aut ex natura alicuius alterius officij extra palatium iuris communis Ferrariæ, percipiāt pro qualibet citatione ſiue pręcepto tam cum cedula particulari & ſpeciali, q̃ ſine, denarios ſex. De licētijs autem pro capiendo pignora percipiant in ciuitate, & burgis duos march. ſi verè pignora capiēt pro tota quantitate; & ſi non capient vnum march. in comitatu vero ſi pignora capient, recipiāt tres march. ſi non capient duos tantum recipiant march. pro vna licentia in vna domo & familia; & ſi erunt plures licentiæ in vna domo & familia, quotquot ſint ēt pro diuerſis cauſis & perſonis, percipiant march. quinq; tantū, ſi pignora capient vt ſupra, & ſi pignora non capient ſufficientia pro omnibus cauſis & quantitatibus, ſi pro vna ſolum, percipiant tres marchiſanos tantum, ſi pro pluribus vnà percipiant march. quinq;: ſi nulla capient, percipiant march. duos tantū pro omnibus licentijs & cauſis, & hoc ſi per eos non defuerit, nec defectus aliquis eis imputari poterit. Nec poſsint ipſi præcones à debitoribus per eos præcones ſic citandis vel pignorādis percipere aliquid vltra id quod taxatum eſt ſupra directò, vel per indirectum; ſub pœna ſolidorum viginti march. pro ſingula qualibet vice, applicandorum pro dimidia accuſatori, & pro alia dimidia communi Ferrariæ. Item pro capiendo perſonas exiſtentes in palatio, in plateis, vel in aliquo officio, percipiant præcones pro mercede ſua ſolidos duos march. ſi fuerint ciues, vel habitantes in ciuitate aut burgis ciuitatis Ferrariæ. Si vero fuerint perſonæ comitatinæ, vel exercentes opera ruſticalia, percipiant ſolidum vnum march. tantum: pro capiendo autem, vel detinendo perſonas extra prædicta loca, ipſi præcones percipiant quatuor march. & pro quolibet famulo Poteſtatis vnum marchiſanum, pro conteſtabili duos marchiſanos, ſi fuerint ciues vel habitantes in ciuitate, vel burgis Ferrarię. Si vero fuerint comitatinę perſonæ, vel exercētes opera ruſticalia percipiant ſolidos duos marci & ſimiliter miles; conteſtabilis autem & famuli percipiant ſolidum vnum march. pro quolibet. Sed non poſsint ſecum ducere militem, nec vltra quatuor famulos, niſi de licentia Syndici palatij communis Ferrariæ. Et ſi pro celeritate rei neceſſariū foret ꝙ eſſent plures q̃ quatuor famuli & miles, tunc ſit in arbitrio prædicti Syndici illud plus ꝙ ipſis obuenerit arbitrari; nec vltra petere poſsint, niſi proceſſerit ex cōuentione volētis aliquem capi facere: quo caſu poſsint præcones percipere

cipere vſq; ad decem march.ſimiliter & miles & nō vltra,niſi per Syndicum fuerit eis conceſſa licentia : in cuius Syndici arbitrio ſit taxare etiam maius ſalarium inſpecta quātitate debiti,conditione & qualitate perſonarum . Si vero præcones iuerint ad capiendum pignora in comitatu Ferrariæ ad inſtantiā alicuius pro ſpeciali & particulari cauſa, quod fieri poſſe concedimus in executione licentiæ, vel pręcepti, aut ſi vetuerit pignora bis ſi fuerit ruſticus,& ſemel ſi fuerit ciuis,tunc percipiant pręcones pro quolibet milliari vn um marchiſanum cum dimidio. Similiter & miles conteſtabilis ſolidum vnum & famuli denarios ſex pro quolibet vſq; ad ſeptem milliaria , incipiēdo à ciuitate ; abinde vero ſupra pro quolibet die,& ad rationem cuiuſlibet diei,pręcones percipiant tam pro vectura equi,q̄ pro expenſis cibi & potus,& mercede ſua marchiſanos quindecim, miles autem march. decem, & famuli Poteſtatis marchiſanos octo , & famuli capitanei plateę marchiſanos nouem pro quolibet ſuis proprijs expenſis. Et hęc omnia intelligantur , ſi fecerint vnum pignus tantum , ſi autem plura fecerint habeāt pro quolibet pignore vltra primū ſolidos tres march. & tunc omnes prędictę quantitates cumulentur & diſtribuantur pro numero pignorum. Et volumus omnia prędicta ad omnes pręcones cuiuſcūq; tribunalis & officij ciuitatis Ferrarię extendi . Si vero contigerit pro aliquo delicto Poteſtatem & eius curiam neceſſe habere mittere militem & familiam ſuam ad capiendum aliquem , vel aliquid neceſſariò agendum pro officio ſuo in comitatu Ferrarię vltra decem milliaria, percipiat miles marchiſanos octo pro ſingulo die & ad rationem ſinguli diei , & quilibet famulus tres marchiſanos: & ſi pernoctauerint , miles percipiat duodecim march. & quilibet famulus quatuor march. pro expenſis:nec poſſint alium cibum vel potum petere, vel habere à delinquente,aut à malefactore,vel aliquo maſſario,cauarzellano, vel alia perſona de loco,vel cōmuni ipſius loci,vel ab eo, cuius cauſa miſſi ſunt. Et ſi pro dictis expēſis acceperint pignora de bonis malefactoris,debeant illa conſignare maſſario communis Ferrarię,qui teneatur illa ſuppignorare,& prędictis militi,conteſtabili & famulis de eo,quo fuerint ipſa pignora ſuppignorata ſatisfacere & ſoluere : & quatenus non ſufficerent ad taxam prędictam,vel etiam ſi malefactor non eſſet ſoluendo , vel aliqua pignora non eſſent capta , maſſarius communis Ferrarię de bonis communis ſatisfaciat prędictis .

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER SEXTVS.

Continens prouiſiones & ordinamenta officij bladorũ & ad ipſum officium ſpectantia & pertinentia.

De iuramento Iudicibus bladorum deferendo. I.

VT iudicia & omnia ſpectantia ad officium bladorum cum omni iuſtitia procedant, ſtatuimus & ordinamus quòd Iudices bladorum ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ, in principio officij teneātur in manibus Iudicis duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ iuramentum præſtare de benè, diligenter, & legaliter, omni fraude & dolo ceſſante, exercere officium, & attendere & inuigilare pro poſſe ad abundantiam frumenti temporibus congruis in ciuitate Ferrariæ, & cuiuſcunque æqua lance iuſtitiam adminiſtrare & ius reddere; & omnia & ſingula ad prædictum ſuum officium ſpectantia & pertinentia cum omni ſtudio & iuſtitia perficere.

Quòd ad officium Iudicum bladorum ciuitatis Ferrariæ pertineat cognitio cuiuſcunq; litis occaſione cuiuſcunque quãtitatis frumenti, farinæ, leguminis, ſeminis lini, & aliorũ bladorũ. II.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ ad officium Iudicum bladorum ciuitatis Ferrariæ & eius diſtrictus ſpectet & pertineat cognitio cuiuſcunque litis & cauſæ vertentis inter quaſcunque perſonas tam terrigenas, quam forenſes in ciuitate Ferrarię, vel eius diſtrictu, occaſione cuiuſcunque quantitatis frumenti, farinę; leguminũ, ſeminis lini, vel cuiuſcunq; alterius generis, ſiue ſpeciei bladi; ſiue ipſa lis & cauſa deſcendat, vel oriatur occaſione venditionis, ſiue alterius cuiuſcunq; cõtractus, vel quaſi contractus, vel vltimę voluntatis, ſiue occaſione zoa-

ticæ,caballatici,metiturę,batiturę,ſpigadicij,vel operarum datarũ ad metendum, ſiue occaſione alicuius poſſeſsionis locatæ , ſiue granarij locati,ſiue nauli nauis, cuius nomine affictus ſoluatur & ſolui debeat aliqua quantitas bladi:ſiue occaſione affictus molendini, vel molẽdinæ,pro quibus nomine affictus ſoluatur aliqua quantitas farinæ, vel frumenti,vel quicquid aliud ſolueretur nomine affictus molẽdini,vel molendinæ,ſiue occaſione nauli ſaccorũ: ſiue alio quocunq; modo dicta lis,& cauſa eſſet ſuper aliquo genere,vel aliqua ſpecie rerũ prædictarum quacunq; ratione,vel cauſa: nec ſpectet vel pertineat cognitio cauſæ rerum prædictarũ & precij earum ad aliquos alios Iudices ciuitatis Ferrarię,vel eius diſtrictus,nec ad Poteſtatẽ eius ciuitatis Ferrar. ſed ſolum ad dictos Iudices bladorũ. & quicquid in prædictis & quolibet prædictorum deciſum,determinatum,& factum fuerit per quoſcũque alios officiales,Iudices,vel rectores ipſius ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ,non valeat nec teneat ipſo iure: nec valeat in prędictis iuriſdictionis prorogatio facta ẽt de partium conſenſu tacito, vel expreſſo, præterq̃ in caſu ſtatuti de iuriſdictione Iudicum mercatorum: cui per hoc ſtatutum in aliquo non ſit derogatum. Adijcientes ꝙ ſi prædictę res,vel altera earum peterentur vniuerſaliter, & pro his ageretur per actionem vniuerſalẽ vel generalem,cognitio & deciſio ſpectet & pertineat ad alios Iudices ordinarios. & ſi ex eadem cauſa, obligatione, vel ſaldo rationis deduceretur, vel peteretur aliqua quantitas rerum prædictarum,& aliæ res diuerſę à prædictis, ſi quidem valor rerum, de quibus ſupra,excederet valorem aliarum rerum diuerſarum,cognitio & deciſio ſpectet & pertineat ad ipſos Iudices bladorum.ſi vero valor aliarum rerum diuerſarum excederet valorem rerum de quibus ſupra, cognitio & deciſio ſpectet & pertineat ad alios Iudices ordinarios auctoritate præſentis ſtatuti.

Quòd ad dictum officium bladorum pertineat cognitio cauſarum, quæ verterentur inter perſonas occaſione aſſazaturæ,carezaturæ,portituræ,& cribellaturæ bladi, ſiue mercedis earum. III.

STATVIMVS ꝙ ad dictum officium bladorum ſpectet & pertineat cognitio cauſarum, quę verterentur & eſſent inter quaſcunq; perſonas occaſione aſſazaturę,carezaturę,portiturę,& cribellaturę cuiuſcunq; quantitatis bladi,ſiue mercedis rerum prędictarum.

Quòd

Quòd nulla perſona audeat emere, vel emi facere in herba, vel in granis aliquam quantitatem bladi. IIII.

PROVIDEMVS quòd nulla perſona audeat, vel præſumat emere, vel emi facere, aut vendere, ſeu vendi facere in herba aliquam quantitatem bladi, in magna vel modica quantitate; nec etiam poſsit vendere in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis aliquam quantitatem frumenti excedentem ſummam ſtariorum viginti pro qualibet vice, tẽpore quo ſtarium frumenti communiter vendatur vltra ſolidos quindecim march. niſi ipſa blada vendantur actualiter ſuper foro plateæ ciuitatis Ferrariæ, abſque expreſſa licentia dictorum Iudicum bladorum; ſub pœna decem ſolidorum march. pro quolibet ſtario: facto tamen prius proclamate, mandato dictorum Iudicum ſuper obſeruantia prędictorum. & teneatur notarius ipſorum Iudicum prædictam licentiam in actis ſcribere ſine aliqua mercede.

Quòd Iudices bladorum ſint & eſſe intelligantur in omnibus ſupradictis capitulis Iudices ordinarij. V.

STATVIMVS & ordinamus, quòd Iudices bladorum ſint & eſſe intelligantur in omnibus ſupradictis capitulis, & infraſcriptis prouiſionibus & ſtatutis bladorum Iudices ordinarij; nõ obſtantibus ſtatutis, prouiſionibus, & reformationibus quibuſcunque communis Ferrarię in contrarium loquẽtibus, & quòd prædicti Iudices bladorum cognoſcere, decidere, & determinare poſsint, & valeant in prædictis litibus & cauſis, & in omnibus alijs, quæ ab eis & qualibet earum dependerẽt & eſſent connexa, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & ſine productione libelli, vel ſcripturæ, vſque ad ſummam librarum duarum march. Abinde verò ſupra cũ libello, ſeu quali quali petitione in actis redacta, & quibuſcũque ferijs nõ obſtantibus: niſi aliter diſpoſitum reperiatur per ſtatuta noſtra: & ꝙ aliquis non poſsit nec valeat ſe appellare à ſententia contra ipſum per dictos Iudices lata, vſque ad ſummam, vel æſtimationẽ librarum decem marc. incluſiuè. abinde ſupra permittimus appellari ad Iudicẽ appellationum ciuitatis Ferrariæ, niſi proceſſum fuiſſet ex mero officio, nulla partis petitione præcedente. & hoc non obſtantibus ſtatutis, prouiſionibus, & reformationibus ciuitatis Ferrariæ in cõtrarium loquentibus.

De

De bladis & frumento conducendis ſuper foro ad mandatum Iudicum bladorum. VI.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ quilibet ciuis diſtrictualis, forenſis, aut habitator in ciuitate Ferrariæ, vel eius diſtrictu, habens frumentũ vel blada ibidem, teneatur ad mandatum Iudicum bladorum conducere, vel conduci facere ſuper foro ciuitatis Ferrariæ ad vendendum, & vendendi cauſa omnem quantitatem frumenti, vel bladorum, quã ipſi Iudices prçciperent, aut prçcipi facerent, & toties quoties eis videbitur & placuerit; ſub pœna eorum Iudicum arbitrio imponenda & declaranda. Volentes quòd quælibet perſona teneatur obedire, & ſeruare quæcunq; prçcepta & mandata ipſorum Iudicum ſpectantia & pertinentia ad officium bladorum, ſub eadem pœna: nec poſſit aliquis ab huiuſmodi præceptis & mandatis ac pœnis appellare, querelare, de nullitate dicere, nec in integrum reſtitutionem petere, nec aliquod aliud remedium intentare. Et poſsint etiam ipſi Iudices vltra pœnas prçdictas, tempore penuriæ, aut cariſtiæ per vim frangere, aut frangi facere oſtia eorum, qui inobedientes fuerint, expenſis ipſorum inobedientium: & frumentum, aut blada exinde portari facere ad vendendum, & vendi faciendum ſuper foro cõmunis Ferrarię.

Quòd nullus carceratus ex officio Iudicum bladorum poſſit recommendari in carceribus ad inſtantiam alicuius alterius. VII.

STATVIMVS quòd non liceat alicui perſonæ aliqua ratione, vel cauſa, præterquam pro factis & creditis camerę Illuſtriſsimi domini noſtri recommendari, ſeu ſequeſtrari facere in carceribus communis Ferrariæ aliquem, qui ex officio dictorum Iudicum bladorum, & nõ ad inſtantiam alicuius creditoris pro executione ſententiæ, vel præcepti in dictis carceribus ſit recommendatus & poſitus: & quòd quilibet carceratus in dictis carceribus de mandato Iudicum bladorum & pro eorum officio, ſoluere non debeat conductoribus dictorum carcerum, niſi quinque ſolidos march. tam pro introitu & mora, ꝙ pro exitu ipſorum carcerum.

De modo

De foro, ſeu mercato faciendo ſuper plateis communis Ferrariæ, & quibus diebus id fieri non liceat. XXVIII.

STATVIMVS & ordinamus quòd omnibus & ſingulis diebus ſabbati fiat & fieri debeat mercatum, ſeu forum generale ſuper plateis cõmunis Ferrariæ. Excepto q̃ ſi in die ſabbati eſſet feſtum aliquod de infraſcriptis feſtiuitatibus & ſolennitatibus videlicet, feſtũ Natiuitatis dñi noſtri Ieſu Chriſti, cum tribus diebus ſequentibus, feſtum ſancti Syluestri, feſtum Circumciſionis domini, feſtum Epiphaniæ, feſtum ſancti Antonij de menſe Ianuarij, feſtũ conuerſionis ſancti Pauli Apoſtoli, feſtum ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani, omnia feſta glorioſę virginis Mariæ, feſtum ſancti Blaſij, omnia feſta duodecim Apoſtolorũ domini noſtri, omnia feſta Euangeliſtarum eius, feſtum ſancti Thomę de Aquino, feſtum ſanctorum Georgij & Maurelij huius almę ciuitatis Ferrarię patronorum, feſtum victoriæ ſancti Michaelis, feſtum Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, feſtum ſancti Dominici, feſtum ſancti Franciſci, feſtum ſancti Romani, feſtum ſancti Laurentij, feſtũ diei omnium Sanctorum. Et his caſibus fiat & fieri debeat forum, ſeu mercatum generale die præcedenti non feriata. Volentes etiam ꝙ in die mercati, ſeu fori præcedentis, præconizetur publicè & alta voce per bannitorem communis Ferrarię, de mandato & commiſſione Iudicis duodecim ſapientum ciuitatis Ferrarię, vel Iudicum bladorum, ad feneſtram podioli Poteſtatis Ferrarię, & ad officium bladorum ipſius ciuitatis dies illa qua fieri debebit ſequens mercatum, ſeu forum generale, vt ciues & comitatini ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ ad prædictũ forum, ſeu mercatum venire poſsint opportunè.

De poteſtate & arbitrio conſulum ad victualia ciuitatis Ferrariæ. II.

IN ſuper ſtatuimus q̃ conſules prædicti ſiue Iudices ad victualia ciuitatis Ferrariæ poſsint & debeant inquirere, punire, & mulctare, ſeu condemnare omnes & ſingulos delinquentes, vel fraudem, dolum & culpam punibilem in artibus ſiue miniſterijs ſuis committentes vel quoſcunq; alios delinquentes, aut facientes contra ea, quæ ſpectant & pertinent ad officium eorum conſulum, ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, imponendo pœnas & mulctas ſecundum formam ſtatutorum officij ſui. Dantes etiam eis arbitrium pro pœnis expreſsis vſq; ad ſolidos viginti march. incluſiuè mulctas imponere poſſe, reſeruata tamen ſibi poteſtate mulctandi in alijs caſibus iuxta formam prouiſionum. Et ſi non reperiretur aliqua pœna expreſſa, poſsint punire & mulctare vſq; ad ſummam ſolidorum quadraginta march. tantum. Attenta tamen qualitate, & quantitate delicti & conditione perſonarum. Ordinantes q̃ prædicti conſules ſeu Iudices & etiam notarij dicti officij conſulum, finito eorum officio debeant ſyndicari per Syndicum generalem palatij iuris communis Ferrariæ. Qui Syndicus poſsit & teneatur inquirere cum omni cura & diligentia contra ipſos & quemlibet ipſorum. & eos punire & mulctare de dolo, & lata culpa & quibuſcunq; baratarijs per eos commiſsis. Et habeant & percipere poſsint ipſi pro ſuo ſalario & quilibet eorum ſingulo menſe libras decem march. à maſſaria communis Ferrariæ.

Quòd conſules non poſsint facere mulctas niſi primo fuerint in examine. III.

STATVIMVS & ordinamus q̃ prędicti conſules iuſtitię nõ poſsint nec audeant facere condemnationes vel mulctas aliquas, ordinariè vel extraordinariè, niſi primo fuerint in examine. In quo quidem examine adeſſe debeant Syndicus generalis palatij iuris communis Ferr. maſſarius communis, ipſi conſules, ac eorum notarius, vbi procedatur ex mero eorum officio, & pœna applicetur fiſco tantum, & niſi ſpecialiter per alia ſtatuta ſit aliter prouiſum. nec poſsint ipſi conſules prædictas nec aliquas alias cõdemnationes vel mulctas publicare aut facere, niſi reus cõdemnandus vel mulctãdus, primo citatus fuerit ad ſe defendendum pro certa die & hora; in qua die & hora iuris adeſſe de-

beat in palatio iuris communis Ferrariæ vnus eorum conſulum ad tribunal ſuum pro iure reddendo. & ipſę condemnationes, vel mulctæ fieri & publicari non poſsint contra aliquos, niſi poſt octo dies à die citationis numerandos: infra quos octo dies poſsit quilibet facere defenſiones ſuas: & illas prædicti Conſules admittere teneantur, & de illis cognoſcere prout iuris erit. nec poſsint dicti conſules, vel alter eorum de condemnationibus, ſeu mulctis à ſe factis, aliquid ſibi appropriare, ſub pœna librarum vigintiquinque march. maſſarię cõmunis Ferrariæ applicanda, niſi aliter fuerit per ſtatuta noſtra expreſſa diſpoſitum. Concedentes tamen dictis conſulibus mulctare poſſe pro eorum arbitrio, quoſcunque inobedientes, ac etiam proferentes verba iniurioſa, aut actus inhoneſtos contra ipſos facientes abſque prædicto examine vſque ad ſummam librarum quinque march.

Quòd conſules non poßint facere inuentiones, niſi notarius & præco fuerint præſentes. *IIII.*

STATVIMVS quòd ipſi conſules Iuſtitiæ nõ poſsint aliquas inuentiones facere de pertinentibus ad eorum officium, niſi notarius & pręco officij ſui fuerint præſentes. Qui notarius facta inuentione, ſtatim teneatur ſcribere & notare ipſas inuentiones in vacheta ordinaria & nõ in baſtardello, nec in alio folio: nec poſsit habere niſi vnam vachetam ad inuentiones notandas. & ꝙ illa die, qua factæ fuerint dictæ inuentiones, quotcunq; & qualeſcunque fuerint, teneatur vnus ex prædictis conſulibus, qui fuerint ad inuẽtiones prædictas, ſe ſubſcribere dictis inuenrionibus factis eo die: denotando & deſcribendo numerum inuentionum, hac forma videlicet: tali die ſupraſcriptæ inuentiones decem, vel viginti, vel triginta quot fuerint, factę fuerunt per me talem conſulem. & ſi contrafactum fuerit, prædictæ inuentiones non valeant, nec teneant ipſo iure; & notarius ipſe aliquid percipere non poſsit pro inuentionibus, in quibus prædicta ſeruata nõ fuerint: & nihilominus contrafaciens cadat in pœnam librarum decem mar. communi Ferrariæ applicandam. Volentes ꝙ ſi inuentus, vel inquiſitus per legitimas defenſiones fuerit abſolutus, nihil ſoluere teneatur pro inuentione, & ſolutum repetere poſsit.

Quòd conſules nõ exigant aliquid à condemnatis, vel mulctatis. V.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ conſules Iuſtitiæ, vel aliquis ipſorum non poſsint, nec audeãt aliquid exigere, vel percipere ab aliquo cõdemnato, vel mulctato, nec ante, vel poſt condemnationem, vel mulctam; niſi primo ille qui ſit condemnatus, vel mulctatus, fuerit datus ſibi inſolutum per maſſarium communis Ferrariæ, & in libris ipſius maſſariæ cancellatus. quæ datio inſolutum fieri non poſsit, niſi poſt octo dies poſtquam ipſa condemnatio, vel mulcta notificata fuerit ipſi condemnato, vel mulctato.

Quòd conſules Iuſtitiæ nullam conuentionem turpem faciant cum aliquibus. VI.

VOLENTES conuentiones iniquas & pacta turpia inhibere, hac lege iubemus ꝙ Iudices deputati ad officium conſulum Iuſtitiæ, & eorũ notarij & ſocij quicunque ſint, & ſub quocunque nomine, vel titulo non audeant, vel præſumant aliquam conuentionem, vel monopolium facere cum aliquibus becharijs ciuitatis Ferrariæ, vel eius diſtrictus, vel molendinarijs, vel quibuſcunq; alijs artem, vel negotiationem, ſeu miniſterium aliquod exercentibus in ipſa ciuitate Ferrariæ, & diſtrictu; nec licentiam aliquam eis dare publicè vel occultè, directè vel indirectè de negotiationibus ſuis & miniſterijs, ſeu artibus exercendis aliter q̃ eis ex forma ſtatutorum & prouiſionũ cõmunis Ferrariæ permittitur & ordinatum eſt, vel erit: nec ab eis, vel aliquo eorũ accipiant aliquid, nec accipere faciant dicti Iudices, vel eorum ſocij, vel alius pro eis occaſione prædicta, vel aliqua alia de cauſa, niſi tantũ id quod eis conceditur ex forma ſtatutorum cõmunis Ferrariæ approbatorum pro ſcripturis ratione officij ſui factis, etiã ſi ſponte daretur aliquid à prędictis in ſpecie aliqua, vel in alio quod cõſiſteret in pondere, numero vel menſura. & ſi contrafecerint, ſoluant nomine pœnæ pro qualibet vice xv. libras march. communi Ferrariæ applicandas; & quilibet poſsit accuſare & denuntiare, & habeat dimidiam quãtitatis prædictæ: & nihilominus Poteſtas Ferrariæ, vel ſyndicus generalis palatij cõmunis Ferrariæ ex officio ſuo teneantur & poſsint de prędictis inquirere, vel punire. & talis officialis prędicta cõmittens caſſetur ab ipſo officio, quo ſe fecit indignum: & hoc cum conſcientia Illuſtriſs. domini noſtri.

Quòd conſules ad victualia, vel ſaltem vnus ex eis, teneantur ſingulo die bis circumire per ciuitatem Ferrariæ, ſeu burgos eius. VII.

STATVIMVS quod conſules ad victualia, vel ſaltem vnus ex eis, teneantur & debeant bis ſingulo die circumire per ciuitatem Ferrarię, ſeu per burgos eius, ſeu bis in die facere circhas ſuas, & inquiſitiones ad perquirendum quoſcunque delinquentes, ſeu artes ſuas defraudantes: & teneantur ſecum ducere notarium & præconem deputatos ad dictum officium conſulis; ſub pœna ſolidorum viginti march. pro qualibet vice qua contrafactum fuerit communi Ferrarię applicanda. Diſponentes quod ſi vnus ex prædictis conſulibus iuerit & circuiuerit ciuitatem vt ſupra, alter teneatur & debeat ſingulis diebus & horis iuridicis congruis ſedere in palatio iuris communis Ferrarię ad tribunal ſuum pro iure adminiſtrando, ſub pœna prædicta applicanda vt ſupra.

De, & ſuper quibus conſules ad victualia ſint Iudices ordinarij, & de viatico eorum ſoluendo. VIII.

STATVIMVS inſuper, quod ſi contigerit aliquam litem vel controuerſiam oriri inter conuicinos, aut cõſortes, aut aliquas alias perſonas, de cõfinibus, ſeruitutibus, arboribus, cloacis, caminis, puteis, ſeclatijs, latrinis, muris, vel parietibus, feneſtris, luminibus, foraminibus, ſeraleis, ſepibus, foſſatis, ædificijs; & generaliter de omnibus alijs rebus poſitis, vel conſtruendis in confinibus, vel iuxta confines in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis, prædicti conſules ſint & eſſe intelligantur Iudices ordinarij, & ad ipſos in omnibus & ſingulis prædictis & quolibet prædictorum, & in dependentibus & emergentibus ab eis, cognitio & deciſio ſpectet, & pertineat ſummariè, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, viſa tantum veritate, & re ipſa inſpecta cum oculo, ſi opus fuerit: & hoc ad inſtantiam partium, vel alterius earum. & ſi perſonaliter iuerint ad inſpiciendam oculis differentiam, quo caſu ſemper ambo ire teneãtur, aliàs nullum percipiant ſalarium, pro viatico ſuo habeant & percipiant ſolidos viginti marc. in totum ab vtraque parte, etiam ſi pluries iuerint. Notarius vero eorum percipiat ſolidos quinque march. præco ſolidos duos march. & non plus. Et ſi prædicti requiſiti fuerint, teneantur ſub vinculo iuramenti ad loca differentię accedere, & de ipſa cognoſcere, facto tamen prius depoſito

de

de toto eorum ſalario per partem requirentem. Volentes ꝙ ſi prędicti conſules iuerint ad inſpiciendum oculis ipſam rem, ad requiſitionem alicuius volentis ædificare in publico, aut in conſpectu publico, vel ex commiſsione Illuſtriſs. domini noſtri ad referendum, vel ex aliqua alia cauſa, nulla pręcedente lite, nullum percipiant ſalarium, nec ēt aliquid percipere poſsint directè, vel indirectè etiam pro relatione. Et idem obſeruetur in notario & præcone quantum eſt pro dicto viatico. ſed hoc caſu notarius ipſe pro ſcribenda & notāda dicta relatione ſolum percipiat ſolidos duos march. & non plus: & ſi contrafactū fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, contrafaciens ipſe cadat in pœnam ſolidorum centum march. communi Ferrariæ applicandā, toties quoties contrafactum fuerit.

Quòd nulla perſona audeat de nouo ædificare, vel ex antiquis reficere, niſi primo notificauerit conuicino ſuo. IX.

STATVIMVS, ꝙ nulla perſona cuiuſcunque conditionis, aut pręeminentiæ exiſtat, poſsit, vel audeat de nouo conſtruere, ædificare, vel conſtrui & ædificari facere, vel ex antiquis reficere, vel remouere, aut quocunque modo mutare per ſe, vel alium ſepem, ſeraleam, murum, vel parietem, foſſatum, cloacā, puteum, ſeclarium, latrinam, feneſtrā foramen, vel plantas, vel aliquod aliud opus, vel ædificium, vel laborerium cuiuſcunq; generis, vel ſpeciei, in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis, in confinibus, vel iuxta confines per tres pedes; niſi primo & ante oīa notificauerit & denuntiauerit convicino, aut conſorti, vel domino rei conuicinæ, & cum eo remanſerit in concordia de prædictis & quolibet prædictorum. & ſi non fuerit in concordia, habeatur recurſus ad conſules, vel Iudices victualium antequam laborari, vel fabricari faciat. Qui conſules, vel Iudices habeant videre, cognoſcere, & terminare ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, viſa veritate cum ſcripturis vel ſine, infra terminum octo dierū à die inſpectę differentiæ, ēt diebus feriatis, exceptis ferijs in honorem Dei, niſi cauſa requireret altiorem indaginem, propter multitudinē, vel difficultatem probationum: quo caſu poſsint dicti Iudices prædictum terminū ampliare & prorogare arbitrio eorum, vſque ad triginta dies vtiles tantū. & ſi contrafactum fuerit in prędictis, vel aliquo prædictorū, vel per partes, vel per Iudices etiam commiſſarios, contrafaciens ipſe cadat in pœnam librarum decem march. applicandā maſſariæ

ſariæ communis Ferrariæ,& ad opus demoliendum, & ad omne inter eſſe partis, ſingula ſingulis referendo. Diſponentes q; nulla perſona audeat vel præſumat ędificare vel aliquod opus facere, aut fieri facere, nec etiam incipere, ſuper via vel loco publicis aut communis Ferrariæ,nec etiam penes viam,vel locum publicum aut communis Ferrariæ; niſi primo, & ante omnia habuerit licentiam ab Illuſtriſsimo domino noſtro, aut de commiſsione ipſius a conſulibus ſeu Iudicibus victualium, aut alijs commiſsarijs ipſius Illuſtriſsimi domini noſtri: qui conſules aut commiſsarij antequam referant, reneantur notificare & denuntiare prædicta Iudici duodecim ſapientum pro intereſſe publico: & pro relatione aut declaratione facienda nullum percipiant ſalarium, etiam a partibus pro viatico niſi vt ſupra, ſub pœna ſolidorum centum marcheſanorum communi Ferrariæ applicanda. Et prædicta relatio ſeu declaratio fieri debeat infra octo dies, à die qua fuerint requiſiti,& habitę notitiæ de commiſsione prædicta computandos:& ſi contrafactum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, contrafaciens cadat in prędictam pœnam librarum decem march. applicandā vt ſupra, & ad opus demoliendum:in quam pœnam etiam incurrant & incurriſſe intelligantur muratores, marangoni,& operarij,ſi eis denuntiatum fuerit per aliquem, cuius interſit, vel qui ius in re habere prætendat, aut de mandato Iudicis ne laborent, aut ab ipſo laborerio deſiſtant.

De feſtiuitatibus Sanctorum celebrandis. X.

CVM permaxime dignum ſit & iuſtum ſabbata ſanctificare,& Deū immortalem, ac eius Sanctos venerari, & maxime quorum patrocinia expectamus; hac lege ſancimus & ordinamus, quòd nulla perſona mercator, vel artifex cuiuſcunque conditionis aut præeminentiæ exiſtat, audeat, vel præſumat apothecas, ſtationes, funticos, officinas,vel alias habitationes,in quibus artes aliquæ exercentur,vel magiſteria vel laboreria aliqua fiunt, & in quibus venduntur ſapores, ſalciciæ, & alia comeſtibilia, in diebus infraſcriptis feſtiuis apertas tenere in toto vel in parte,videlicet. In primis in omnibus diebus Dominicis, in die Natiuitatis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, & tribus diebus ſequentibus dictam Natiuitatē,in die ſancti Syluestri,in die Circūciſionis dn̄i noſtri,in die Epiphaniæ, in die ſancti Antonij de mēſe Ianuarij,in die ſanctę Agnetis,in die Conuerſionis ſancti Pauli Apoſtoli,in

die

die ſanctorum Sebaſtiani & Fabiani, in omnibus diebus feſtiuis glorioſæ Virginis Mariæ, in die Reſurrectionis domini noſtri, & duobus diebus ſequentibus ipſam Reſurrectionem, in die Aſcenſionis eius, in die Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus, in die ſanctiſsimi corporis Chriſti, in die ſancti Blaſij, in diebus duodecim Apoſtolorum domini noſtri, in diebus omnium Euangeliſtarũ eius, in die ſancti Thomę de Aquino, in die ſancti Gregorij, in diebus ſanctorum Georgij & Maurelij huius almę ciuitatis Ferrarię patronorum, in die ſancti Petri martyris, in die inuentionis ſanctę Crucis, in die victorię ſancti Michaelis, in die ſancti Antonij de Padua, in die natiuitatis ſancti Ioãnis Baptiſtæ, in die ſancti Bernardini de Senis, in die ſanctæ Mariæ Magdalenę, in die ſanctę Annę, & in die ſancti Dominici, & in die ſancti Franciſci, in die ſancti Laurentij, in die ſancti Michaelis Archangeli, & in die omnium ſanctorũ, in die ſancti Martini, in die ſanctę Chaterinę in die ſanctę Lucię, in diebus quatuor doctorum Eccleſię, in die decollationis ſancti Ioãnis Baptiſtę, in die ſancti Romani, prohibentes etiã in ſupraſcriptis diebus & feſtiuitatibus aliquem laborare, ſeu laborari facere. Et ſi quis inuentus fuerit per officiales in prædictis vel aliquo prædictorum contrafacere, cadat in pœnam ſolidorum quinque marcheſanorum pro qualibet vice, qua contrafacere fuerit inuentus, communi Ferrarię applicandã, poſsint tamen recollectus bladorum & vini ac vuarum cõduci ad ciuitatem Ferrariæ tempore quo recolliguntur, ſuper curribus & caretis conductis ex rure vel burgis, in omnibus prædictis diebus, exceptis diebus Dominicis, glorioſæ Virginis Marię & apoſtolorum: poſsint etiam in omnibus prædictis diebus vendi ſuper plateis oua, caſeus, pouinæ, lac; pulli, fructus, herbæ & his ſimilia comeſtibilia: exceptis diebus primis Natiuitatis & Reſurrectionis domini noſtri.

De lætamine non tenendo in vijs publicis niſi per tres dies. X I.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; conditionis ſtatus aut præeminentiæ fuerit, poſsit vel audeat tenere in vijs publicis, vel in porticibus, vel in aliquo alio loco publico ciuitatis Ferrariæ extra domos, lętamen vel immunditiã aliquam, niſi ſolum & dumtaxat per tres dies: & ſi infra dictum tempus trium dierum aſportari non fecerit, cadat in pœnam ſolidorum quinq; march. pro qualibet vice qua contrafecerit, communi Ferrariæ applicandam. Et ſi fuerint

graſpæ

graſpæ tempore vindemiarum, quilibet teneatur aſportari facere illas infra quindecim dies, ſub eadem pœna applicãda vt ſupra. In alijs autem temporibus dictæ graſpæ aſportari debeant infra tres dies, etiã ſub eadem pœna vt ſupra, & communi Ferrariæ applicanda. grauantes dictos officiales ad ſupraſcripta obſeruari faciendum, ſub pœna ſolidorum quadraginta ſibi de eorum ſalario auferenda; quæ etiam in ſequentibus ſtatutis repetita cenſeatur.

De immunditijs non projciendis in plateis, & de aſinis non tenendis in ipſis, niſi ſint ligati. XII.

STATVIMVS, ꝙ nulla perſona audeat, vel præſumat ponere, vel poni facere aliquod lętamen, putredinem, ſeu ruſcum, vel aliquas immunditias, radituras pannorum, ſeu pellium in plateis communis Ferrariæ, & eius porticibus; nec aſinos tenere, niſi fuerint ligati ita quòd nemini nocere poſſint. & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſolidos decem march. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit communi Ferrariæ applicandos.

Quòd ſeclarij non diſcurrant in viam publicam; nec aqua projciatur. XIII.

INSVPER ſtatuimus, quòd nulla perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, habeat vel teneat aquarium, ſeu ſeclarium ſuper viam publicam: Ex quò aqua immunda, vel immundities aliqua decurrat in viam publicam ciuitatis Ferrariæ, nec aquam putridam, vel immunditiam aliquam proijciat per feneſtras, nec per oſtia in viam publicam: & qui contrafecerit ſoluat pro banno ſolidos decem marc. communi Ferrariæ applicãdos: nec etiam proijciat aquam claram per feneſtras, vel oſtia, niſi primo egrediatur oſtium, vel feneſtram cum perſona quantum poteſt ita ꝙ videat tranſeuntes, ſub pœna ſolidorum quinq; march. applicanda vt ſupra communi Ferrariæ, ſi aliquem nõ balneauerit. Si autem balneauerit cadat in pœnam ſolidorum decem marc. applicandam vt ſupra: & in omni caſu teneatur ad damnum & intereſſe partis. & etiam caput familiæ teneatur pro quolibet de familia ſua ad pœnas prędictas.

Quòd

Quòd latrinæ & cloacæ non diſcurrant in viam publicam. XIIII

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ nulla perſona audeat tenere latrinas, vel cloacas in domo ſua, vel infra domos ſuas, per modum quo putredo, vel immunditia diſcurrere poſsit in viam publicam, vel in aliquam androncellam caput habentem ad viam publicam: & ſi contra fecerit, cadat in pœnam ſolidorum viginti march. communi Ferrarię applicandam. & nihilominus compelli poſsit & debeat per conſules vel Iudices victualium ad reaptandum & ad reficiendū, ita & taliter ꝙ putredo & immunditia exire & ſtriuinare nō poſsint in viam public.

Quòd ſedilia, vel latrinæ ſint cooperta, & non diſcurrant in Padum. XV.

STATVIMVS ꝙ ſedilia, ſiue latrinæ vbicunq; facta fuerint in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis, ſint & fiant cooperta & abſconſa, ita & taliter ꝙ publicè non appareant, nec videri poſsint per euntes per viā, nec etiam putredo eorum quoquo modo ad viam perueniat. Et quicunque contrafecerit, ſoluat pro banno communi Ferrariæ ſolidos quadraginta march. Adijcientes etiam, quòd nullum ſedile, vel latrina decurſum habeat in Padum, ſub pœna prædicta ſolidorū quadraginta march. applicanda vtſupra.

Quòd ſedilia, vel latrinæ non exeant, nec ſtriuinent in domos vicinorum. XVI.

STATVIMVS & ordinamus quòd nemini liceat cuiuſcunq; conditionis exiſtat, inter ſe & conſortem ſuum, ſiue vicinum, habere & tenere ſedile, vel latrinam aliquam, niſi inter murum ſuum & murum cōſortis ſui, ſiue vicini, ſit androncella latitudinis vnius pedis, vel circa, & illa putredo currat quo poteſt, dummodo ſit cooperta & abſconſa ne fœtorem reddat. & ſi nō erit androncella aliqua, quilibet teneatur & cōpellatur per conſules, ſiue Iudices ad victualia cooperire ſedilia ſua, & cooperta tenere, ita & taliter ꝙ putredo & immunditia exire & ſtriuinare nō poſsit in domū conſortis, ſiue vicini ſui; nec liceat alicui dicere, ꝙ illa putredo cadat & vadat in domū ſuam, ſub pœna ſolidorū viginti marc. communi Ferrariæ applicanda. Volentes etiam ꝙ oēs androncellę in quibus cadit aliqua putredo, vel diſcurrunt aliqua ſedilia,

ſedilia, vel latrinæ, vel cloacæ, claudantur de muro taliter, ꝙ putredo & immunditia illa non poſsit peruenire ad vias publicas. & qui contrafecerit cadat in pœnam librarum duarum march. toties quoties contrafactum fuerit, communi Ferrariæ applicandam.

De Zardinis & vaſis non tenendis ad feneſtras. XVII.

STATVIMVS & mandamus ꝙ nulla perſona audeat vel præſumat tenere ad feneſtras reſpicienres in vias publicas, zardina, vel vaſa in quibus aliqua plantata, vel ſeminata ſint; nec aliquid aliud appēſum retinere, quod cadendo aliquem lędere poſsit, dummodo prędicta omnia ſint in manifeſto & euidenti periculo cadendi: ſub pœna cuilibet contrafacienti ſolidorum decem marcheſan. communi Ferrariæ applicanda, toties quoties contrafactum fuerit, facta prius ſemel admonitione ſpeciali ac particulari, vt amoueatur. Et nihilominus compelli poſsit ralis contrafaciens per cōſules ſeu Iudices victualium ad remouendum talia zardina vel vaſa vt ſupra.

De porcis diſcurrentibus per ciuitatem. XVIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, poſsit vel audeat tenere porcos euntes vel diſcurrentes per ciuitatem Ferrariæ, vel ligatos ante oſtium domus extra, vel non ligatos; ſub pœna cuilibet contrafacienti ſolidorum decem march. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, & perdendi ipſos porcos, qui fuerint inuenti diſcurrere per ciuitatē: cuius pœnæ medietas communi Ferrarię applicetur, & alia medietas conſulibus ſiue iudicibus ad victualia, & accuſatori, ſi accuſator aderit. & quilibet de populo poſsit accuſare & denuntiare.

Pœna tenentium porcos in ciuitate Ferrariæ vel burgis. XIX.

LICEAT vnicuiq; porcos vel porcas tenere vnum vel plures in ciuitate Ferrariæ & burgis, dummodo intra domū ſuam retineat: ſed ſi porcus vel porca reperti fuerint in platea ciuitatis Ferrarię, vel in ſtrata cōmuni, vel cimiteriis ſeu locis ſacratis, vel aliis locis extra domū; condemnetur retinens pro qualibet vice in ſolidis decem march. & quilibet ſit iuſtus accuſator: & ſecretus tenebitur, ſi voluerit, cuiꝰ dicto

credatur

credatur cum vno teſte fide digno, condemnationis dimidiam habiturus:& nihilominus maſſarij contratarũ teneantur denunciare quoſlibet contrafacientes, ſub pœna ſolidorum xx. march. fiſco applican. & ſi contingeret aliquẽ porcum, vel porcam in locis prædictis exiſtentem interfici, vel aliter lędi ab equo, vel curru, vel quadriga, damnum paſſus omni legũ careat auxilio:& hoc volumus ſemel in anno publicè proclamari.

Quòd fructaroli non poſſint vendere ſuper plateis niſi ad campanile. XX.

STATVIMVS ꝙ omnes fructaroli,& omnes alij vendentes caſtaneas & ficus ſiccos,& confortinos,& ſalciciarij, vel vendentes fruſta porcorum, teneantur vendere & ſtare ad vendendum res prædictas ad apothecas, ſeu habitationes ſuas,& ad alia loca extra plateã: nec poſſint ipſi in alio loco vendere & ſtare ad vendendum ſuper plateis communis Ferrariæ, niſi in loco ſibi conſignato per habentes poteſtatem vel ante faciem campanilis noſtri Epiſcopatus Ferrariæ, incipiendo ab officio bladorum vſq; ad palatiũ calegariorum ciuitatis Ferrariæ: Ita tamen ꝙ iter trãſeuntium illac ante & poſt ipſos non impediatur. poſsint etiam dicti fructaroli vendere & ſtare ad vendendum fructus ſuos ſuper plateola caſtri veteris ciuitatis Ferrarię,& non in alio loco platearum communis Ferrarię.& ſi quis contrafecerit, cadat in pœnã ſolidorum decem march. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit communi Ferrariæ applicandam.

Quòd plateæ ſint omnibus liberæ. XXI.

STATVIMVS, ꝙ plateæ communis Ferrariæ ſint omnibus liberæ & apertę, & pateat copia earum omnibus volentibus vendere in eis; niſi quatenus per ſtatuta noſtra reperiatur aliter diſpoſitum: nec proſit alicui dicere volenti ſe per tempora ſtetiſſe in aliquo loco platearũ communis Ferrarię, & per hoc in eo loco ſtandi ius habere videatur, nec loca ipſarum platearum cõmunis Ferrariæ per ſortem per aliquẽ, vel aliquos in ipſis plateis diuidi poſsint, vt quis intelligatur habere ius in aliqua parte platearum cõmunis Ferrariæ per eũ occupata. Diſponentes ꝙ in die mercati liceat cuilibet vendere,& tenere ad vendẽdum merces ſuas ſuper plateis communis Ferrariæ, niſi quatenus repe riatur per ſtatuta noſtra prohibitum.

OO De

De apothecis non tenendis ſuper plateis niſi in die fori. XXII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ nulla perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat tenere apothecam, ſtationem, aut aliquod aliud ędificium ſuper plateis cõmunis Ferrarię, niſi in die mercati & fori generalis: & ſi contrafactum fuerit, cadat talis contrafaciens in pœnam ſolidorum viginti march. pro qualibet vice communi Ferrariæ applicandam.

De ſecuritate præſtanda per campſores ciuitatis Ferrariæ. XXIII.

STATVIMVS & mandamus, quòd quælibet particularis ſocietas numulariorum ſiue campſorum, aut quilibet campſor, qui ſocietatẽ non habeat cum aliquo in ciuitate Ferrariæ, qui ſit tamen magiſter, vel ſuperior in apotheca, vel trafico ſuo; teneatur & debeat præſtare ad officium conſulis victualium ciuitatis Ferrarię bonam & idoneam ſecuritatem trium millium librarum marc. approbatam per maſſariã & conſules dictæ artis campſorum cum eorum iuramento, ita tamen ꝙ non teneantur de ſuo; & de ſoluendis & fideliter reſtituendis alienis pecunijs, ſiue alijs rebus mobilibus, quæ ad manus eorum peruenerint. & de ſatisfaciendis omnibus debitis per eos contractis occaſione dictæ artis, & de exercendo artem ſuam, ſeu officium campſorię fideliter & legaliter abſque fraude & dolo aliquo. & aliter non permittatur aliquis, nec poſsit dictam artem campſoriæ exercere, niſi præſtita ſecuritate prædicta: quam quidem ſecuritatem præſtare teneantur ſingulis ſex menſibus in principio infra octo dies. & ei qui dictam ſecuritatem non præſtiterit, intelligatur interdictum eſſe vigore pręſentis ſtatuti, donec eam ſecuritatem præſtiterit, exercitiũ dictæ artis cãpſoriæ. & poſsint & debeant officiales conſulis, & maſſarius & conſules dictæ artis, & quilibet eorum claudere & claudi facere apothecas & tabulas eius: & nihilominus cadat in pœnam quinquaginta ducatorum aureorum communi Ferrariæ applicandam: & ad quam pœnam exigendam poſsint conſules, ſiue Iudices ad victualia, vel alter eorum procedere & punire circumſcripto omni iuris & ſtatutorum ordine, & lucrentur ſextam partem.

Quòd

Quòd omnes artifices exerceant ſuas artes bene & legaliter, & fideiubeant. XXIIII.

STATVIMVS ꝙ omnes & ſinguli artifices,& exercentes aliquod magiſterium in ciuitate Ferrarię, vel burgis,teneantur bene & legaliter ſine dolo & fraude aliqua,& cum omni ſinceritate & fide facere & exercere ſuas artes & exercitia, vel magiſteria : & ſi contrafecerint poſsint & debeant conſules,ſiue Iudices ad victualia contra eos inquirere,& inuentiones facere, cognoſcere,& punire tam ex officio ſuo q̄ ad inſtantiam partium. & quilibet de populo poſsit accuſare & denuntiare, & tenebitur in ſecreto, ſi voluerit. Decernentes quòd prædicti artifices & exercentes aliquod magiſterium vt ſupra, teneantur & debeant præſtare idoneam fideiuſsionem & ſecuritatem ad officium conſulis, prout & quatenus expreſſum reperietur per ſtatuta noſtra. Volentes quòd ſi is,qui tenetur pręſtare fideiuſsionem,ſeu ſecuritatem, velit & cum effectu offerat ſecuritatē & ſolidos duos mar. aut id quod ſolitum eſt ſolui pro ea recipienda notario deputato ad illam recipiendam;teneatur illam recipere ſtatim & ſine aliqua dilatione,nec poſsit illam recuſare,ſi fuerit ſufficiens,ex eo ꝙ non ſoluerit ecclesiolam,vel aliquod aliud ſoluēdum ex quacunq; alia cauſa:& ſi prędictus notarius contrafecerit,cadat ipſo iure in pœnam ſolidorum xl. march.communi Ferrariæ applicandam, & nihilominus teneatur ad omne damnū & intereſſe cuiuſlibet, ac ſi fuiſſet fideiuſſor illius, cuius ſecuritatem recipere recuſauerit,vel denegauerit, & ad omne damnū & intereſſe ipſius volentis præſtare fideiuſsionem. & teneatur à quocunque ſoluente pro fideiuſsione præſtanda, recipere fideiuſsionē: & ſi receperit ſolutionem & non fideiuſsionem,cadat in pœnam librarū quinque march. & teneatur ad omne damnum & intereſſe cuiuslibet ac ſi ipſe notarius fideiuſſor extitiſſet.teneaturq; cuilibet ſoluenti facere bullettinum de ſolutione recepta, ſub pœna prædicta. & prædictæ pœnæ dimidiam lucretur accuſator, vel denuntiator, vel Iudex qui mulctauerit ſeu condemnauerit.

De pœna officialium conſulis non cogentium præſtare debentes fideiuſsiones,& de non præſtantibus publicandis. XXV.

STATVIMVS ꝙ officiales conſulis teneantur omni ſtudio & diligentia cogere & compellere omnes illos, qui præſtare tenentur ſecuri-

tates ſuas ad prædictum officium conſulis, quòd præſtent & dent ſuas ſecuritates, & ſi non dederint, illos condemnare ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum. & teneātur etiam prædicti officiales conſulis, non præſtantes ſecuritates ſuas elapſo menſe, quo præſtare debeāt, publicari facere per bannitorem communis Ferrariæ ad feneſtras palatij communis Ferrariç, ac etiam eos deſcribi facere in vna tabula, quæ teneatur apud prędictum officiū eo modo, quo tenetur tabula in qua deſcripti ſunt habentes ſaluumconductum. & ſi ipſi officiales fuerint negligentes, teneantur ad damnum & intereſſe, cuius interfuerit.

Quòd collegia artium teneantur habere in ſcriptis ſtatuta omnia ſpectantia ad artes ſuas. XXVI.

STATVIMVS quod omnes artes, ſiue collegia artium teneantur, & debeant habere in ſcriptis omnia ſtatuta & ordinamenta ſpectantia, & pertinentia ad artes ſuas: & illa in principio anni maſſarius creatus pro illo anno, teneatur legere, vel legi facere, & publicari omnibus & ſingulis de arte ſua: & ſi contrafactum fuerit, ars ipſa cadat in pœnam librarum decem march. & maſſarius librarum quinque march. communi Ferrariæ applicandam. & conſules, ſiue Iudices ad victualia debeant inquirere & punire vt ſupra.

Quòd hortulani non dimittant immunditias in plateis. XXVII.

STATVIMVS quod omnes & ſinguli hortulani, vel hortulanæ, vel alij vēdentes herbas, vel alias res, occaſione quarum poſsint immunditiæ deponi & dimitti in plateis communis Ferrariç, teneantur & debeāt eodem die exportare, vel exportari facere omnes ſuas immunditias herbarum, vel aliarum rerum, ex ipſis rebus ad vendendum adductis factas, aut deſcendentes; ſub pœna ſolidorum quinque march. communi Ferrariæ applicanda. Quæ omnia non vendicent ſibi locum in die fori vel mercati ſupradicti.

De ſalario Proxenetarum. XXVIII.

STATVIMVS & ordinamus, quòd Proxenetæ, ſiue meſſetti non poſſint, nec audeāt recipere pro ſuo ſalario, vel mercede pro mercatis concluſis per ipſos, niſi ſecundum formam, & taxam infraſcriptam,

&

& nihil amplius directè, vel indirectè, etiam a ſponte dantibus, nec aliquod pactum, conuentio, vel promiſsio in contrarium valeat, aut teneat. Volentes q́ nullus dicatur meſſettus, aut proxeneta vt poſsit exigere ſalarium, vel mercedem niſi fuerit deſcriptus, & approbatus pro meſſetto per Iudicẽ duodecim ſapientũ ciuitatis Ferrariȩ. Quod ſalarium, vel quam mercedem recipiat ab vtraq; parte pro dimidia, ni ſi aliter actum,& conuentum fuerit à quo percipere debeat. Et ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam ducatorum decem auri applicandorũ maſſariȩ cõmunis Ferr. pro dimidia,& pro alia dimidia accuſatori: & quilibet poſsit eſſe accuſator, & denuntiator: in quã pœnam ẽt incur rat qui dederit,& ſoluerit aliquid vltra,& quod vltra perceperit teneã tur reſtituere ipſe meſſettus,nõ obſtante aliquo iuramento, quod prȩſumatur dolo prȩſtitũ:de mercato facto,& perfecto per ipſos in contra ctibus vel quaſi,aut alijs quibuſcunq; negotijs,percipiant,& percipere poſsint,ac debeant ipſi meſſetti,ſeu proxenetȩ vnũ pro centenario vſq; ad ſummam quingentarum librarum,& ad rationẽ centenarij. Abinde ſupra, remanente firmo prædicto ſalario,percipiant medium pro centenario vſque quo ſalarium eorum aſcendat ad ſummam librarum vigintiquinq; march.vltra quam ſummã nihil percipere poſsint quan tacunq; fuerit quantitas precij,vel mercati. Adijcientes quòd ſi proxenetæ,vel meſſetti fuerint cauſa, vel dederint principium alicui con tractui, tractatui,vel mercato,& fuerit dictum mercatum perfectum, vel concluſum per ipſas partes, vel per alium ſine dicto meſſetto, vel proxeneta,ſi id factum fuerit in fraudem,& ad excludendum prædictum meſſettum, vel proxenetam à mercede ſua; tunc ei ſoluatur, ac ſi mercatum concluſum eſſet per eum:ſed ſi nulla fraus interuenerit,ſed bona fide per partes ipſas, vel per alium fuerit mercatum concluſum, quod volumus eſſe in arbitrio Iudicis,ſoluatur meſſetto,ſeu proxenetȩ,prout Iudici videbitur conſiderato labore,induſtria,& qualitate,ac quãtitãte mercati,& tractatus. Si vero nullum mercatum concluſum fuerit,nihil omnino percipiat.

De ſalario bannitorum. XXIX.

BANNITORES communis Ferrariæ recipiant pro ſubhaſtatione rerum mobilium octo denarios pro libra, & ad rationem libræ in toto tum; videlicet ab vtraq; parte dimidiam vſq; ad libras quinquaginta, à quinquaginta libris vſq; ad centũ,& abinde ſupra denarios ſex pro eo

pluri precio, quo res vendita fuerit, vel legitimo tempore ſubhaſtata. Et teneātur dictas res ſubhaſtare per tres dies. Pro ſubhaſtando autē res immobiles, vel quæ loco immobilium habentur, pro qualibet ſubhaſtatione perfecta ſecundum ordinem ſtatutorum noſtrorum percipiant ſolidos quadraginta march. & ſi non perficiatur aliquo caſu, percipiant ad ratā temporis, & pro mutis dictarum ſubhaſtationum ſolidos ſex march. Pro cridis vero rerum acquiſitarum recipiant à libris centum infra ſolidos quinque march. Abinde ſupra vſque ad libras mille march. ſolidos duos pro centenario. Abinde ſupra quotquot ſint habeant in totum ſolidos vigintiquinque mar. Pro quolibet banno ad officium maleficiorum percipiant ſolidum vnum march. Pro quolibet banno à notarijs maleficiorum, qui poſsint exigere ab ipſo bānito poſtquam ſoluerint, & pro qualibet alia crida facta in palatio, vel ad feneſtras ad inſtantiā alicuius, percipiant ſolidos quatuor mar. & non plus. Adijcientes tamen ꝙ dicti bannitores, quibus eſt conſtitutum ſalarium per commune Ferrariæ, teneantur, & debeant facere omnes cridas occurrētes fieri pro communi Ferrarię, & pro omnibus alijs officijs, ſeu officialibus publicis, quæ ſpectant, & pertinent ad eorum officia, ſine mercede aliqua vltra prædictum ſalarium ſibi conſtitutum à dicto communi. & ſi dicti bannitores facere recuſauerint requiſiti à prædictis officialibus, vel aliquid acceperint vltra dictum eorum ſalarium, cadant in pœnam librarum trium march. dicto cōmuni applicandam, & indebitè exactum reſtituant.

De mercedibus operariorum diurnis: & primo de mercede magiſtrorum lignaminum aptantium vegetes, galaſaſiorum, marangonorum, muratorum, & ſimilium. XXX.

NE operarij digna mercede fraudentur, & ne vltra debitum extorqueant: Statuimus quòd omnes & ſinguli magiſtri lignaminū, & aptātes vegetes & vaſſellos, galaſaſij, marangoni, muratores, coopertores domorum & ſecatores lignaminis, non audeant, vel pręſumant à Kalendis menſis Octobris, vſque ad Kalendas menſis Martij excluſiuè pro ſuis magiſterijs, labore & mercede, à quacunque perſona ipſos conducente accipere niſi ſolidos ſex march. quolibet die, expenſis conducentis, ſiue laborari facientis. Et à Kalendis menſis Martij, vſque ad Kalendas menſis Octobris excluſiuè ſolidos octo march. expenſis

penſis conducentis ſiue laborari facientis:expenſis vero ipſorum magiſtrorum non poſſint percipere à kalendis menſis Octobris vſque ad kalendas menſis Martij niſi ſolidos octo march. & à kalendis menſis Martij vſque ad kalendas Octobris ſolidos decem march. nec valeat pactum, ſiue conuentio de pluri dando: & ſi datum & ſolutum fuerit repeti poſſit: ſub pœna cuilibet contrafacienti tam recipienti quam ſoluenti vltra dictum modum quadraginta ſolidorum marc. pro quolibet & qualibet vice. & teneantur ipſi requiſiti laborare perſonis eos requirẽtibus, ſuprafcriptis temporibus pro prædictis mercedibus, niſi occupati fuerint ad alia laboreria pro eiſdẽ precijs, vel aliquo alio iuſto impedimento: pœna cuicunq; recuſanti centum ſolidorum marc. pro quolibet & qualibet vice, etiam ſi pluries ab vna perſona fuerint ipſi requiſiti, & de eodem laborerio. quarum pœnarum dimidia applicetur communi Ferrariæ, alia dimidia accuſatori, vel inuentori. Garzoni vero apti & inſtructi ad laborandum ſolum percipere poſſint duas partes ex tribus, alij vero minus inſtructi dimidiam eius quod ſupra taxatum eſt magiſtris, eiſdem modo & forma de quibus ſupra.

De maltarolis ſeruientibus pro murando. *XXXI.*

STATVIMVS q maltaroli, ſeu manuales ſeruientes pro murando nõ poſſint, nec debeant habere, nec recipere à dictis kalendis Octobris vſque ad kalendas menſis Martij quolibet die pro ſua mercede, niſi quartuor march. expenſis conducentis, vel laborari facientis: & à kalendis menſis marrij, vſque ad ad kalendas menſis octobris excluſiuè ſolidos quinque march. expenſis conducentis, vel laborari facientis: expenſis vero ipſorum manualium, percipiant ſolidos duos plus: pœna cuilibet contrafacienti tam recipienti quam ſoluenti vltra modũ prædictum viginti ſolidorum marc. pro quolibet & qualibet vice, applicanda vt ſupra in magiſtris dictum eſt. Et teneãtur requiſiti laborare, nec valeat pactum, vel conuentio in omnibus & per omnia vt ſupra diximus in magiſtris.

De caraterijs & careZatoribus & fachinis exonerantibus, & eorum mercedibus. *XXXII.*

STATVIMVS & ordinamus, q carateríj ſiue carezatores non poſſint habere, nec accipere pro eorum mercede, niſi per modum infraſcriptum,

ſcriptum,ſub pœna tam recipienti q̃ ſoluenti ſolidorum quadraginta march. nec valeat pactum vel conuentio de pluri, & ſi aliquid plus ſolutum fuerit repeti poſsit:& teneantur ipſi requiſiti ſeruire & carezare omnibus eos requirentibus ſub pœna prædicta, niſi aliquo iuſto impedimēto fuerint impediti,quod ſit in arbitrio Iudicū ad victualia. Quarum pœnarum tertia pars applicetur communi Ferrarię, tertia ipſis Iudicibus, alia tertia accuſatori ſiue denuntiatori, & ſtetur iuramento ſoluentis,attenta qualitate & conditione perſonæ,prout dictis iudicibus videbitur:& quilibet de populo poſsit eſſe accuſator & denuntiator,videlicet. In primis ꝙ carateríj ſiue carezatores conducendo vel carezando caſtellatam vini, vel vuæ, habeant & percipiant periculo conducentis de quolibet carezio, à loco diſtante à ciuitate Ferrariæ infra tria milliaria,vel circa,ad ciuitatem Ferrariæ vel burgos,ſolidos xij. march. abinde ſupra vſque ad octo milliaria pro quolibet milliari ſolidos duos marcheſ. abinde vero ſupra ſolidum vnum pro quolibet milliari,firmis ſemper remanentibus dictis ſolidis duodecim. De quolibet autem carezio ſiue curru bladi, fœni, paleæ, ſtraminis ſeu lignorum ab igne & aliarum rerum,habeant & percipiant à loco diſtanti à ciuitate Ferrariæ per milliaria tria & infra,pro conducendo ad ciuitatem Ferrariæ ſolidos octo march. & non vltra: abinde vero ſupra habeant pro quolibet milliari ſolidum vnum march.firmis remanētibus dictis ſolidis octo, ſub pœna prædicta vt ſupra applicandą, in quam incurrant tam plus dantes,q̃ accipientes,etiam à ſponte dantibus. Quòd ſi carezabunt vinum, vel vuas cum caſtellatis, à ripa Padi vſq; ad domos quarumlibet perſonarum habitantium intra ciuitatem Ferrariæ, habeant & percipiant pro qualibet caſtellata conducta per ipſos per totam vrbem veterem ſolidos octo,per terram vero nouam ſolidos nouem march. Extrahentes vero vina vel vuas de nauibus & vaſis, & ipſa portantes ſuper curribus in caſtellatis, habeant & percipiāt pro qualibet caſtellata cum corbe ſuo,ſolidum vnū marc. cum dimidio:corbulatores autem ſiue ij qui portabunt de curru ad tinacium vel ad aliud vas pro exonerando caſtellatam, habeant & percipiant pro qualibet caſtellata cum corbe ſuo etiam ſolidum vnum cum dimidio march. Portitores vero portantes vinum vel vuas de naui ad domos ciuium intra ciuitatem Ferrariæ cum maſtellis magnis, habeant & percipiant pro qualibet caſtellata & ad rationem caſtellatę ſolidos ſex march.& non vltra. Itē ſi prædicti carateríj carezabunt caratellos cum vino,à ripa Padi in ciuitatem Ferrarię vel e contra,per totam terram

ram veterem habeant & percipiant pro quolibet caratello vini à ma ſtellis ſex infra, ſolidum vnum cũ dimidio: abinde ſupra ſolidos duos cum dimidio: per terram vero nouam habeant denarios ſex vltra prædictam taxam quolibet dictorum caſuum. Fachini vero extrahentes illos de naui, & ponentes ſuper curru, & deinde ex eo ſuper tapis in domibus ciuium, vel e cõtra extrahentes de domibus & onerantes ſuper curribus, & deinde ponentes in naui, tantum percipiant quantum ſupra taxatum eſt carraterijs per terram veterem & nõ vltra, ſub pœnis, ac modo & forma ſupradictis. Itẽ dicti carraterij, ſeu carezatores percipiant pro quolibet modio bladi & ad rationem modij ſolidum vnũ march. per totam terram veterem: per terram vero nouam ſolidum vnum & denarios quatuor march. & fachini extrahentes illud de naui, & ponentes ſuper curru, & deinde in granatio, percipiant ſolidum vnum pro quolibet modio. Exonerantes autem ſolum currus bladorum, & portantes blada ſuper granarijs ciuium, habeant & percipiant pro modio & ad rationem modij denarios ſex & non vltra ab vno modio ſupra: abinde vero infra pro quolibet ſacco denarios duos & non vltra; & hoc niſi aſcendant pro reponendo blada vltra primũ ſolariũ aliàs pro quolibet ſolario vltra prædictum addatur mercedi prędictæ denarius vnus pro quolibet ſacco, & non vltra ſub pœnis, & modo ac forma quibus ſupra. Item prædicti carraterij ſiue carezatores habeãt & percipiant pro quolibet curru lignorum ab igne bene onerato arbitrio boni viri, à ripa Padi per totam terrã veterem ſolidos duos & denarios ſex march. & non vltra: per terram vero nouam, ſolidos tres & denarios quatuor march. & non vltra. Fachini vero reponentes ligna prædicta in domibus ciuium, percipiant pro quolibet curru ſolidum vnum march. & non vltra, & tantumdem etiam recipiant extrahẽtes ligna de naui & ponentes ſuper curribus: ꝙ ſi non extraherẽt de naui, ſed ſolum de terra ponerẽt ſuper curru, percipiãt denarios ſex march. pro quolibet curru, & non vltra. Pro qualibet vero ſoga lignorum ab igne percipiant fachini denarios octo, & non vltra mẽſurando ad ſogam. & in omnibus prædictis caſibus teneantur fachini ſub mercede prædicta ad omnem inſtantiam ſoluentis eam ſibi numerare ligna cu iuſcunque qualitatis fideliter & ſine dolo cum eorũ ſacramento. Prohibentes carraterijs & fachinis prædictis ne in ſolutũ accipere poſſint pro mercede ſua quantitatem aliquã lignorum, quę conducerent, vel reponerent; ſub pœna ſolidorum quadraginta march. pro quolibet curru, vt ſupra applicanda. Itẽ prædicti carraterij pro quolibet curru

fœni

fœni, vel paleæ percipiant à ripa Padi per totam vrbem veterem ſolidos quatuor march. per vrbem vero nouam ſolidos quinq; marcheſ. & non vltra. Fachini autem qui fœnum, vel paleam è naui poſuerint ſuper curribus, habeant ſolidum vnum march. pro quolibet curru, & alium ſolidum habeant qui e curru exonerantes reponunt ſuper tegetibus, vel alibi in domibus ciuium, & non vltra, ſub pœna prædicta vt ſupra applicãda. Et fachini, qui requiſiti recuſauerint operam ſuam in prædictis, vel quolibet prædictorum præſtare, cadant in eãdem pœnã vt ſupra applicãdam: pro cuius ſolutione liceat Iudicibus ad victualia eos in vnoquoq; caſuum prædictorum carcerari facere, donec eã ſoluerint, vbi hoc eis videbitur expedire. Item prędicti carraterij habeãt & percipiãt pro quolibet milliario lapidum, à ripa Padi per totam terram veterem, onerando etiã & exonerando eos, ſolidos ſeptem marc. per terram vero nouam percipere poſsint ſolidos nouem marcheſ. A fornace vero in ciuitatem, habeant & percipiãt ſolidos duos marc. vltra ſupradictam taxam. Itẽ habeant pro quolibet modio calcis, à ripa Padi per totam terram veterẽ ſolidos duos march. per terrã autem nouam ſolidos duos cum dimidio: a fornace autem in ciuitatem percipiant ſolidum vnum vltra ſupradictam taxam. Item habeãt pro quolibet curru ſabloni ſeu arenæ per totam terram veterem, ſolidos duos cum dimidio: per terram vero nouam ſolidos tres march. & non vltra. Declarantes currum ſabloni ſeu caretam acceptam in ripa Padi, nõ poſſe vendi vltra ſolidos duos cum dimidio: cariolam vero dicti ſabloni vt ſupra acceptam denarijs ſex tantum vendi poſse & non vltra: ſub pœna librarum quinq; quoties contrafactũ erit, pro tertia maſſariæ communis Ferrariæ, pro tertia Iudicibus ad victualia, & pro alia tertia accuſatori ſeu denuntiatori applicanda. De alijs autem rebus carraterij percipiant pro quolibet caregio rationabiliter onerato ſolidos duos cum dimidio, & nõ vltra, ſub pœna prædicta. Adijciẽtes ꝙ in prædictis & quolibet prædictorum, conſiderata diſtantia loci, & qualitate rerum, loci & temporis, ac etiam in caſibus omiſsis quibuſcunq; ſolui poſsit & debeat plus & minus pro arbitrio dictorum conſulum ad victualia, quorum conſcientiam oneramus. Carraterij vero qui cõducunt perſonas & bona à Ferraria Francolinũ & è contra, nõ audeãt à Kalendis Martij vſq; ad Kalendas Octobris, accipere pro qualibet perſona conducenda vel vehenda ſuper caretis ſuis, quæ ſit ſubdita Illuſtriſsimo domino noſtro Duci, vltra ſolidos tres march. à Kalendis autem Octobris vſq; ad Kalendas Martij, ſolidos quinque march. &

non

non vltra pro qualibet perſona vt ſupra. Ab alijs vero perſonis foren ſibus poſsint accipere ſolidum vnum vltra ſupradictam taxam & non vltra: ſub pœna librarum quinque march. pro tertia communi Ferrarię & pro tertia accuſatori & pro alia tertia Poteſtati Francolini exequenti pręſens ſtatutũ: ſub qua pœna teneantur ēt recedere a Francolino pro veniendo Ferrariam vel e contra cum caretis ſuis, omni vicę & quandocunque habuerint octo perſonas conducēdas pro qualibet careta, vel ab vna ſeu duabus aut tribus perſonis habuerint ſolidos vigintiquatuor tempore æſtiuo, & ſolidos quadraginta tēpore hiemali pro qualibet caretta, ſi illę perſonæ fuerint ſubditæ, vel ſolidos xxxij. tempore æſtiuo, & ſolidos xlviij. tempore hiemali ſi fuerint forenſes & non ſubditi. Declarantes ꝙ nullus carraterius audeat vel pręſumat ſub pœna prædicta vt ſupra applicanda, facere currere carettas cum equis, vel equos ſine carettis per vias publicas ciuitatis Ferr. & eius burgorum, nec conducere carettas niſi per medium viarum publica rum ciuitatis Ferrariæ, neq; etiam audeat ire ſeu ſtare in carettis conducendo carettas per ciuitatē. Similiter nullus carraterius audeat ſub prædicta pœna portare ſeu habere rotas ferratas caretis ſuis, nec in eis rotis laminas ferreas ſeu clauos aliquos habere & tenere. Poſsint tamen nobiles & ciues Ferrariæ habere, & tenere rotas ferratas, ſeu laminas ferreas, aut clauos habentes in caretis ſuis deputatis pro vehen dis perſonis, & pro cōducendis rebus proprijs ipſorũ tenentiũ caretas dũmodo caretæ ipſę cũ equis quibus vehuntur, ſint proprię ipſorũ nobiliũ aut ciuium, & in domibus eorum ſtent & habitent carraterij dictarum caretarũ, ad eorum nobiliũ ſeu ciuium panem & vinũ; & dum modo dictę caretę non laborent, niſi pro dictis ſuis patronis & nō pro alijs: ſub pœna cuilibet contrafacienti in pręditis, vel quolibet eorũ ſolidorum quadraginta qualibet vice vt ſupra applicanda.

De mercede nautarum Ferrariæ, & Francolini. *XXXIII.*

STATVIMVS ꝙ nautæ ſeu barcaroli laborantes ad Padum Ferrarię & eius diſtrictus, non poſsint, audeant vel pręſumant laborando (vt dicitur) ad poſtam alicuius accipere pro eorum mercede ſeu viatico, vltra ſolidum vnum march. cum dimidio pro quolibet milliari, & ad rationem milliarij, eundo deorſum per padum, & totidem pro redeũdo ſurſum, laborando & nauigando cum duobus remis vſq; ad quattuor millia tm̄. abinde vero ſupra ſolidũ vnum pro quolibet milliari.

Item

Item pro tranſuehendo perſonas ab vna ripa Padi ad aliam, non poſſint accipere pro qualibet perſona niſi denarium vnum: pro traſuehẽdo autem lapides, tegulas aut calcem, percipere poſsint pro quolibet milliario lapidum ſolidos quatuor march. pro quolibet autem millia rio tegularum, ſolidos quinq; march. pro quolibet vero modio calcis ſolidum vnum & denarios ſex march. & non vltra: ſub pœna cuilibet contrafacienti in quolibet prędictorũ ſolidorum quadraginta march. pro qualibet vice, applicandorum pro tertia maſſariæ communis Ferrariæ, pro tertia accuſatori ſeu inuentori, & pro tertia conſulibus ad victualia. Et requiſiti teneantur prædicti nautæ & barcaroli laborare, & ſeruire pro ſupradictis pretijs, ſub pœna cuilibet recuſanti librar. trium march. vt ſupra applicanda. Nautæ vero, ſeu barcaroli laborantes ad portum Francolini nõ poſsint, nec audeant accipere à qualibet perſona ſubdita Illuſtriſsimo domino noſtro Duci pro cõducendo eã à Francolino ad vrbem Venetiarum, ſeu Venetijs Francolinum vltra ſolidos decem marc. ſub pœna librarum decem march. pro qualibet vice fuerit contrafactum, pro tertia maſſarię communis Ferrariæ, pro tertia accuſatori, & pro tertia Poteſtati Francolini applicanda. qui Poteſtas in eandem pœnam cadat, quoties requiſitus non faciet prędicta obſeruari à nautis prædictis, & eo caſu tertia pars pœnę vt ſupra ſibi applicata applicetur arti nautarum.

De mercede aptantium vaſſellos & tinacios, ac ſtellantium Zochos. *XXXIII.*

APTANTES vegetes, vaſſellos, & tinacios, qui non laborant ad operam ſed ad ſummam, non poſsint, audeant vel præſumant accipere pro ſua mercede, aptando arbitrio boni viri quamlibet vegetem, ſeu vaſſellum, qui, vel quæ non excedat capacitatem maſtellorum quatuordecim, vltra ſolidum vnum marcheſ. abinde ſupra accipere poſſint ſolidum vnum & denarios duos marcheſ. pro quolibet & non vltra: pro aptandis vero tinacijs vnius caſtellatæ tantum, accipere poſſint ſolidos duos marcheſ. & non vltra: abinde ſupra ſolidos tres pro quolibet, ſub pœna ſolidorum quadraginta pro qualibet vice fuerit in prædictis & quolibet eorum contrafactum, applicanda pro tertia maſſariæ communis Ferrariæ, pro tertia accuſatori, & pro tertia conſulibus ad victualia. In quã pœnam ẽt incidant fachini, ſeu alij ſtellantes zochos aut ligna, qui auſi fuerint in ciuitate Ferrariæ vel eius burgis,

accipere

accipere vltra ſolidos quinque march. pro qualibet die, qua ipſi laborauerint pro ſtellando zoccos, aut ligna, expenſis eius pro quo laborabunt. Et prædicti omnes & ſinguli in eandem pœnam cadant quoties requiſiti laborare pro mercedibus prædictis noluerint, vt ſupra etiam applicandam.

De mercede aſinariorum conducentium blada, aquam padi, aut lapides. XXXV.

ASinarii conducentes blada non poſsint pro eorum mercede accipere pro quolibet ſacco bladi ſtariorum quatuor, quocunq; blado fuerit plenus, vltra denarios ſex marc. accipiẽdo eum ad ripã Padi ſeu ad aliquod granarium, & conducendo per terrã veterẽ; conducendo aũt per terram nouam denarios octo & nõ vltra percipere poſsint ſub pœna ſolidorum xl. march. vt ſupra applic. inſaccando ſemper dictum frumentum & blada, & illud ponendo ſuper aſinis, & reponẽdo in granarijs ciuium, vel in nauibus. Aſinarij vero qui conducunt aquã padi, pro qualibet ſoma aquę, quę ſit capacitatis vnius maſtelli, nõ audeant accipere à die primo Aprilis, vſq; per totam diem xiiij. Auguſti per terram veterem, vltra denarios tres pro ſoma, & per terram nouã vltra denarios quatuor. A die vero xv. Auguſti, vſque per totum menſem Martij, non audeant accipere per terram veterem vltra denarios quattuor, & per terrã nouam vltra denarios quinque pro qualibet ſoma, ſub pœna ſolidorum quadraginta, vt ſupra applican. Et teneãtur dicti aſinarij ſub pœna prædicta requiſiti à quocunque, eidem aquam conducere pro mercede prędicta: & nihilominus recuſantes ſi aquam habuerint in barilis, liceat cuicunque eam accipere etiam contra voluntatem eorum, ſoluendo eis mercedem vt ſupra taxatam. Aſinarij vero conducentes lapides, accipere poſsint pro quolibet milliari lapidum à ripa Padi per terram veterem conducendo, ſolidos ſeptem march. per terram autem nouam ſolidos octo march. & non vltra ſub pœna prædicta vt ſupra applicanda.

De mercede cariolariorum, cribellatorum & fornariorum coquentium panem. XXXVI.

CAriolarij pro qualibet cariola onuſta ſtariorum quinque calcis, aut lapidum, tegularum, ſabloni, & cuiuſcunq; alterius qualitatis

rerum acceptarum ad ripam padi, & conducendarum per terram veterem vel econtra, non audeant accipere vltra denarios octo march. per terram vero nouam, vltra denarios decem marcheſ. pro quolibet autem ſolido lignorum ab igne, accepto in ripa Padi & conducendo per terram veterem, denarios duos & non vltra, & per terram nouam denarios tres & nõ vltra, ſub pœna ſolidorum quadraginta marcheſ. vt ſupra applicanda: in quam etiam incidant quoties requiſiti laborare cum cariolis ſuis cuicunque noluerint aut recuſauerint. Cribellatores vero bladorum pro primo cribello dando computata mercede porrigentis ſibi bladum, habeant pro quolibet modio frumenti ſolidum vnum & denarios ſex march. & vltra primum, habeant pro quolibet cribello ſolidum vnum march. dummodo mundent dicta blada arbitrio boni viri. Si vero dicti cribellatores conducerentur ad pręſtãdas operas diurnas pro cribellando, percipiant quolibet die ſolidos decem march. expenſis conducentis. Porrigentes autem frumentum ſolidos quinq; march. expenſis ſimiliter conducentis, & hoc à kalendis Martij vſq; per totum menſem Septembris; à kalendis autem Octobris vſq; ad kalẽdas Martij, percipiãt cribellatores ſolidos octo marc. expenſis conducentis: porrigentes autem frumentum ſolidos quatuor march. expenſis ipſius conducentis: nec vltra prædictam taxam quicquam poſſint accipere in aliquo caſuum prædictorum, ſub pœna prædicta, in quam etiam incurrant, ſi requiſiti laborare recuſauerint. Fornarij autem coquentes alijs panem, pro qualibet quarta panis quem coquent in ſuis furnis, habeant denarios tres march. & non vltra, dummodo panis ſit coctus arbitrio boni viri, & non aduſtus nec aliter minus bene coctus; & dummodo iuerint ad denuntiandam horam qua fieri debet panis, & deinde ad eum accipiẽdum iuerint, & demum reportauerint ad domos ciuium iuxta conſuetum; ſub pœna prædicta cuilibet contrafacienti, in quam vt ſupra incurrant quoties requiſiti operam ſuam recuſauerint.

De mercede mareſcalchorum & morſariorum. *XXXVII.*

MARESCALCHI ciuitatis Ferrariæ, & eius diſtrictus pro quolibet ferro nouo ab equo, vel mulo, ſeu mula in operam poſito, non poſſint accipere vltra ſolidos duos marcheſanos; pro ferro vero ab aſino nouo & in operam poſito, vltra ſolidum vnum & denarios duos marcheſanos, reſtituendo ſemper ferrum vetus dominis equorum, mularum,

mularum & aſinorum; pro remittendo vero non poſſint pro quolibet pede equi, muli, vel mulæ remittendo, accipere vltra denarios octo march. pro quolibet vero pede aſini remittendo denarios ſex march. ſub pœna prædicta, in quam etiam requiſiti incurrant ſi ſeruire recuſauerint. Statuentes ſimiliter ꝙ morſarij ciuitatis & diſtrictus Ferrarię non audeant ſub prædicta pœna ſolidorum quadraginta march. vt ſupra applicanda toties quoties contrafecerint, vendere ſtaphas, morſus, ſtreggias, calcaria, & alia laboreria ad artem ſuam pertinentia, vltra precia vt infra limitanda, videlicet. Morſus cõmunes paruos cuiuſcunq; ſortis imboccaturę ſolidis viginti marc. niſi eſſent cum guardis, borzonis, annulis, cadenelis laborati, quos vendere poſſint ſolidis vigintiquinq;. Morſus vero magnos pro corſerijs cuiuſcunq; ſortis ſolidis xxx. march. Staphas duplices magnas ſtagnatas, ſeu inuernicatas ſolidis xxiiij. Staphas vero à dozena magnas ſolidis xv. march. paruas autem à dozena ſolidis decem march. Calcaria non laborata, ſed ſolum ſtagnata, aut inuernicata ſolidis xv. laborata vero per manus dictorum morſariorum ſolidis xxiiij. Streggias duplices ſolidis octo, ſimplices vero ſolidis ſex march. & non vltra.

De mercede brentatorum & trauaſantium vina. XXXVIII.

BRentatores non audeant pro quolibet maſtello vini opera eorum vendito recipere à venditoribus vltra denarios tres march. ab emptoribus vero pro portatura ſua ad domos eorum, vltra ſolidum vnũ march. per totam terram veterem, ab ea etiam conducendo ad padum, vel e contra: à pado autem per terram nouam vel e contra ſolidum vnum & denarios duos march. ſub pœna ſolidorum quadraginta vt ſupra applicanda, in quam incurrant etiam recuſantes operas ſuas præſtare. Façhini vero & alij quicunq; trauaſantes vinum lauando & intapando vaſa habeant pro quolibet caratello capacitatis maſtellorum duodecim, & infra ſolidos duos march. abinde vero ſupra denarios duos pro quolibet maſtello & non vltra: ſub pœna prædicta in quam etiam ſi requiſiti ſeruire recuſauerint, incidant ipſo iure.

De mercede fachinorum & portitorum. XXXIX.

STATVIMVS quòd fachini, ſeu portitores nõ poſſint habere nec percipere pro mercede & viatico eorum, niſi per infraſcriptum modũ

videlicet,ſi portarent aliquam rem ponderis librarum viginti vel infra,à plateis communis Ferrariæ verſus extremitates ciuitatis per longitudinem vſque ad dimidium itineris, percipiant vnum quatrenum. Abinde vltra vſq; ad dictas extremitates quatrenos duos. A plateis vero vſque ad portum Padi incluſiuè, & ex oppoſito ad extremitatem ciuitatis per latitudinem, percipiant ſimiliter quatrenum vnum. Si autem res portanda excederet pondus librarum viginti vſq; ad libras quinquaginta,percipiant mercedem duplicatam,à libris quinquaginta ſupra triplicatam,triplicando ſimplum. Si vero a portu padi vel ab alijs locis per ciuitatem res portabuntur,habebitur conſideratio ad id quod eſt taxatum ſupra,reſpectu longitudinis: Et ſi qua fuerit controuerſia de prædictis, ſit in arbitrio Iudicum ad victualia videre & ſententiare. Si autem ipſi fachini conducentur ad operas diurnas, percipiant id quod eſt taxatum manualibus ſupra: & teneantur ipſi requiſiti portare & laborare prout ſoliti ſunt,& ſi recuſauerint, cadãt in pœnam ſolidorum quinque March. pro qualibet vice & pro quolibet: & cætera omnia & ſingula obſeruentur & obſeruari debeant, ſub pœnis & modo ac forma de quibus ſupra in alijs mercedibus.

De mercede ſecantium prata, & meſſorum metentium XL.

INSVPER ſtatuimus ꝙ ſecatores ſecantes prata ad precium, meſſores etiam metentes ad precium,non audeant vel præſumant accipere aut habere pro ſuo ſalario, & mercede ac labore ſingulo die quo ſecauerint, niſi ſolidos octo March. expenſis ipſorum ſecantium, aut ſolidos ſex March. expenſis ſecari facientis: pœna cuilibet contrafacienti, tam ſoluenti, quam recipienti ſolidorum quadraginta March. pro qualibet vice: & teneantur requiſiti laborare vt ſupra, niſi fuerint iuſto impedimento impediti,& ſub pœnis & modo ac forma, de quibus ſupra in alijs mercedibus dicitur.

De mercede zapatorum & bracentium laborantium. XLI.

STATVIMVS ꝙ zapatores & alij bracentes non audeant nec poſsint percipere nec habere,a Kalendis mẽſis Octobris vſq; ad Kalendas menſis Aprilis excluſiuè, ſingulo die pro ſua mercede & laboratura,niſi ſolidos quinque March. expenſis ipſorum laborantium, & ſolidos

quat-

quattuor expenſis laborari facientis,& à kalendis menſis Aprilis vſq; ad kalendas menſis Octobris, percipiant ſolidos ſex march. expenſis ipſorum laborantium,& ſolidos quinque expenſis laborari facientiū. & teneantur dicti laboratores & omnes & ſinguli ſupraſcripti benè & diligenter,ac ſolicitè laborare & horis debitis & congruis: Incipiēdo ab ortu ſolis vſq; ad occaſum. Alioquin eis ſoluatur pro rata tēporis, & teneantur etiam ipſi requiſiti laborare benè & diligenter ac ſolicitè,ſub pœna modo & forma de quibus ſupra.

De mercede bubulcorum arantium vineas & terras. XLII.

ITem ordinamus ꝙ bubulci, qui arabunt vineas habeāt & percipiāt pro quolibet milliario vineæ benè aratę ad quatuor lagas deorſum, ſolidos ſex march.expenſis ipſorum bubulcorum,& totidem accipiāt in arando ſurſum; & de qualibet bubulca terræ bene aratæ cum vno pari boum ſolidos x.& cum duobus paribus boum,ſolidos xij. march. accipiant expenſis ipſorū bubulcorum. Declarādo bubulcam eſſe tm̄ terrę quantū arari poteſt in vno die per quēlibet diligentē bubulcum, incipiendo & finiendo horis congruis debitis & conſuetis ſecundū diuerſitatē temporum. & prędicta omnia & ſingula obſeruētur & obſeruari debeāt ſub pœnis,& modo ac forma prędictis in alijs mercedibus.

De precio & mercede accipienda per buratinos. XLIII.

STatvimvs & ordinamus ꝙ buratini & buratinæ ciuitatis Ferrarię habeāt & percipiant pro quolibet ſtatio farinæ benè buratatæ,pro mercede ſua denarios tres,& non poſsint aliquid aliud percipere,nec etiam furfurem, ſeu remolum. & teneātur requiſiti buratare, ſub pœna cuilibet contrafacienti ſolidorum quinque march. modo & forma ſupradictis in alijs mercedibus.

De precijs ſtoriorum de paueria, griſolarum, pezonorum & aliorum ſimilium. XLIIII.

STorlarii & alij qui vendunt ſtoria,griſolas,pezonos,pezolatos à plantis, ſegoltelas à vitibus,& alia huiuſmodi laboretia ſuper ripa padi & alibi in ciuitate Ferrariæ,teneantur & debeant vendere ſtoria ſua & reliqua, de quibus ſupra, pro infraſcriptis quantitatibus dena-

riorum modis,& formis ac pretijs videlicet;ſtorium, ꝙ vocatur da dozena de paueria,ſolidis duobus & denarijs ſex march. ſtorium vero de bona paueria bene laboratum, lõgum per ſex pedes & altum per quatuor pedes cum dimidio,ad pedem Epiſcopatus Ferrarię,pro tribus ſolidis march. Si vero ſtoria fuerint maiora,vel minora,creſcant etiam ipſa pretia & decreſcant pro rata eorum. Griſolas latitudinis pedum quatuor, & altitudinis pedum quinq;, denarijs quatuor cum dimidio pro qualibet. Pezonos pro domibus cooperiendis latitudinis pedum trium,& altitudinis pedum ſeptem denarijs ſex pro quolibet. Pezolatos pro plantis faſſandis, octo manuum altitudinis pedum quinq; ſolidis quatuor cum dimidio pro centenario. Segoltelas pro aleuandis vitibus manuum decem octo, & altitudinis pedum quatuor ſolidis duodecim march. pro centenario & nõ vltra. & ſi quis cõtrafecerit in prędictis vel aliquo eorum, cadat in pœnam ſolidorum decem march. & amiſsionis rerum quoties reperiatur contrafacere, pro duabus partibus maſſarię communis Ferrariæ,& pro alia accuſatori applicanda:& teneantur requiſiti vendere pro pretijs ſupradictis ſub eadem pœna, Intelligendo ſemper & in omnibus caſibus prędictis, quòd dicta laboreria ſint de bonis pauerijs,& cannis confecta,& bene laborata,ac ad menſuram debitam; aliàs cadant in pœnam amiſsionis laboreriorum ſuorum.

De mercede reuenditorum & reuenditricum pannorum. XLV.

REVENDITORES & reuenditrices pannorum habeant, & percipiãt pro ſua mercede & labore rerum quas vẽdent, pro qualibet libra ſolidorum pretij rei venditæ,ab eo qui vendi fecerit,denarios ſex a decem libris infra,& a decem libris ſupra vſq; ad vigintiquinq;, vſque ad quinquaginta libras,denarios tres percipiant. A quinquaginta ſupra, denarios duos,nec plus accipere poſsint directè,vel indirectè.Volentes ꝙ ſi tales perſonæ vendiderint maiori pretio res datas ſibi ad vendendum certo & limitato precio, & non notificauerint,aut non aſsignauerint rationem dominis earum, quanto precio res prædictæ venditæ fuerint,cadant in pœnam dupli eius,quò res ipſę venditę fuerint & ſtetur iuramento emptoris: quem emptorem dicti reuenditores & reuenditrices nominare & oſtendere teneãtur. Et poſsit etiã ipſe emptor compelli ad iurandũ pro quanto pretio res prędictas emerit. Adijcientes quòd dicti reuenditores & reuenditrices pannorum, qui tenent

nent apothecam & ſtoria, vel banchas in plateis communis Ferrariæ ad vendendum, teneantur præſtare idoneam fideiuſsionem ad officium conſulis, pro ea quantitate, quæ videbitur ipſis Iudicibus ad victualia ſcilicet de non baratando res ſibi datas ad vẽdendum, & bonam rationem reddendum: & ſi contrafactum fuerit, contrafaciens cadat in pœnam librarum decem marcheſ. communi Ferrariæ applicandarum.

De precijs maſtellorum & ſitularum. *XLVI.*

STATVIMVS ꝙ maſtellarij & ſitularij, & alij facientes & laborãtes artem maſtellariæ, non audeant vel præſumãt vendere infraſcriptas res artis ſuæ prędictæ, niſi pro infraſcriptis precijs, videlicet. In primis quemlibet maſtellum à vino cum circulis latis ſolidis quattuordecim marc. quamlibet maſtelletam magnam cum circulis latis ſolidis octo march. quemlibet maſtellum ſex ſitularum cum circulis ſtrictis ſolidis octo march. Abinde ſupra addatur precium ad rationem vnius ſolidi cum dimidio pro qualibet ſitula, & abinde infra decaletur precium modo prædicto. Item quemlibet maſtellum de arexe ſex ſitularum cum circulis latis ſolidis ſexdecim march. Abinde ſupra & infra augeatur & decaletur precium pro qualibet ſitula ſolidis duobus cum dimidio. Quemlibet maſtellum à bucata vnius carigæ ſolidis nouem: maſtellum vero duarum carigarum ſolidis decem octo marc. Item quamlibet ſitulam de picio cum manico ligneo ſolidis tribus: ſechioni vero à lacte vnius ſitulæ ſolidis quattuor: Item quamlibet ſitulam de arexe ferratam cum manico & circulis ſolidis duodecim. Itẽ quamlibet zangulam de picio cum cuperto capacitatis vnius ſitulæ quattuor ſolidis cum dimidio. Abinde ſupra & de alio ligno vendatur vno ſolido plus pro ſitula, & abinde infra decaletur pro rata vt ſupra dicitur. Item quemlibet boteſinum vnius maſtelli ſolidis octo: boteſinum vero duorum maſtellorum ſolidis duodecim.

De ſecatoribus lignorum. *XLVII.*

STATVIMVS quòd ſecatores ſecantes lignamen de monte habere debeant pro ſua mercede & labore de quolibet taio plantoni & trabis à curru de picio integri, ſolidos tres marcheſ. Item de quolibet taio plantoni de arexe & trabis de arexe, ſolidos quatuor march. Itẽ de quolibet taio planç à pontono de arexe, ſolidos duodecim march.

per

per altum & per baſſum ſolidos octo march. Item de quolibet taio cuiuslibet planæ de arexe de octo paſsibus ſolidos ſeptem march. Item de quolibet taio cuiuslibet plantoni de arexe de vigintiquatuor pedibus ſolidos ſeptem march. & de quolibet alio lignamine ſoluatur eiſdem pro rata, & teneantur requiſiti laborare & ſecare vt ſupra: pœna cuilibet contrafacienti quadraginta ſolidorum march. pro quolibet & qualibet vice applicanda communi Ferrarię.

De mercede textorum & textricum. XLVIII.

STATVIMVS ꝙ textores & textrices exercentes artem texturæ, habere & percipere debeant pro mercede ſua pro infraſcriptis laborerijs precia infraſcripta videlicet. In primis de quolibet brachio mantilis uirgati & non inocellati ſolidū vnum & denarios ſex. Itē de quolibet brachio mantilis à quintanella à frixo ſolidos duos march. item de quolibet brachio mantilis à liſta, reguardo, & quintanella ſolidos tres marc. item de quolibet brachio mantilis dalmaſchini lati quattis nouē ſi filum ſubtile fuerit ſolidos ſex marc. ſi de alio filo ſolidos quinque march. Item de quolibet brachio mantilis facti ſecundum morē Venetorum habeant & percipiant ipſi textores pretia prædicta. Item de quolibet brachio mātilis pareſini lati brachijs duobus ſolidos quinque march. ſi filum fuerit ſubtile, ſi de alio filo fuerit ſolidos quattuor march. percipiant. Item de quolibet pari toballearum virgatarum nō ocellatarum longarum tribus brachijs, pro qualibet ſolidos quattuor march. Item de quolibet pari toballearum ocellatarum cum quintanella longarum tribus brachijs pro qualibet ſolidos ſex marc. item de quolibet pari toballearum à liſta longarū vt ſupra ſolidos octo marc. Item de quolibet pari toballearum ocellatarum vulgari ſermone à tutta opera ſolidos viginti marc. ſi filum fuerit ſubtile, ſi de alio filo ſolidos decem & octo marc. ſi autem toballeę fuerint pariſinę, dalmaſchinæ, Venetæ, & Lucenſes, vel ſecundū morem earum ciuitatum laboratę, habeant & percipiant ſolidos duos & denarios ſex pro quolibet brachio ſi filū fuerit ſubtile, ſi autem fuerit de alio filo, ſolidos duos tātum percipiāt: item de quolibet pari linteaminum trium tilorū & portatarum quadraginta, ſolidos xl. Item de quolibet pari linteaminū portatarum xxxvj. habeant ſolidum vnum pro portata, item pro drapis à ſponſa virgatis habeant pro quolibet drapo ſolidos duos marc. ſi filū fuerit ſubtile, ſi de alio filo ſolidum vnum & denarios ſex percipiant.

Item

Item de vintina telæ buſtelli quæ eſt brachiorum triginta ſolidos x. march. ſi filum fuerit ſubtile, ſi de alio filo ſolidos octo march. item de vintina telæ ſubtilis portatarum xxvij. percipiant ſolidos duodecim march. ſi vero fuerit tela portatarum triginta & ſubtilis percipiāt pro quolibet brachio denarios octo, & ſi fuerit portatarum trigintaſex percipiant denarios decem pro brachio. ſi autem fuerit portatarum quadraginta percipiant quatrenos ſeptē pro brachio, & ſi fuerit quin quaginta portatarum percipiant vnum ſolidum & denarios ſex pro quolibet brachio telæ.

De diſchis & banchis, ac alijs rebus non tenendis in vijs publicis, aut porticibus. XLIX.

STATVIMVS ꝙ nulla perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, ſiue artifex ſiue non, audeat vel præſumat tenere banchum, caſſonum, diſcum, vel aliquid aliud, per quod impediatur & occupetur iter & via publica tranſeuntibus, niſi & quatenus ſit permiſſum per ſtatuta noſtra, vel per decretum Illuſtriſsimi domini noſtri Ducis: ſub pœna cuilibet contrafacienti ſolidorum decem march. toties quoties contrafactum fuerit, applicanda communi Ferrariæ.

Quòd nullæ carnes extrahantur de ciuitate & diſtrictu Ferrariæ. L.

STATVIMVS ꝙ nemo audeat extrahere carnes de ciuitate & diſtrictu Ferrariæ, nec alia animalia viua comeſtibilia, videlicet porcinas, vachinas, bouinas, caſtratinas, viuas neque mortuas, capones, gallinas, pullos, anates, anſeres, neque oua, neque alia victualia his ſimilia naſcentia in ciuitate Ferrarię, & eius diſtrictu, niſi pro ſuo victu. Et niſi eſſent ſcholares, aut qui irent in ſeruitio terrę ſanctę, & communis Ferrariæ, quibus pro vſu & victu ſuo liceat portare, attenta qualitate & conditione perſonarum; ſub pœna centum ſolidorum march. pro quolibet & qualibet vice applicanda maſſariæ communis Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori & denuntiatori: & quilibet poſsit eſſe accuſator & denuntiator.

Ne lecti portentur extra ciuitatem & diſtrictum Ferrariæ. L I.

STATVIMVS ꝙ nemini liceat lectos, vel pennam pro lectis conficiendis, vel pertinentem ad ipſos lectos portare extra ciuitatem, vel diſtrictum Ferrariæ, niſi in dotem dati eſſent, aut eſſent ſcholares ciues ciuitatis Ferrariæ, quibus concedatur pro ſuo vſu dumtaxat, vel niſi cõducti forent de alieno diſtrictu animo eos conducendi extra ciuitatẽ & diſtrictum Ferrariæ: & qui contrafecerit extrahendo, condemnetur in libris xxv. march. & perdendi lectos & pennam: & qui licentiã dederit, in tantundem condemnetur. quæ pœna applicetur maſſariæ cõmunis Ferrariæ, & quilibet poſsit eſſe accuſator & denuntiator, & lucretur tertiam partem dictæ pœnæ.

Ne quis emat fœnum, ordeum, vel ſpeltam cauſa reuendendi. LII.

STATVIMVS ꝙ nemini liceat fœnum, paleam, ordeum, vel ſpeltam emere ſuper mercato ciuitatis Ferrariæ, vel alijs locis ciuitatis vbi illa venduntur, cauſa reuendendi: & qui contrafecerit, cadat in pœnã ſolidorum centum march. & perdendi res prædictas, applicandã maſſariæ communis Ferrariæ, & quilibet poſsit eſſe accuſator & denuntiator, & lucretur dimidiam pœnæ. & præſertim vendicet ſibi locum præſens ſtatutum in tenentibus ſtallaticum.

Quòd nullus emat ligna cauſa reuendendi. LIII.

STATVIMVS, ne quis emat ligna ad comburendum, aut emere faciat in ciuitate Ferrariæ ad ripam Padi, aut prope ciuitatem Ferrariæ per tria milliaria, cauſa reuendendi: & qui contrafecerit, perdat ligna, & cadat in pœnam librarum decem march. communi Ferrariæ applicandam: & quilibet poſsit eſſe accuſator, & lucretur tertiã partem pœnę. & ſi eſſent mercatores lignorum ab igne, qui ſuper ripa Padi emerent ligna ab igne ad ipſam ripam conducta per alios, cadãt in pœnam librarum vigintiquinq; march. vt ſupra applicandam, re tamen prius notificata Magnifico Iudici duodecim ſapientum. Prohibentes etiam fornaſarijs ciuitatis Ferrariæ, & eius burgorum, ꝙ per ſe, vel interpoſitam perſonã non audeant emere ligna ab igne conducta ad ripam Padi, vel aliter prope ciuitatem Ferrariæ exiſtentia per tria milliaria: ſub pœna perdendi ligna, & librarum decem march.

march. pro duabus maſſariç communis Ferrariæ, & pro reliqua accuſatori & inuentori applicanda: qui etiã tenebitur ſecretus ſi voluerit.

Quòd artifices non poßint accipere vltra precia ſibi ſtatuta & ordinata. LIIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ nautç, brentatores, & illi qui portant cum maſtellis, ſaccaroli, ſachini, & omnes alij artifices cuiuſcunq; conditionis exiſtant, quibus ſtatuta & ordinata ſunt certa precia, vel mercedes, pro ipſorũ miniſterijs exercendis, teneantur & debeant requiſiti ea facere & exercere pro illo precio, vel illa mercede, quod ſeu quæ ſtatutum, ſeu ſtatuta eſt eis per formam ſtatutorũ communis Ferrariæ; & debeant eſſe contenti de hoc & non vltra accipere, vel habere debeant. & ſi aliquis contrafecerit, vel plus acceperit, condemnetur communi Ferrariç in decem ſolidis march. & amittat, vel perdat mercedem, & de ipſa nõ reddatur ei ius aliquod: & hoc vltra aliàs pœnas in ſingulis ſtatutis contentas.

Quòd tabernarij non dent vinum molendinarijs. LV.

STATVIMVS ꝙ nullus tabernarius, vel alia perſona vinum vendens in comitatu Ferrariæ, audeat, vel præſumat vinum vendere, ſeu ad bibendũ dare alicui molendinario: nec aliquis molendinarius audeat intrare tabernam temporibus quibus artem ſuã exercere poſſunt: ſub pœna cuilibet eorum imponenda ſolidorum decem march. & quilibet ſit legitimus accuſator, & dimidiam pœnæ lucretur.

De campiono marmoreo tenendo pro menſuris laboreriorum à fornace. LVI.

STATVIMVS ꝙ expenſis cõmunis Ferrariæ fieri debeat vnus, vel plures, cãpionus vel campioni marmorei, in quo vel quibus ſit inſculpta & inſignita longitudo, latitudo, & altitudo cuiuslibet laborerij à fornace, conficiendi per fornaſarios; ſecundum quas lõgitudinem, latitudinem, & altitudinẽ omnia & ſingula laboreria à fornace fieri & teneri ac eſſe debeant cocta: nec aliquo modo vendi poſsint ipſa laboreria alicui perſonæ, niſi fuerint iuſta & recta benè & laudabiliter confecta ſecundum menſuras prędictas: qui campioni ſtare debeant in cõmuni ſiue penes officium duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ.

De

De mercede ſoluenda in pecunia numerata. LVII.

VT ſuccurratur neceſsitatibus pauperum, qui ad diurnam mercedem ſeu ad ſeptimanam laborant, aut operas ſuas aliàs quocunq; modo præſtant: Statuimus & ordinamus, ꝙ nullus artifex ſiue lanarolus, ſiue draperius, ſiue in quacunq; arte conſtitutus poſsit ſoluere operarijs ſuis, vel preſtãtibus operas diurnas, ſeu ad ſeptimanam vt ſupra pro mercede eorum, etiam volentibus, pannum, vel alias res ſpectantes ad artes ipſas, ſingula ſingulis congruè referendo, niſi pro ſuo vſu, aut familiæ ſuę ipſi operarij acciperẽt: ſed ſoluere teneatur in pecunia numerata ipſam mercedem dictis operarijs, ſecundum conuentionẽ, aut conſuetudinem in ipſis artibus obſeruatam, ſub pœna librarũ quinque march. applicanda maſſariæ communis Ferrariæ toties quoties contrafactum fuerit. & quilibet poſsit accuſare & lucretur dimidiam dictæ pœnæ, nec poſsit fieri aliquod pactum in contrarium: & ſi factũ fuerit, tale pactum nihil valeat ipſo iure.

De lignaminibus tenendis per marangonos, maſtellarios & circularios. LVIII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ licitũ ſit marangonis, ſeu maſtellarijs & circularijs, & magiſtris lignaminum tenere & tenere poſſe ſua lignamina ſub porticibus ſuis, vel vicinorum ſuorum, de voluntate tñ ipſorum ſuorum vicinorum, & etiam verſus ſtratam, ſeu viam publicam; dummodo per ipſos vel aliquem ipſorum non occupetur porticus, ſtrata ſeu via publica, ita & taliter, quòd perſonæ volentes ire per porticum, commodè ire non impediantur pedites & equites: nec etiã per ipſos, vel aliquem ipſorum ſtrata publica, ſeu via publica cũ dictis lignaminibus debeat occupari: Ita & taliter ꝙ carezatores cũ ſuis curribus & bobus; caretis & equis per dictas ſtratas, ſeu vias publicas commodè ire non poſsint: & prædicta locum non habeant in diebus, quibus curritur ad brauium, ſeu palium in ciuitate Ferrarię per illas vias. Et quando contingit per eas fieri proceſsiones, & fuerit eis denuntiatũ per Iudices ad victualia ꝙ prędicta lignamina auferre & aſportare inde debeãt: Sed alia noſtra ſtatuta & prouiſiones in ijs caſibus in ſua permaneant firmitate: & in omnibus prædictis fiat & ſeruetur plus & minus, prout ipſi conſules ad victualia arbitrabuntur.

De piſcibus non vendendis per eos, qui valles non habent. LIX.

CVm multi in alienis vallibus, aut locis piſces capiant & vendant, nec facile poſſint damna dantes, nec damna ipſa in illis inueniri, videri vel cognoſci: Volentes prout poſsibile fuerit prædictis obuiare: Statuimus ꝙ nulla perſona cuiuſcunq; conditionis fuerit, audeat vel præſumat portare, vel portari facere, aut vẽdere, vel vendi facere in aliquo loco ciuitatis Ferrariæ, vel burgis & comitatu, piſces alicuius ſpeciei, maneriei, vel conditionis, exceptis piſcibus padi, vel captis in locis publicis, niſi habuerit valles piſcaritias, canalia, vel loca ad piſcãdum apta, proprias vel propria, conductas aut conducta, gratis conceſſas, vel conceſſa, vel aliàs de voluntate dominorũ in huiuſmodi locis piſces cepiſſent: ſub pœna librarũ decem march. & perdendi piſces, applicanda pro tertia maſſariæ communis Ferrariæ, pro tertia accuſatori & pro alia tertia Iudicibus ad victualia: quibus ꝑ præſens ſtatutũ damus plenam poteſtatem & facultatem inquirendi contra quoſcunque contrafacientes, puniendi & condemnandi circumſcripto omni iuris ordine. & poſsint prędicti Iudices, vel alter eorum, omnes quos ſuſpectos habuerint, vendentes piſces & portantes per loca, cõpellere ad iurandum an dictos piſces inuẽtos ceperint, vel habuerint ex vallibus piſcaritijs, canalibus, vel alijs locis, ſuis proprijs, vel cõductis, gratis conceſsis, vel de voluntate dominorũ, & ipſo recuſante iurare, habeatur pro confeſſo & condemnato. Si vero deierauerit, conuictus ponatur ad berlinã, vbi ſtet per duas horas. & nihilominus condemnetur in libris decem march. applicandis vt ſupra. ſi autem videretur prædictis Iudicibus non præſtare iuramentum, præſumatur in alienis vallibus ſeu locis piſces captos fuiſſe, niſi infra octo dies, ſine aliqua alia dilatione danda, docuerit habere valles, vel loca ſua propria, vel conducta, aut gratis cõceſſa, ſeu de voluntate dñi cepiſſe ipſos piſces: & quilibet poſsit eſſe accuſator & denuntiator, & credatur ſacramento eius cũ vno teſte, excepto q̃ ad conuincendũ aliquem de periurio. Volẽtes ꝙ ſi quis inuentus fuerit contrafacere, teneatur etiam ad emendationem piſcium, damni & intereſſe dño, cuius fuerint piſces: ad quod poſſit indilatè compelli per prædictos Iudices ad victualia. & teneatur paterfamilias ſciens, aut notitiam habens, pro quocũq; de eius domo & familia, & ad emendandum damnũ poſsit compelli vt ſupra. & prædicta non vendicent ſibi locum in bona fide emente cauſa reuendendi. Adijcientes tamen, ꝙ nullus ſprocanus, vel alius poſsit emere piſces

QQ ali-

alicuius generis, vel ſpeciei cauſa reuendendi in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis. Contrafaciens incurrat in pœnam ſolidorum quadraginta march. & amiſsionis piſcis, maſſariæ cõmunis Ferrariæ applicandam pro qualibet vice.

Quòd trecholi & trecholæ, vel aliqua alia perſona non emat cauſa reuendendi. L X.

VT maior ſit abundantia rerum in foro & in plateis ciuitatis Ferrarię, pro ciuibus emere volentibus victualia, ſtatuimus q omnibus trecholis, & quibuſcunq; alijs perſonis prohibitum ſit & prohibitum eſſe intelligatur, emere cauſa reuendendi per ſe, vel per interpoſitam perſonam in ciuitate, aut burgis vel comitatu Ferrariæ, & maxime in plateis, & à tribus milliarijs prope ciuitatẽ Ferrariæ, gallinas, capones, pullos, anſeres, anates tam domeſticas quã ſaluaticas, porzanas, grues, faſianos, perdices, qualeas, oua, butyrũ, caſeũ, hędos, agnos poma, aut quæcunq; alia victualia, niſi emerint poma, pira, aut ſimiles fructus in arboribus, vel pepones in melonaria extra ciuitatem Ferrarię. Et qui contrafecerit, condemnetur in libris quinque marcheſ. communi Ferrariæ applicandis, & res emptas perdat; & quilibet poſſit eſſe accuſator, & lucretur tertiam partem dictæ pœnæ, & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte, & tenebitur in ſecreto ſi voluerit. & poſsint ac debeant Iudices ad victualia circa prædicta, & quodlibet eorum ex officio ſuo inquirere, & tunc lucrentur partem accuſatoris: & niſi repertos culpabiles condemnauerint in pœnam de qua ſupra, teneantur ipſi de ſuo proprio eam ſoluere, quam ab eis durante eorum officio maſſarius communis Ferrariæ exigere poſsit & debeat. & fictione præſentis ſtatuti, pręſumatur dictos reuenditores emiſſe in ciuitate, vel diſtrictu Ferrariæ quæcunque animalia & alia dę quibus ſupra, quæ reperti fuerint vendere ad finem prædictæ pœnæ incurrendæ, niſi vel oſtenderint Iudicibus prædictis bulletam eorum locorum extra comitatum Ferrarię, in quibus ipſi talia emiſſent; ex quibus bulletis fides habeatur, q emerint ea in aliquibus locis extra ciuitatem & diſtrictum Ferrariæ, quas bulletas oſtẽdere teneantur ad omnem requiſitionem ipſorum Iudicum ad victualia & eas ſibi relinquere, ſub pœna prædicta, vel ſaltem fidem fecerint dictis Iudicibus, ad ſe tales res perueniſſe abſque precio aliquo, quod iudicio ipſorum Iudicum relinquimus, eorum ſuper hoc conſcientiam onerantes.

Et

Et prædicta locum habeant etiam in piſcibus cuiuſcunque qualitatis quos nec ſprocani nec alij quicunq; emere poſsint cauſa reuendendi in plateis vel alibi intra ciuitatem Ferrariæ, vel prope eam per quinq; milliaria, & maximè poſtq̃ datium pro dictis piſcibus ſolutum eſſet: ſub pœna amiſsionis piſcium, & ſolid. quadraginta vt ſupra applicã. pariter prohibentes becarijs, ne poſsint emere cauſa reuendendi, hœdos aut agnos in plateis vel becarijs, aut alibi intra ciuitatem, vel pro pè eã per quinq; milliaria, aut etiam vltra quinq; milliaria, quando eſſent in via conducendi ad ciuitatem, ſub pœna amiſsionis rerum, & ſolidorum quadraginta vt ſupra applicanda.

Quòd hoſpites & tabernarij die fori nòn poſſint ſtare in plateis. LXI.

STATVIMVS q; hoſpites & tabernarij ciuitatis Ferrariæ non audeant vel præſumant in die ſabbati, vel alio die quo fieret forum vel mercatum, ante nonas, & in die præcedenti poſt nonas, venire nec ſtare ſuper plateis communis Ferrariæ, nec in aliquo alio loco ciuitatis Ferrariæ vel eius burgorum, vbi venduntur oua, pulli, caſeus, & alia victualia cauſa emẽdi; nec illa emere infra tempus prædictum poſsint ipſi hoſpites & tabernarij, etiam pro vſu ſuo, per ſe, vel alium: pœna cuilibet contrafacienti ſolid. quadraginta march. & perdendi res emptas. Et quilibet poſsit eſſe accuſator, & lucretur tertiam partem pœnæ, & aliæ partes ſint communis Ferrariæ, & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte vt ſupra. Alijs autem diebus emere poſsint prędicta in plateis communis Ferrariæ & non alibi intra ciuitatem Ferrariæ, vel prope eam per decem milliaria, vel vltra decem milliaria quando eſſent in via conducẽdi ad ciuitatem; etiam ſi aliqua ex prædictis victualibus cõducta eſſent ad domos vel habitationes eorum, niſi fuiſſent conducta ab aliquo loco extra territorium Ferrariæ, cum bulleta eius loci de hoc fidẽ faciente; ſub pœna quolibet dictorũ caſuum amiſſionis rerũ emptarum, & ſolido. quadraginta vt ſupra applicanda. Et in prędictis omnibus & ſingulis poſsint Iudices ad victualia & debeãt per inquiſitionem procedere, & tunc lucrentur partem accuſatoris: & omnes repertos, vel denuntiatos culpabiles condemnare teneantur vt ſupra ſub pœna ſoluendi de ſuo.

Quòd nulla trechola nec alia perſona audeat vel præſumat filare vendendo. LXII.

STatvimvs ꝙ nulla trechola, nec aliqua alia perſona vendens in ciuitate Ferrariæ fructus, herbas, caſeos recentes, & alia victualia ſimilia, audeat vel præſumat filare vendendo: ſub pœna ſolidorum duorum March. cuilibet contrafacienti, applicanda maſſariç communis Ferrariæ, toties quoties fuerit contrafactum.

Quòd nulla perſona portet ad vendendum fructus aliquos, niſi collegerit ſuper rebus ſuis. LXIII.

VT tollatur occaſio furandi & aliena rapiendi, & maximè bracentibus aut alijs ruſticis, ſtatuimus ꝙ nulla perſona burgiſana, ruſtica ſeu comitatina ſiue ſit forenſis ſiue non, cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat vel præſumat portare vel portari facere cauſa vendendi, & vendere vel vendi facere in aliquo loco Ciuitatis Ferrariæ, & maxime in plateis eiuſdem Ciuitatis, agreſtum, vuas, ceraſa, perſica, nuces, garuios, nizolas, ficus, pira, poma, pruna, neſpila, ſorbas, zizolas, vel alios fructus ſimiles, aut faſeolos in ſiliquis recentes, niſi illa collegerit, habuerit & perceperit ſuper rebus ſuis proprijs, conductis, aut gratis conceſsis, vel habuerit bulletinum à domino rei, vel alio de eius commiſsione ſpecificè de rebus prædictis vendendis: ſub pœna ſolidorum quadraginta Marcheſanorum, & perdendi res ipſas &/ſeu earum pretium, applicanda Maſſariæ communis Ferrariæ pro tertia parte, & pro tertia accuſatori, & pro alia tertia parte Iudicibus ad victualia: quibus per prçſens ſtatutum damus plenam facultatem ac poteſtatem inquirendi contra quoſcunque, contrafacienteſque puniendi, mulctandi, & condemnandi circumſcripto omni iuris & ſtatutorum ordine. Et poſsint dicti Iudices ad victualia, vel alter eorum omnibus, quos ſuſpectos habuerint, præſtare iuramentum an prædictos fructus collegerint ſuper ſuis rebus vel conductis, vt ſupra: & ipſis recuſantibus iurare, habeantur pro condemnatis, & ſi deierauerint conuicti ponantur ad berlinam, vbi ſtent & ſtare debeant per duas horas, & nihilominus condemnentur in libris decem Marcheſanorum pro quolibet & qualibet vice, applicandis vt ſupra. Et quilibet poſsit eſſe accuſator, & credatur eius ſacramento cum vno teſte, excepto quam ad conuincendum aliquem de periùrio.

Volentes

Volentes quòd ſi quis contrafecerit in prædictis, ſi fuerit laborator alterius, vel de familia ſua, præſumatur de alieno ſubtraxiſſe, niſi habuerit bulletinum à domino ſuo ſpecificè de rebus prædictis vendendis, vtſupra, vel niſi docuerit eſſe de ſuis, vt infra dicitur de bracentis. Si vero fuerit bracentus, aut de familia ſua, vel alterius conditionis, ſimilis præſumptio vendicet ſibi locũ, niſi docuerit per duos teſtes idoneos, etiã in voce receptos, & ſine aliqua ſolutione facienda per partem infra octo dies ſine alia citatione, vel monitione, prædictos fructus collectos eſſe ſuper rebus ſuis proprijs, conductis, vel gratis conceſsis vt ſupra: & in omnibus prędictis caſibus teneatur contrafaciens ad emendationem damni & intereſſe domino fructuum, ad quod compelli poſsit ſtatim & ſine vlla dilatione, ac iuris remedijs per dictos Iudices ad victualia: & paterfamilias teneatur in omnibus prædictis pro quolibet de familia ſua, ſi ſciuerit, de qua ſcientia teneatur iurare ad mandatum dictorum Iudicum ad victualia. Inhibentes quibuſcunque perſonis cuiuſcunque gradus, aut conditionis exiſtant, quòd non audeant ſcribere, aut facere prædictos bulletinos pro dictis fructibus vendendis, niſi ſint patroni ipſorum fructuum, vel ſcribant de eorum commiſsione, ſub pœna librarum decem march. pro duabus partibus maſſariæ communis Ferrariæ, & pro alia tertia accuſatori applicanda. Sed ſi ſupra nominati vendentes, aut vendi facientes fructus prædictos, haberent bulletinos falſos, vel eis vterentur pro euitanda pœna, de qua ſupra, tunc pro quolibet & qualibet vice incidant in pœnam trium ictuum funis ſibi incõtinenti & irremiſsibiliter in publico dandorum.

De ſigno portando per hebræos, & hebræas. LXIIII.

STATVIMVS, quod omnes & ſinguli hebræi ab annis duodecim ſupra ſtantes & habitantes in ciuitate & diſtrictu Ferrariæ teneantur, & debeant portare vnum ſignum panni, vel telæ zallę, ſiue crocei coloris, latitudinis vnius digiti groſsi, & rotunditatis vnius ſcutellæ communis ad minus, & illud portent ſuper pectus à latere ſiniſtro, incipiẽdo à collo per quatuor digitos; quod quidem ſignum ſit ſutum per totum, & vndiq; ſit & ſtet decopertum, & patens omnibus videntibus. Fœminæ autem hebræę ab annis decem ſupra teneantur & debeant ipſę portare annulos ad ambas aures pẽdentes, & infixos in ipſis auribus, qui ſint & ſtent decoperti & patentes omnibus videntibus. Et ſi quis in prædictis, vel aliquo prædictorum cõtrafecerit, etiam ſi inuẽ-

tus non fuerit per conſules ad victualia, cadat in pœnam ipſo iure & facto ducatorum decem boni auri, applicandam communi Ferrariæ, pro quolibet & qualibet vice contrafactum fuerit. Et poſſint conſules Iuſtitiæ, ſiue Iudices ad victualia inquirere & punire ſecundum prędictas pœnas. Et ſi ambo inuenerint, vel alter ipſorum inuenerit aliquem contrafacientem in aliquo prædictorum, lucretur quartam partem dictæ pœnę. & poſſit quilibet accuſare & denuntiare: & eo caſu ipſe accuſans, vel denuntians lucretur octauam partem, & Iudices ad victualia aliam octauam partem. & prædicta omnia & ſingula vendicent ſibi locum, etiam in Iudæis forenſibus venientibus ad ciuitatē Ferrariæ, ſi in ipſa ciuitate ſteterint, vel habitauerint per quinq; dies.

De paſſo ferreo ſignato ſtando ad officium duodecim ſapientum. *LXV.*

STATVIMVS & ordinamus quòd vnus paſſus ferreus ſignatus & factus ad formam & menſuram illius, qui poſitus eſt ad portam menſium Epiſcopatus Ferrariæ, ſtet & ſit ſemper penes officiū duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ; ad menſuram & adæquationem cuius paſſi alij paſſi, cum quibus in ciuitate & diſtrictu Ferrariæ res ipſæ vēduntur & emuntur ad menſuram, debeant regulari, menſurari & adęquari: & debeant ipſi paſſi eſſe de ligno, ferrati ex vtroque capite, plūbo, ſtagno, auricalcho, vel octono, & iuxta ferraturam ſint bullati bullo deputato per conſules ad victualia. Volentes quòd in adæquatione prædicta facienda ſint præſentes conſules ad victualia, vel alter eorum, ſine tamen mercede aliqua: & ſi aliqua perſona vendens, emens, vel aliter contrahens cum alio, vtetur aliquo paſſo aliter adęquato, vel facto, ſoluat communi Ferrarię ſolidos centum march. nomine pœnæ; cuius medietas ſit ipſius communis Ferrariæ, & altera medietas accuſatoris. & conſules ad victualia procurare & inquirere teneantur quolibet menſe, & condemnare quoslibet contrafacientes & delinquentes.

Quomodo draperij pannos menſurare debeant. *LXVI.*

STATVIMVS & volumus obſeruari, quòd quilibet draperius, vel quicunque alius vendens pannum laneum, lineum, aut pignolatū, vel de quacunq; alia materia & qualitate, teneatur & debeat in mēſurādo,

præ-

prædicta,hoc modo procedere videlicet, ꝙ res quæ venditur ſuper tabula extendatur ſine aliqua violenta extenſione, & paſſus per mediũ & per longum ponatur dictę rei,quę venditur vel menſuratur;& ſi aliter fiet,condemnetur draperius vel vendens aut menſurans,qui prędicta nõ obſeruauerit vel obſeruari non fecerit,pro quolibet brachio aliter menſurato, in ſolidis viginti march. communi Ferr. applicandis.

De ſtario iuſto tenendo per vendentes in ciuitate Ferrariæ. LXVII.

INSVPER ſtatuimus, ꝙ homines de ciuitate Ferrariæ vel comitatu vendentes vel aliter cõtrahentes cum alio,cũ ſtario vel alia menſura, teneantur vendere & dare ad ſtarium raſum,quod ſtarium ſit iuſtũ ferratum & adęquatum cum ſtario communis Ferrariæ. Et ſi quis aliter vendiderit,dederit vel cõtraxerit, cadat in pœnam centum ſolidorum march. pro qualibet vice,& in pœnam perdendi rem menſuratã, applicandam communi Ferrariæ: nec poſsit vel debeat dictum ſtariũ per conſules ad victualia diminui nec augeri. Et teneantur dicti conſules iuſtitiæ ſiue Iudices ad victualia inquirere ſingulo menſe,& quoſlibet contrafacientes ſeu delinquentes punire. Si tamen eſſent artifices exercentes artes ſuas cum menſuris prædictis, teneantur & debeant habere & tenere menſuras prædictas bullatas bullo dicti officij conſulum, & adæquatas & iuſtatas vt ſupra: & contrafaciens puniatur pœna prædicta.

Quòd menſuræ debeant bullari, & iuſtari. LXVIII.

STATVIMVS ꝙ omnes homines de ciuitate & diſtrictu Ferrariæ, volentes emere, vendere vel contrahere cum aliqua menſura ad pondus vel menſuram,teneantur vendere,emere, cõtrahere vel menſurare cum menſuris,ponderibus, ſtaterijs, bilancijs ſiue inſtrumentis ad menſurãndum, quę ſint iuſta & adęquata cum menſuris & alijs inſtrumentis communis Ferrariæ: pœna cuilibet contrafacienti ſolidorum viginti march. infligenda,& communi Ferrariæ applicanda. Volentes ꝙ penes officium duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ, vel penes quamcunq; aliam perſonam per ipſum Iudicem & ipſos ſapiẽtes eligendam, ſint & eſſe debeant menſuræ, bilanciæ, ſtateriæ & alia inſtrumenta pro campiono,ad ponderandum vel menſurandum iuſtæ,

&

& iuſta, cum quibus alia inſtrumenta poſſint menſurari ac adæquari, & parangonari:& eligantur ſingulo anno in kalendis menſis Ianuarij duo ponderatores, iuſtatores, & adæquatores per maſſarios hoſpitalis domus Dei, cum conſenſu & voluntate Iudicis duodecim ſapientum, qui habeant iuſtare & adæquare omnia & ſingula inſtrumenta ad mẽſurandum & ad ponderandum, vt ſupra. Si tamen eſſent artifices exercentes artes ſuas cum menſuris prædictis, teneantur & debeant habere & tenere menſuras prædictas bullatas bullo officij prædicti conſulũ ad victualia, & adæquatas & iuſtatas vt ſupra:& contrafaciens puniatur pœna prædicta. Et ad denuntiam cuiuſcunq; ſe conquerentis q̃ ſit in prædictis vel aliquo eorum defraudatus, teneantur Iudices ad victualia ire ad apothecas ſeu ſtationes venditorũ, & eos cogere ad oſtendendum ſibi ſua pondera & menſuras:& ſi qua ſibi videbuntur iniuſta poſſint ea auferre, & deinde cum ſimilibus menſuris, põderibus aut inſtrumentis cõmunis Ferrariæ conferre; quocunq; priuilegio alicui vniuerſitati vel particulari non attento, & repertos culpabiles mulctare, vt ſupra diſpoſitum eſt. Qui etiam Iudices ad victualia, quandocunq; ſibi videbitur, ire poſſint in quamlibet apothecã vel ſtationem cuiuſcunq; artificis vel ad pondus aut menſuram vendentis, & ſibi oſtendi facere ſua pondera, menſuras, ſtaterias, bilancias & alia id genus, quolibet priuilegio, vt ſupra non attento, auferendo quæ ſibi videbuntur iniuſta, & deinde conferendo & puniendo, vt proximè dictum eſt.

Quòd de curribus intrantibus ciuitatem non poſſit aliquid arripi. *LXIX.*

AD extirpandam abuſiuam quandam corruptelam, potius quam conſuetudinem introductam in præiudicium ciuium & pauperum, ſtatuimus quòd nullus capitaneus, cuſtos, officialis, ſtipendiatus, aut famulus ad portas aut pontes ciuitatis Ferrariæ, vel burgorum audeat vel præſumat arripere, vel atripi facere, accipere aut accipi facere de nauibus, aut de curribus ſeu carrettis, berocijs, aut quibuſcunque vehiculis vel inſtrumentis ad conducendũ res quaſcunq; aptis intrantibus in ciuitatem Ferrariæ ligna, vuas, vinum, poma, fœnum, paleam, aut aliquam aliam rem in modica, vel magna quantitate, quæ conducerẽtur in nauibus vel ſuper dictis curribus carretis berocijs vel alijs inſtrumentis in ciuitate Ferrariæ, ſub pœna reſtituendi incontinenti ablata ſeu eorũ pretium domino rei, & librarũ quinq; marc. pro quo-

libet

libet & qualibet vice, cuius tertia pars ſit accuſatoris vel inuentoris, tertia maſſariæ communis Ferrariæ, & alia tertia pars Iudicum ad victualia: qui ſub vinculo iuramenti teneantur contra omnes contrafacientes inquirere & eos punire & condemnare ſine aliqua diſsimulatione, & cum omni cura & diligentia, nullo fori vel alio quocunque priuilegio attento. De quibus rebus ablatis ſtetur, & ſtari debeat iuramento bubulcorum, carrateriorum, brozariorum, & nautarum ac aliorum, qui conducebant res prædictas, ſiue in magna ſiue in modica fuerint quantitate ablatæ res prædictæ.

Quomodo pelacani aptare debeant curamina, & quod curamina non ſigillata ſigillo communis Ferrariæ vendi non poſsint. LXX.

PELACANI, gargioni ſeu laborantes, & quicunque faciunt vel fieri faciunt artem pelacanariæ in ciuitate, diſtrictu & comitatu Ferrariæ teneantur & debeant bene, & diligenter aptare & confectare, ſeu aptari & confectari facere curamina & pelles ſpectantia & ſpectantes ad dictam artem modo, ordine & forma prout in decretis eorum, & ordinationibus continetur, ſub pœnis in eis contentis. Inſuper diſponimus quòd pelacani, mercatores & quicunque vendiderint ſeu vendi fecerint curamina in ciuitate, diſtrictu aut territorio Ferrariæ non audeant neque præſumant vendere aut vendi facere quantitaté aliquã curaminum vnctorum, niſi prius viſa fuerint ipſa curamina, & ſigillata ſigillo communis Ferrariæ, approbataque pro bonis per Iudices ad victualia, & maſſarium artis calegariorum: ſub pœna librarum decem pro quolibet & qualibet vice fuerit contrafactum, & perdendi dicta curamina, applicanda pro tertia communi Ferrariæ, pro tertia accuſatori ſeu inuentori, & pro alia tertia arti calegariorum: & accuſator teneatur ſecretus ſi voluerit. In quam pœnam pariter incurrant & illi, qui ſcienter ement huiuſmodi curamina vncta non ſigillata vt ſupra. Quibus Iudicibus ad victualia & maſſarijs calegariorum ſingulo anno in kalendis Ianuarij, vel die ſequenti deferri debeat iuramentum de obſeruando & obſeruari faciendo præſens ſtatutum. Et in præmiſsis omnibus & ſingulis per inquiſitionem procedi poſsit per ipſos Iudices ad victualia, & ſi videatur etiam per Magnificum Iudicem duodecim ſapientum.

De

De tenentibus ſtallaticum, & quantum pro ſtallatico ſolui debeat. LXXI.

STATVIMVS ꝙ tenentes ſtallaticum,& hoſpites, ſtabularij,ac tabernarij ciuitatis Ferrariæ,burgorumq́; eius & comitatus non audeant ſubditis Illuſtriſs. domini noſtri Ducis vendere preuẽdas bladi, & pódus fœni & paleæ, vltra pretia infraſcripta: nec poſsint accipere pro ſtallatico equorum,mulorum, aſinorum, boum & aliarum beſtiarum groſſarum vltra pretia infraſcripta videlicet. Pro qualibet preuenda hordei ſolidos duos marc. pro preuẽda ſpeltę ſolidũ vnum & denarios quatuor; pro preuẽda auenæ ſolidum vnum & denarios quatuor, pro quolibet pondere fœni ſolidum vnum & denarios duos, pro pondere paleę denarios quinq́;.Pro ſtallatico vero ſupraſcriptarum beſtiarum pro quolibet capite pro nocte ſolidos tres,pro die autem & ad rationẽ diei ſolidum vnum,intelligendo ſemper ꝙ prædicti hoſpites,ſtabularij & tabernarij teneantur dare prædictis beſtijs ad comedendũ bonum fœnum,& quantum eis opus erit, & gubernari eas facere arbitrio boni viri: ſub pœna pro quolibet contrafaciente & qualibet vice in vno quoq́; caſuum prædictorum, librarũ quinq́; march. pro duabus partibus cõmuni Ferrariæ,& pro alia tertia parte accuſatori applicanda.

Quòd nautæ, bubulci, & carraterij conducentes vinum aut alia non audeant quicquam auferre de rebus quas conducunt. LXXII.

INDEMNITATIBVS ciuium prouidere volentes, Statuimus ꝙ nullus nauta,bubulcus vel carraterius, vel alius qui in naui,curru, carreta berocio aut aliter quocunque modo vinum alterius conduxerit in graſpis,vel colatum,in vaſellis,caſtellatis aut tinacijs ſeu ligna,fœnũ, paleam, aut quicquam aliud cuiuſcunq; quantitatis ad ciuitatem Ferrariæ vel eius burgos aut diſtrictum, audeat vel præſumat auferre vel ſurripere aut extrahere per ſe vel alium, quantitatem aliquam vini extra vaſa in quibus eſt poſitum, ſeu lignorum & aliarum rerum de quibus ſupra retinendam per ſe,vel alijs dandam gratis vel pro pecunia, ſub pœna ſolidorum quadraginta march. pro quolibet & qualibet vice fuerit contrafactũ applicanda pro duabus partibus communi Ferrariæ,& pro alia parte accuſatori ſeu inuentori,qui etiam ſecretus teneatur ſi voluerit, & ad reſarciendum incontinẽti & abſq; alio litigio

omnia

omnia damna & intereſſe domino rei. In quam pœnam etiam incurrant quicunq; quibus res prædictæ datæ fuiſſent, a ſupradictis nautis, bubulcis, carraterijs & alijs conductoribus gratis vel pro pecunia applicanda vt ſupra.

De caracijs, palis, perticis, & ſtropis non vendendis ſine bulletino patroni. LXXIII.

NVLLI bubulco carraterio aut ruſtico & habitanti in villis & comitatu Ferrarię, qui veniret cum curribus aut carretis pedeſtres vel in naui liceat conducere ſeu portare ad ciuitatem Ferrariæ, vel eius burgos cauſa vendendi & vendere, caracios, palos, perticas tam virides quàm ſiccas, & ſtropas abſque bulletino patroni cum quo ſtant, & ad cuius requiſitionem laborant: ſub pœna ſolidorum triginta pro quolibet & qualibet vice contrafactum fuerit, & perdendi dictos currus ſeu carretas, vnà cum rebus de quibus ſupra conductis, pro duabus partibus communi Ferrariæ & pro alia accuſatori applicanda & reſarciendi damna patronis rerum prædictarum. Et vbi prædicti haberent bulletinos falſos, cadant in pœnam trium ictuum funis incontinenti ſibi in publico dandorum.

De fornaſarijs & pretijs laboreriorum ſuorum. LXXIIII.

AD tollendas extorſiones & iniquitates, quæ plerunque fiunt in laborerijs à fornace, tam ex eo quòd non ſunt ad debitum calmerium, tam quòd pluris venduntur quam ſit honeſtum, tam etiam ꝙ laboreria non ſint bene cocta & ſtationata, quæ omnia tendunt in graue damnum reipublicæ: Statuimus & ordinamus, quòd nullus fornaſarius aut exercens artem fornacis, ſeu vendens res à fornace, audeat aut præſumat facere aut fieri facere vel vendere lapides & alia laboreria a fornace, quæ non ſint ad debitum calmerium pro tempore eis per Iudices ad victualia cum participatione & conſenſu Mag. Iudicis duodecim ſapientum ſtatuendum: ſub pœna librarum decẽ march. qualibet vice fuerit contrafactũ, applicanda pro duabus partibus communi Ferrariæ, & pro tertia accuſatori ſeu inuentori. Similiter non audeat nec præſumat vẽdere aut vendi facere quantitatẽ aliquã calcis, lapidum, aut aliorum laboreriorũ a fornace, poſtq̃ erunt cocta & extracta e fornace, niſi prius fuerint viſa & approbata per Iudices ad

ad victualia ꝙ ſint bene cocta & ſtationata & ad debitum calmerium ſub pœna de qua ſupra, in quam incurrant ipſo iure applicandam vt ſupra. Et in eam pœnam incurriſſe intelligantur etiam nautæ, carratetij & cariolarij qui conducent laboreria prædicta a fornace ad ciuitatem Ferrariæ vel eius burgos, quæ non ſint bene cocta & infra debitũ calmerium, abſq; licentia dictorum Iudicum ad victualia. Pariter ſtatuentes, ꝙ nullus fornaſarius aut exercens artem prędictam ſeu mercator dictæ artis audeat vel præſumat vendere aut vendi facere calcem lapides, tegulas aut alia laboreria a fornace, vltra pretia infra limitanda, ſeu in poſterũ pro tempore per magnificum Iudicem duodecim ſapientum limitanda iuxta temporum exigentiam: ſub pœna vt ſupra applicanda quoties fuerit cõtrafactum videlicet. Quodlibet milliare lapidum communium vltra libras duas & ſolidos quindecim; milliare lapidum a platea libras tres marc. milliare tegularum libras quatuor ſolidos decem, milliare tauellarum paruarum, pezalium & cauorum libras duas ſolidos ſexdecim, milliare tauellarum magnarum libras tres marc. ſtarium calcis ſolidos duos denarios ſex, & modium calcis lib. duas ſolidos decem march. & teneãtur prędicti omnes & ſinguli, cum vendent ſeu vendi facient quantitatem aliquam calcis, eam mẽſurare ſeu menſurari facere iuſte, diligenter & ſine fraude aliqua, cum debitis menſuris & aſſagijs ipſis pro tempore conſtitutis per officium duodecim ſapientum vel Iudices ad victualia. teneanturque dare debitam quantitatem emptoribus calcis, ſub pœna librarum decẽ marc. quoties fuerit cõtrafactum vt ſupra applicanda: & liceat emptoribus dictę calcis recurrere circa prędicta ad Iudices ad victualia, qui requiſiti teneantur incontinenti & abſq; litigio aliquo menſurari facere dictam calcem emptam, iuſte & vt ſupra; & vbi reperierint in menſura deficere, faciant ſuppleri quod deficit, & in omnibus prouideant indemnitati ipſorum emptorum. Inſuper ſtatuentes, ꝙ prędicti fornaſarij & alij de quibus ſupra, teneantur habere & tenere vnam ſtaderiam magnam iuſtam, cum qua poſſit vendi ad pondus quęlibet quantitas calcis, ſi eam emere ad pondus videbitur emptoribus: intelligendo ꝙ quodlibet ſtariũ calcis ſit & eſſe debeat ad pondus librarum ſexaginta octo nitidarum. Qui etiam fornaſarij & alij de quibus ſupra, teneãtur & debeant vẽdere calcem quę ſit bene cocta & ſtationata arbitrio boni viri: aliàs teneantur Iudices ad victualia requiſiti ab emptoribus huiuſmodi calcis non bene coctę & ſtationatæ eiſdem emptoribus dari facere à prædictis fornaſarijs & alijs de quibus ſupra, tantam aliam

quantitatem

quantitatem calcis bene coctæ & ſtationatæ, & eiſdem emptoribus, ſolui facere per prædictos fornaſarios, & alios de quibus ſupra omnem expenſam quæ fieri continget pro reconducendo dictam quantitatẽ calcis non bene coctæ ad fornacem, & pro conducendo calcem bene coctam ad locum deſtinatum ab ipſis emptoribus tam in carraterijs q̃ nautis ac cariolarijs: qua expenſa ſoluta dicta quantitas calcis non bene coctæ remaneat ipſis fornaſarijs & reliquis, de quibus ſupra ſi eam voluerint: Et nihilominus quilibet contrafaciens in prædictis vel eorum quolibet, cadat in pœnam librarũ quinq; march. pro duabus partibus maſſariæ cõmunis Ferr. & pro alia tertia accuſatori applicandã.

De beccarijs, fructarolis, lardarolis & ſalcizarijs. *LXXV.*

STATVIMVS ꝙ nulli beccario liceat ſuper poſta ſua ſeu taglia vel alibi in beccarijs tenere zuntas de capite alicuius beſtię, nec teſtas aliquas inciſas, nec ſchincos, pedes, corda, muſettos, auriculas aut gargatas alicuius beſtię, nec aliquam rerũ prędictarum vel partem aliquam eius dare pro zuntis alicui quoquo modo, nec carni vituli dare zuntã alterius carnis q̃ vituli, ſub pœna ſolidorum quadraginta pro quolibet & qualibet vice fuerit contrafactũ, pro dimidia maſſariæ cõmunis Ferrariæ, pro alia dimidia accuſatori ſeu inuentori applicanda; & quolibet caſuũ prædictorũ beccarius amittat carnes venditas, quæ cedant lucro emptoris, cui pretium earum, ſi forte ſolutum eſſet, debeant prædicti Iudices ad victualia incontinenti ex capſetis beccarij per eos extractum reſtituere. Poſſint tamen dicti beccarij vendi facere teſtas inciſas & alia de quibus ſupra extra becharias, abſq; cõmixtione aliarum carnium, vt emptores clare videre poſſint quod emant. Prohibẽtes ſimiliter fructarolos, lardarolos, ſalcizarios, & alios vendentes carnes porcinas recentes in ciuitate Ferrariæ, & eius burgis aut comitatu ne dare audeant vel prçſumant in venditione prædictarum carniũ porcinarum zuntas aliquas de ſupra enumeratis, ſub eadem pœna vt ſupra applicanda, & amiſsionis carniũ venditarũ vt ſupra. qui omnes videlicet beccarij, fructaroli & alij ſupra nominati teneantur in venditione carnium dare emptoribus ſuum debitum pondus, & nõ excedere pretia ſibi pro tempore limitãda per Iudices ad victualia, ſub pœna prædicta, quandocunq; in quolibet prædictorum fuerit contrafactum, & amiſsionis carnium, vt ſupra. Inhibentes etiam prædictis beccarijs ne poſſint vendere graſſum, pelles, & coria beſtiarum quarum-

cunq; vltra pretia, quæ ſibi pro tempore limitabuntur per Iudices ad victualia: ſub pœna librarum quinquaginta pro quolibet & qualibet vice fuerit contrafactum, applicanda pro tertia accuſatori ſeu inuentori, pro tertia cameræ ducali, & pro alia tertia fabricæ peſtiferatorū ciuitatis Ferrarię. In quam incurrant etiam emptores dictarum rerū vltra pretia vt ſupra limitanda, niſi denuntiauerint id Iudicibus ad victualia. Præterea vtilitatem publicā pręoculis habentes ſtatuimus, ꝙ nullus beccarius audeat vel pręſumat emere, vel emi facere agnos, aut caprettos in plateis ciuitatis Ferrarię, nec in baccarijs, nec alibi in ciuitate Ferrarię vel eius burgis; ſub pœna ſolidorum quadraginta & amiſsionis rerum prædictarum, vt ſupra applicāda. in quam etiam incurrat quicunq; ex eis emerit vel emi fecerit animalia prædicta in diſtrictu Ferrarię, ab aliqua perſona, quę illa conduceret ad ciuitatē Ferrariæ cauſa vendendi. Inhibentes etiam pręedictis beccarijs, ne poſsint duobus pretijs diuerſis vendere carnes bouinas, quę non ſint vitulinæ, ſed tantum poſsint carnes vituli vendere vno pretio, & omnes alias carnes bouinas ſiue iuuenes ſiue antiquas vendere alio pretio, ſub pœna prędicta vt ſupra applicāda. Et in prędictis omnibus & ſingulis cōſules ad victualia & ſuperior beccariarum teneantur diligenter inquirere ſimul vel diuiſim; & qui eorū inuenerit beccarios in aliquo prędictorū contrafacere lucretur partem vt ſupra inuentori conſtitutam; dummodo contrafacientes cōdemnet & mulctet in pœnis prędictis.

De ſtateria tenenda per beccarios & piſcatores. LXXVI.

STATVIMVS ꝙ in qualibet poſta beccariarū, piſcariarū ciuitatis Ferr. ſtet & ſtare debeat continuè appenſa vna ſtateria iuſta & bullata in loco ſtatuto & determinato per cōſules ad victualia, expenſis ipſorum beccariorum & piſcatorum ſiue ſprocanorum; cum qua ſtateriā quilibet emens carnes vel piſces poſsit ipſe ponderare & videre an iuſtum ſit pondus ipſarum carnium vel piſcium, ſub pœna cuilibet cōtrafacienti, & pro qualibet vice ſolidorū quadraginta marcheſanorū communi Ferrarię applicanda, quoties fuerit inuentus per conſules ad victualia non habere dictam ſtateriam: quibus conſulibus tunc applicetur tertia pars, & quilibet poſsit accuſare, & lucretur tertiam partem dictæ pœnæ.

De

De nominando eum, cui res mobiles vendita ſunt. LXXVII.

STATVIMVS q quilibet venditor rerum alienarum mobilium,& maxime illi qui tenent apothecas ſpecialiter ad id exercitium, ſeu magiſterium, teneatur & debeat requiſitus à dño, vel dante res ipſas ad vendendum,denominare eum cui dictæ res venditæ ſunt;niſi iurauerit ſe vendidiſſe alicui foreſi & ignoto:ſub pœna ſol.xl.march.pro qualibet vice,applican. pro medietate communi Ferrariæ,& pro alia medietate domino, vel illi qui res ipſas dederit ad vendendum.

Pœna ſcarnantium pelles iuxtà Padum, vel in eo ad moium ponentium. LXXVIII.

NVLLI pelacano, aut alteri perſonæ liceat ſcarnare, depilare, ſeu lauare aliquas pelles, vel coria in pado, vel iuxta padum per triginta pedes communis Ferrariæ,nec ad moium ponere in pado à latere ciuitatis Ferrariæ, quantum ſe protendit ciuitas,ſub pœna librarum quinque march. fiſco applicanda: ſed vltra padum poſſit prædicta facere impune.

Pœna excoriantis cadauera brutorum animalium in Ciuitate Ferrariæ. LXXIX.

NVLLI licere volumus cadauera equorum,aſinorum & aliorum iumentorum excoriare intra ciuitatem Ferrariæ,nec mortua deponere, vel relinquere,ſub pœna ſol. xl. march. & teneatur cadauera exportare extra ciuitatem per medium milliare, vel in pado vltra pontes. Si vero quis cadauera aliorum animalium,vel auium minutarum proiecerit per vias ciuitatis Ferrariæ,condemnetur in ſolidis x.marc. & exportare ea teneatur. Hanc accuſationẽ volumus eſſe popularẽ, & dimidiam lucretur accuſator, alteram dimidiam fiſcus.

Pœna proijcientis ſanguinem phlebotomorum, vel capillos in padum,vel loca infraſcripta. LXXX.

NE aqua fluminis padi,& alia loca infraſcripta inficiantur,interdicimus vniuerſis barbitonſoribus ciuitatis Ferrariæ mittere, vel proijci facere in platea communis Ferrariæ, vel in ſtrata publica,

vel in padum ſanguinem phlebotomiarum, aut capillos, vel pilos: interdicimus etiam becharijs proijcere, aut proijci facere ſanguinē beſtiarum mortuarum, aut inteſtina & fæces inteſtinorum, in platea & ſtratis publicis, & in pado in locis in quibus cōmuniter aqua ad vſum populi ſumitur, & circa ea loca per decem perticas: ſub pœna librarū duarum march. & quilibet ſit legitimus accuſator, & pœnæ prædictæ dimidiam conſequatur, nec pandatur accuſans, ſi noluerit: cuius dicto ſtetur cum vno teſte fide digno, de cuius fide arbitrio Poteſtatis ſtari volumus.

Pœna leproſi euntis per ciuitatem, vel burgos Ferrariæ. LXXXI.

NE ciues ex contagione lędantur, interdicimus omnibus leproſis, ne audeant ire per ciuitatem Ferrariæ, vel burgos, ſed ſtent in hoſpitali ſancti Lazari extra ciuitatem Ferrariæ. ſi quis contrafecerit, expellatur & banniatur perpetuo de ciuitate Ferrariæ.

Pœna accipientis terras terralei ciuitatis Ferrariæ. LXXXII.

PRohibemus, ne quis accipiat, ſeu accipi faciat palam vel occultè, de terra terralei ciuitatis Ferrarię: ſi ſecus fiat tam accipięns, q̄ accipi faciens, condemnetur in ſol.xx.marc.& ſimili pœna puniatur maſſarius illius contratæ, de cuius pertinentijs, ſeu confinibus eſt dictum terraleum, ſi delinquentes ipſos infra triduum non denuntiauerit Poteſtati, & quilibet ſit iuſtus accuſator: contra ipſos etiam poſſint procedere officiales bulletarum ciuitatis Ferrariæ ſecundū ordines ſuos.

Pœna facientium corruptum quando corpus portatur ad eccleſiam. LXXXIII.

NEmini in ciuitate Ferrariæ, vel burgis liceat leuare corruptum, ſeu plangere alta voce, propter aliquod corpus mortuum, poſtq̄ ipſum corpus extractum fuerit de domo, & portabitur, ſeu portatum fuerit ad eccleſiam: nec liceat aliquibus mulieribus ſequi, aut præcedere aliquod cadauer, nec ad eccleſiam ire, poſtq̄ portatum fuerit, clamoribus & fletibus aerem verberare. contrafacientes puniri iubemus pœna librarum quinque march. fiſco applicanda.

De

De prohibitione ludi facta pro confortinis & lacte. LXXXIIII.

AD tollendas,euitandasq; execrabiles & facinoroſas blaſphemias quæ vt plurimum ex ludis taxillorum & carticellarum ac huiuſmodi procedunt,vt experientia docet:Statuimus quòd ammodo nullus poſsit ludere ad quoduis genus ludi aliquam quantitatem confortinorum & lactis in ciuitate,burgis & comitatu Ferrariæ, ſub pœna librarum quinq; march. applicanda pro duabus partibus communi Ferrariæ:& pro alia tertia parte accuſatori. Et ꝙ Iudices ad victualia ciuitatis Ferrariæ ſint & eſſe debeant Iudices cõpetentes ad cognoſcendũ de huiuſmodi ludis,& delinquentes & contrafacientes cõdemnandũ.

De lignis ab igne. LXXXV.

STATVIMVS ꝙ nullus cuiuſcunq; conditionis exiſtat,audeat vel præſumat vendere,vel cauſa vendendi conducere ad ciuitatẽ Ferrariæ, vel eius burgos ligna alicuius qualitatis, niſi ſint ad calmerium infra ſcriptum & vt infra,videlicet:ꝙ faſsij lignorum fortium, vel dulciũ ſint & eſſe debeant longitudinis pedum quinq; Epiſcopatus Ferrariæ, groſsitudinis autem in ligatura capitis inferioris vnciarum nouem. Sarzanæ vero eſſe debeant longitudinis pedum trium, & groſsitudinis in ligatura capitis inferioris vnciarũ nouem.Faſsinæ autem ſint & eſſe debeant groſsitudinis vnciarum decem octo, ſub pœna amiſsionis lignorum & librarum decem march. pro dimidia maſſariæ communis Ferrariæ,& pro alia dimidia inuentori ſeu accuſatori applicanda: quæ pœna toties locum habeat, quoties fuerit contrafactum. In quam pœnam librarum decem march. incurrat etiam quicunq; exonerari fecerit ligna prædicta & alia quęcũq; cuiuſcũq; qualitatis cauſa vẽdendi conducta, abſque licentia conſulum ad victualia vel alterius eorum, de qua licentia notarius eorum notam facere debeat:& quicũque vendiderit vel vendere inceperit ligna de quibus ſupra,antequam per eos conſules ipſis lignis pretium conſtitutum fuerit, vel qui poſt conſtitutum pretium, vltra ipſum pretium vendere præſumpſerit: de qua licentia, & pretio conſtituto notarius ipſorum conſulum notã facere teneatur. Prouidentes ꝙ faſsij & ſarzanæ debeant eſſe ligatæ ab ambobus capitibus: faſsinæ autem cũ vna ligatura in medio, nec poſſint fieri turſiæ de lignis dulcibus, vel aliter plures faſsij lignorum dulciũ poſſint ſub eadem ligatura ligari, ſub pœna vnoquoq; caſuum prę-

dictorum amiſsionis ipſorum lignorum,quorũ tertia accuſatori vel inuentori applicetur,aliç duç partes diſpenſari debeant per Iudices ad victualia inter pauperes moniales ciuitatis Ferrarię. vlterius ſtatuentes ꝙ nullus audeat extrahere ſtãgas vel ſtanghettos e faſsijs vel ſarzanis conducendis vel conductis ad ciuitatem Ferrarię, vel eius burgos cauſa vendendi,etiam ſi eſſet dominus vel patronus ipſorum faſsiorũ ſeu ſarzanarum,& eas,vel eos ſeparatim vendant, ſub pœna amiſsionis ipſarum ſtangarum vel ſtãghettarum & lib. decem marc. vt ſupra applicanda. Nec liceat alicui ſub eadem pœna miſcere ligna dulcia cũ lignis fortibus vel econtra,vel ſic à quocunq; mixta vendere aut vẽdi facere. Inſuper prouidemus ꝙ nullus cuiuſcũq; conditionis exiſtat, audeat vel pręſumat cõducere vel conduci facere extra diſtrictũ Ferr. ligna ab igne cuiuſcunq; qualitatis & conditionis, quę nata fuerint aut inciſa in aliquo loco diſtrictus Ferrarię,nec conducentibus auxiliũ vel fauorem pręſtare, abſq; licentia Iudicis duodecim ſapientum: ſub pœna amiſsionis lignorum prędictorũ, & librarũ quinquaginta marc. pro duabus partibus maſſarię communis Ferrarię & pro alia tertia inuentori ſeu accuſatori applicanda toties, quoties fuerit contrafactũ: in quã pœnam librarũ quinquaginta pariter incurrãt nautæ qui cum nauibus ſuis cõducerent ligna prædicta extra diſtrictũ Ferr. niſi aliter in hoc viſum fuerit ipſi Iudici duodecim ſapiẽt. ex aliqua iuſta cauſa.

De candelis de ſeuo. LXXXVI.

STATVIMVS ꝙ nullus poſsit facere aut fieri facere vel vendere candelas de ſeuo,quę non ſint bonę &de bono graſſo arbitrio boni viri de quo ſtari debeat declarationi cõſulũ ad victualia,ſub pœna amiſsionis candelarum & ſolidorum quinq; pro qualibet libra earũ applicanda pro duabus partibus communi Ferr. & pro alia accuſatori ſeu inuẽtori. In quã etiam incurrat quicunq; vendiderit candelas de ſeuo vltra pretiũ per ipſos conſules ad victualia pro tẽpore eis conſtituendũ.

Qui non poſsint emere ſortes. LXXXVII.

VT rectius & cũ omni integritate ęſtimatores electi & deputati ad ęſtimandum ſortes, fideliter & iuſte ęſtiment: Statuimus ꝙ nullus deputatus & electus ad ęſtimandũ ſortes, audeat vel pręſumat emere ſeu emi facere directè vel indirectè,per ſe vel per aliũ ſortes per eum

æſtimatas,

æſtimatas, aut aliquam partẽ earum, nec habere aliquam intelligentiam, ſiue cõmunionem cum emptoribus earum, ſub pœna perdendi precium, ſiue tantumdem de ſuo ſoluendi, quo venditæ fuerint dictæ ſortes applicand. communi Ferrariæ: & quilibet poſſit eſſe denuntiator & accuſator, & lucretur dimidiam dictæ pœnæ, & tenebitur ſecretus ſi voluerit.

De conducentibus vinum in caſtellatis ad ciuitatem Ferrariæ, & de capacitate caſtellatarum. LXXXVIII.

PRovidemvs ꝙ quilibet bubulcus, aut carraterius, qui conducit vinum de graſpis, in caſtellatis, ſeu medijs caſtellatis ad ciuitatẽ Ferrariæ, teneatur & debeat in eodem curru, vel carreta, ante vel poſt caſtellatam habere tinellã, vel aliud vas capacitatis maſtellorum trium, ſi caſtellata ſit integra, vel duorum maſtellorum, ſi ſit media caſtellata, vt ſuccurri poſſit ipſis caſtellatis, vel medijs caſtellatis, ſi vinum bulliret: ſub pœna ſolid. xx. march. cuilibet cõtrafacienti imponenda, pro dimidia maſſariæ cõmunis Ferrariæ, & pro alia accuſatori, ſeu inuentori applican. & vlterius teneatur contrafaciens ad omne damnum & intereſſe eius, cuius eſſet vinum; niſi ita ex loco propinquo vinum ipſum conduceretur, vt non eſſet periculum ꝙ vinum bulliret adeo ꝙ expanderetur, quod ſit in arbitrio Iudicum ad victualia. Declarantes ad tollendas difficultates, quę oriuntur inter ementes & vendentes vinum in caſtellatis, ꝙ quælibet caſtellata intelligatur & eſſe debeat capacitatis maſtellorum xxiiij. iuſtorum, & media caſtellata maſtellorũ xij. & ſecundum hanc menſuram intelligantur contractus facti de caſtellatis, vel medijs caſtellatis. Prohibentes cuicunq; tam terrigenæ ꝗ forenſi, ne audeat facere, aut fieri facere, vel conducere caſtellatã, vel mediam caſtellatam, quę non ſit ad mẽſuram de qua ſupra: ſub pœna librarum trium marc. vt ſupra applicanda quoties fuerit contrafactũ, & circa hoc Iudices ad victualia diligenter inquirant.

CAPITVLA ET ORDINES, ac prouiſiones ſeruandæ per molendinarios diſtrictus Ferrariæ.

De iuramento præſtando officialibus ad penſam. LXXXIX.

AD obuiandum fraudibus & malitijs molendinariorum, quantum fieri poſsit, ſtatuimus & ordinamus ante omnia eſſe debere tria officia deputata ad ponderandum frumentum macinandum, & ad ponderandum farinam macinatam: vnum videlicet ad portã ſancti Pauli gabellæ groſſæ iuxta padum: aliud ad portam ſancti Ioannis Baptiſtæ, tertium ad portam ſancti Benedicti: & eligantur ſingulo anno per Iudicem duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ & ipſos ſapientes quatuor viri boni periti & bonæ vitę ac famæ, quorum duo deputentur & deputati ſint ad officiũ penſæ ad portam ſancti Pauli gabellę groſſæ iuxta padum: Et vnus ad officium penſę ad portam ſancti Ioannis Baptiſtæ: Et vnus alter ad officium penſæ ad portam ſancti Benedicti. Quibus quidem officialibus detur ſacramentum in principio electionis ſuæ de bene & legaliter & ſine fraude aliqua exercendo officium ſuum: & teneantur ipſi & debeant recte ponderare frumentum, farinam, & diligenter curare ne ciues & alij dantes ad macinandum fraudentur: & poſsint etiam ipſi officiales inquirere contra molendinarios de omni fraude & dolo cõmiſsis per ipſos in pertinentibus & ſpectantibus ad dictum officium penſæ: ac etiam teneantur & debeant ipſi facere obſeruari omnia capitula & ſtatuta pertinentia ad ipſam penſam: Et percipere & habere debeat quilibet ipſorum officialiũ pro ſuo ſalario & mercede a communi Ferrariæ quolibet menſe libras quinq; March.

De diligentia habenda per dictos officiales circa officium. XC.

STATVIMVS, ꝙ dicti officiales ſint circumſpecti, & debeant habere continuè bonam diligentiam, nè domini frumenti & molendinarij indebite patiantur damnum, in habendo rationem ſi frumentum non fuerit cribellatum, vel ſi fuerit balneatum vel humefactum, propter quod oporteat ipſum molendinarium ſiccare & cribellare dictum

frumentum

frumentum diſfalcando iuſtè & debitè prout ſuæ conſcientiæ videbitur, & ſimiliter in habendo rationem ſi molendinarius portaret farinam balneatam, vel humefactam, vel alio modo vitiatam, vt maius pondus habere poſsit. & poſsint dicti officiales cogere molẽdinarios ad ſatisfaciendum dominis frumenti, prout eis videbitur.

De ſtateria tenenda per officiales ad penſam. XCI.

STATVIMVS, ꝙ dicti officiales deputati ad penſas habeant & tenere debeant vnam ſtateriam iuſtam expenſis communis Ferrariæ pro ponderando frumentum & farinam, vt infra dicitur. quam ſtateriam poſsint ipſi officiales facere iuſtari & adæquari expenſis ipſius cõmunis, prout neceſſe erit ſine requiſitione alterius officialis, quæ quidem expenſæ acceptari debeant facta fide de ipſa iuſtatione & adæquatione: & conſules, ſiue Iudices ad victualia poſsint inquirere & videre ſi ipſæ ſtateriæ ſint iuſtæ, & eas iuſtari facere: nec pro tali iuſtatione ſoluatur alicui officiali conſulis, vel alterius officij aliquid, nec ſolui debeat auctoritate præſentis ſtatuti.

Quòd molendinarij debeant portare bulletinum appenſum ſaccis. XCII.

STATVIMVS ꝙ nullus molendinarius audeat vel præſumat portare, vel portari facere frumẽtum alicuius ſtantis & habitantis intra muros ciuitatis Ferrariæ ad molendina pro macinando: Niſi primo, & ante omnia fuerit portatum & præſentatum ad officium penſæ, & ibi per officialem ponderatum & penſatum. qui officialis teneatur cum omni diligentia, benè, & legaliter ponderare, & ſine fraude aliqua penſare dictũ frumentum, & curare ꝙ molendinarius ſtet aliquantulũ remotus à ſtateria tpe quo ponderabitur frumentum, ne poſsit tangẽdo ſaccum cum pede vel alio modo fraudẽ committere. Volentes ꝙ omnes & ſinguli ſacci quotcunq; fuerint etiam vnius & eiuſdem perſonæ, debeant ponderari & penſari per ipſum officialem, qui teneatur immediatè ſcribere ſuper libro deputato ad illud quantitatẽ ponderis frumenti, & nomen dñi, & ipſius molendinarij, & omnia alia quæ ſunt conſueta ſuper dictis libris officij penſę deſcribi & notari: quo frumento macinato teneantur ipſi molendinarij cõducere & pręſentare illius farinã ad officiũ penſæ. quæ quidẽ farina ẽt ponderari debeat ꝑ

ipſum

ipſum officialem eo modo, quo ſupra de frumento diximus, & cuilibet ſacco farinę applicare bulletinum, in quo bulletino ſit deſcripta quãtitas ponderis frumenti & quantitas farinę, quę ſecundum calmerium percipi debeat ex dicto frumento, & nomen domini cuius eſt cum appoſitione milleſimi, menſis, & diei. Nec poſsit molendinarius portare ac reddere aliquem ſaccum farinæ dominis ſine dicto bulletino: & ſi in prædictis vel aliquo prædictorum ipſe officialis contrafecerit, cadat in pœnam ſolidorum viginti march. pro qualibet vice communi Ferrariæ applicandã. Et ſi molendinarius contrafecerit cadat in pœnam ſolidorum viginti march. pro quolibet ſacco: cuius pœnæ tertia pars applicetur communi Ferrariæ, tertia parti lęſæ, & alia tertia pars accuſatori denuntiatori ad officium conſulum ad victualia: ſed ſi officialis penſæ inuenerit aliquem molendinarium contrafacientẽ prędictis, poſsit eum condemnare in dictis pœnis, & dimidiam earum lucretur, & alia dimidia applicetur cõmuni Ferr. Et poſsint & debeant dicti conſules ad victualia inquirere in prædictis & circa prædicta, & repertos culpabiles condemnare ſiue mulctare prout iuris fuerit. Statuentes etiam ꝙ dicti officiales ad penſam teneantur ſingulo die videre libros officialium ad macinam, & inſcontrare libros ſuos cum libris macinæ, vt poſsint cognoſcere & videre ſi in prędictis aliqua fraus cõmiſsa ſit per aliquem molendinarium. Quos quidem libros officiales macinæ teneantur & debeant eis oſtẽdere, & facultatem præſtare eis videndi, legendi & inſcontrandi pro libito eorum voluntatis, ſub pœna ſolidorũ viginti march. pro qualibet vice cõmuni Ferr. applicãda.

Quòd molendinarij teneantur extrahere partem ſuam farinæ ſiue frumenti ſibi contingentem. XCIII.

STATVIMVS ꝙ quilibet molendinarius teneatur & debeat extrahere partem ſuam farinæ ſiue frumenti, ſiue ratam ſibi contingentem ex dicta farina, ſiue frumento, & per præſentia ſtatuta taxatam, de quolibet ſacco farinæ ſiue frumenti, anteq̃ dicta farina ponderetur per officialem ad penſam. Et ſi molendinarius ponderari fecerit farinam anteq̃ extraxerit partem ſibi contingentem, non poſsit amplius extrahere nec habere partem ſuam, ſed tota farina ſit ipſius domini, cuius eſt: & fictione præſentis ſtatuti ipſe molendinarius præſumatur extraxiſſe partem ſuam, & ratam ſibi contingentem.

De calmerio frumenti faciendo quolibet anno. *XCIIII.*

STatvimvs ꝙ omni & ſingulo anno de menſe Auguſti fiat calmerium frumenti cuiuslibet regionis, ſi contingat frumentum diuerſarum regionum eſſe in ciuitate Ferrariæ & eius diſtrictu, & meliçę & fabę cõmuniter bonorum macinandorũ in bona farina mandato Iudicis xij. ſapientum ciuitatis Ferrariæ, per duos peritos viros tunc electos & deputatos per prædictum Iudicem; ſecundum quod calmerium & ad rationem cuius calmerij, molendinarij teneantur & debeant reſpõdere, dare, & reddere farinam macinatam omnibus, qui dederint frumentum ipſis molendinarijs ad macinandum. In quo calmerio declaretur expreſsè & ſpecificè quantã quãtitatẽ farinæ in pondere & in menſura reſpondere, dare & reddere teneantur ipſi molẽdinarij, deducta & detracta parte ipſorum molendinariorum: quam partem eſſe declaramus vnum minellum pro ſtario dicti frumenti macinandi, etiã deductã & detracta volaría: quam declaramus eſſe libras duas farinæ pro quolibet ſacco. Volentes ꝙ conſules ad victualia teneantur ſingulo anno de mẽſe Auguſti notificare Iudici xij. ſapientum & ipſis ſapiẽtibus, vt curent & prouideant fieri debere calmeriũ pro illo anno: & ſi dicti conſules nõ notificauerint, vt ſupra, incurrant pœnam ipſo iure lib. xxv. march. communi Ferr. applicandã, & in ſalarijs ſuis computãdam. quod calmeriũ volumus infra quinque dies à die calmerij cõputãñ. publicè proclamari debere ad feneſtras palatij, vt moris eſt, vt in notitiã cuiuſlibet trãſeat, quantũ farinæ recepturus eſt pro illo anno.

Quòd molendinarij teneantur macinare cuilibet volenti. *XCV.*

STatvimvs ꝙ quilibet molendinarius ciuitatis & diſtrictus Ferrariæ teneatur & debeat macinare quodlibet bladum benè, legaliter & ſufficienter ad bonum macinarum, & non nimis tritum cuilibet volenti & petẽti: & bladum, quod receperit teneatur & debeat infra ſex dies in farinam, vt ſupra reſtituere, dando & reſtituendo ipſam farinam ſecundum calmerium quod illo anno fiet, vt per noſtra præſentia ſtatuta declaratum eſt. Et teneatur accipere bladum ab omnibus perſonis de domibus eorum macinare volentibus, & deferre ad molendinum, & poſtea portare farinam ad domos earum, vt moris eſt. Et ſi aliquis molendinarius contrafecerit in prædictis, vel ali-

quo

quo prædictorum, condemnetur pro qualibet vice in ſol. quadraginta march. & nihilominus teneatur ſibi macinare, ſub pœna prædicta, ēt ſi fuerit accuſatus ab eodem, & in omnibus prædictis caſibus poſsit compelli realiter & perſonaliter per officiales conſulis ad victualia ciuitatis Ferrariç: nec poſsint directè, vel indirectè etiam à ſponte dantibus recipere vltra id ꝙ per ſtatuta noſtra ipſis taxatum eſt, ſub pœna prædicta applicanda vt ſupra.

Quòd molendinarij teneantur habere duo ſtaria farinæ in capſono ad minus. XCVI.

ITem ꝙ quilibet molendinarius continuè habere & tenere debeat vnam capſam ſiue capſonum cum farina in dicto officio penſæ. In qua vel quo ſint ad minus ſtaria duo farinæ; ſub pœna ſol. xx. march. pro qualibet vice, qua nō habuerit: de qua farina officialis ad penſam poſsit & debeat etiam propria auctoritate refundere, ac refundi facere omnibus, qui defraudati eſſent in pondere vel menſura: & idem facere poſsint Iudices ad victualia, ſi ad eos habitus fuerit recurſus ex eo ꝙ non fuerit reperta quantitas farinæ buratatç, quæ erat ſcripta ſuper bulletino officialis ad penſam eidem ſacco affixo: quo caſu illico, & abſque litigio teneantur prędicti Iudices ad victualia ire ad officiū penſç ad capſonum illius molendinarij, & ex eo ſatisfacere ei qui ad ſe recurſum habuerit, de tanta quantitate farinæ, quanta ſibi deficiebat vſque ad quantitatem contentam in bulletino: & vlterius tali caſu cōdemnare debeant dictum molendinarium in ſol. viginti march. pro dimidia ipſis conſulibus, vel alteri eorum prædicta exequenti, & pro alia dimidia communi Ferrariæ applicandis.

Quòd liceat vnicuique volenti facere buratare ſuam farinam ad officium penſæ. XCVII.

STATVIMVS ꝙ liceat vnicuique domino farinç volenti facere buratare farinam ſuam ad prędictum officium penſç, vt poſsit cognoſcere ſi qua fraus commiſſa ſit per molendinarium, deinde menſurari facere ad quartas raſas iuſtas; & ſi repertum fuerit aliquam fraudem cōmiſſam eſſe per molendinarium in menſura, vel in pondere, compellatur ipſe molendinarius ſtatim & immediatè per ipſum officialē reſtituere, aut ſatisfacere domino farinç tam in pondere quā in menſura,

ſecundum

ſecundum calmerium debitum vt ſupra. Volentes ꝙ ſi farina prædicta ſic buratata reperta fuerit ad pondus debitum, & reperiatur ad menſuram excedere calmerium, nihilominus tota farina cedat ipſi domino vt ſupra dictum eſt. Et dicti molendinarij puniri poſsint & debeãt per conſules ad victualia in ſol. xx. march pro qualibet vice, qua fraudem aliquam commiſerint: & teneatur officialis ad penſam denunciare prædictas fraudes ſic repertas ipſis conſulibus ad victualia, & hoc caſu ipſe officialis lucretur quartam partem dictarum pœnarum.

De auctoritate & iuriſdictione officialium ad penſam circa officium & portum Padi. XCVIII.

STATVIMVS ꝙ prædicti officiales ad penſam poſsint & debeant prohibere & expellere de dicto officio omnes ludentes quocunq; genere ludi, proijcientes lapides, mingentes, & alia turpia & inhoneſta cõmittentes in dicto officio, nec audeat aliquis blaſphemare, vel verba iniurioſa dicere aduerſus dictum officialem, nec tenere aſinos in domo dicti officij, ſub pœna cuilibet contrafacienti in aliquo prædictorum ſolidorum viginti march. communi Ferrariæ applican. de quibus omnibus ſtetur iuramento dicti officialis, cum vno teſte. Et poſſint cõſules ad victualia inquirere & punire, & ipſe officialis ad penſã teneatur denuntiare & lucretur quartam partem dictę pœnę. teneantur etiam ipſi officiales ad penſam prouidere, & curare, ne portus padi ſiue locus iuxta & directè ad dictum officiũ penſę, occupari poſsit per alios nautas cũ ſuis nauibus. Et poſsint dicti officiales pręcipere omnibus occupãtibus dictum locum, vt recedant de dicto loco: & ſi quis eorum contrafecerit, condemnetur per dictos officiales ad penſam in ſolidis viginti march. communi Ferrariæ applicandis, & ipſi officiales lucrentur quartam partem dictæ pœnæ.

De frumento cambiato per molendinarios. XCIX.

HOc tenendum auctoritate præſentis ſtatuti de cætero volumus, & ſtatuimus, quòd quoties molendinarius acceperit frumentum de domo alicuius cauſa macinãdi; & dñs dixerit farinã ſibi redditã eſſe de alio frumẽto, q̃ de frumẽto quod ipſe molẽdinarius portauerit vel habuerit, ſiquidẽ frumentũ ꝙ portauerit molẽdinarius fuerit frumẽtũ bonũ & legale, vel ꝙ vulgariter dicitur cima frumẽti, teneat ipſe molẽdinarius dare & reddere ipſi dño tantũdẽ frumẽti ęqualis bonitatis, vel

quantitatem pecuniæ limitandam per Iudices ad victualia pro quolibet ſtario, pro intereſſe ſuo frumenti cambiati infra tres dies; & ſit in electione domini, frumentum recipere, vel prædictum intereſſe, & credatur dño de bonitate & qualitate frumenti cum ſuo iuramento, arbitrio ipſorum Iudicum ad victualia inſpecta qualitate perſonę, & quod frumentum ſit cambiatum. & ſi in prædictis, vel aliquo prędictorum contrafactum fuerit, condemnetur ipſe molendinarius in ſol. xx. mar. cōmuni Ferrariæ applicañ. vltra prædicta: ſaluis alijs pœnis & alijs diſpoſitis per ſtatuta nr̄a cōtra molēdinarios delinquētes in officio ſuo.

De farina & frumento non vendendo per molendinarios. C.

STATVIMVS ꝙ nullus molendinarius audeat, vel præſumat vendere, ſeu vendi facere per ſe, vel per alium farinam, vel frumentum, ſub pœna centum ſol. march. communi Ferrariæ applicanda: & quilibet poſſit eſſe accuſator & denuntiator, & lucretur medietatē dictę pœnę.

Vbi & in quo loco accuſationes molendinariorum fieri debeant. CI.

STATVIMVS, ꝙ oēs accuſationes & querelæ faciendæ per quaſcunq; perſonas, de molendinarijs in ipſorum officio delinquentibus, fiant & fieri debeant ad officium conſulum ad victualia, & non coram aliquo Iudice vel officiali: & ſi qua accuſatio vel denūtiatio facta fuerit contra formam pręſentis ſtatuti, ſit nulla ipſo iure, & quæcunq; ex ea ſecuta fuerint, ex nunc decernimus non valere, niſi quatenus per ſtatuta noſtra aliter eſſet diſpoſitum: Volentes quòd ſi quis accuſauerit molendinarium, & vna & eadem hora plures & diuerſas accuſationes fecerit de eodem molendinario, intelligatur ſolum & dumtaxat vna accuſatio, & non niſi pro vna accuſatione pœnam fiſco ſoluere teneatur ipſe molendinarius.

Ad qua tenentur molendinarij, & de pœna contrafacientium. CII.

STATVIMVS ꝙ omnes & ſinguli molendinarij bene, fideliter & legaliter macinare teneantur ad bonum macinatum bene ſcaiatum & non nimis tritum, & reddere farinam ad pondus debitum & debitam menſuram, & non cambiare bladum quod acceperint, & non addere nec ponere remolum in ipſa farina: nec permittant balneari nec made-

madefieri ſaccos, nec illos ad humidum ponere: & ſi aliquis contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum, teneatur emendare damnũ intra tres dies a die citationis de ipſo: ꝙ ſi nõ fecerit, cõdemnetur per conſules ad victualia in ſolidis viginti marc. pro qualibet vice, & pro qualibet fraude, & ad emendandum damnum duplicatum, de quo ſtetur ſacramento ipſius damnum paſsi, conſiderata qualitate perſonę & quantitate damni, arbitrio iudicantis. Volentes ꝙ dicti molendinarij non poſsint dare niſi ſtarium vnum cum dimidio remoli pro quolibet ſacco frumenti ſtariorũ quatuor macinati in farina, quod remolum nõ ſit calcatum. Et ſi inueniretur remolum in ipſa farina vltra vnum ſtarium cum dimidio pro ſacco vt ſupra, teneatur molendinarius dare bonam farinam tãti ponderis quanti eſt inuentum remolum, vltra dictum ſtarium cum dimidio vt ſupra; & hoc in emendationem damni illius cuius fuerit dictum bladum, & credatur ſacramento ipſius domini bladi de eo pluri, vel illius qui buratauerit dictam farinam: ſi vero ſablonum vel aliquam aliam fraudem in farinam commiſerit, ponatur ad berlinam, in qua ſtet per duas horas, & pecuniariter etiam condemnetur arbitrio ipſorum Iudicum ad victualia.

Quòd molendinarij non poſsint accuſari de furto. CIII.

STATVIMVS ꝙ molendinarij non poſsint nec debeant accuſari de furto pro farina retenta, vel blado non reſtituto, cambiato vel aliter baratato; ſed ſi ipſi totum bladum, vel maiorẽ partem ipſius bladi dati ad macinandum denegauerint, cõtrectauerint, vel baratauerint, poſsit contra ipſos procedi poſt viginti dies a die accepti bladi connumerandos per Iudices ad victualia per infraſcriptum modum videlicet. Quòd ſi molendinarius deliquerit in prædictis & circa prędicta, pro primo delicto ponatur in carceribus, & non relaxetur donec reſtituerit bladũ vel farinã duplicatũ vel duplicatam domino, cuius fuerit & condemnetur in ſolidis xx. march. communi Ferrarię applicandis: pro ſecundo autem delicto puniatur vt ſupra, & ponatur ad berlinam more cõſueto, vbi ſtare debeat per quatuor horas: pro tertio delicto puniatur vt in primo caſu & etiam fuſtigetur per loca publica ciuitatis Ferrariæ. Si autem aliquis molendinarius aufugerit cum frumẽto, aut eodem tempore exportauerit, contrectauerit, vel barataueri frumentum, quod aſcenderet ad valorem quinquaginta librarũ marc. etiam ſi non fuerit de primis accuſatus vel condemnatus, tunc contra eum

SS ij poſsit

poſsit procedi & puniri criminaliter de furto, vt ſupra dictū eſt, & vlti mo caſu puniatur & priuatus eſſe intelligatur in perpetuū de ipſa arte.

De ſecuritate præſtanda per molendinarios. CIIII.

STATVIMVS & ordinamus, quòd quilibet molēdinarius volens exercere aut exercens ipſam artem macinandi, teneatur & debeat quolibet anno bis, ſcilicet in Kalendis menſis Ianuarij & in Kalēdis menſis Iulij, apud officium conſulum ad victualia idoneè fideiubere de bene, fideliter & legaliter exercendo artem ſuam; & reſtituendo frumentum vel farinā ſibi datam, & de reficiendo damnum & intereſſe omnibus qui ſibi dederint ad macinandum, ſecundum modum & formam ſtatutorum noſtrorum. & ſi prędictam fideiuſsionem nō præſtiterint infra octo dies, habentes molendina prope Ciuitatem per quinq; milliaria, & abinde vltra infra quindecim dies poſt dicta tempora, cadāt ipſo iure & facto in pœnam librarum trium March. communi Ferrarię applicandam: cuius pœnę quartam partem lucrentur dicti conſules ad victualia, qui teneātur, & debeant die ſabbati & Dominicæ proximè ſequētium in mane hora tertiarum, elapſis dictis temporibus de quibus ſupra, publicè banniri & publicari facere per publicum bannitorem ſuper podiolo palatij iuris communis Ferrariæ, quòd talis molendinarius fideiuſsionem nō præſtitit, & quòd nullus det ſibi frumentum nec aliquod bladū ad macinādum: & ſi dicta notificatio vel proclamatio facta non fuerit per dictos conſules ut ſupra, amittant quartam partem ipſius pœnæ, & nihilominus ipſo iure & facto cadant in pœnam ſolidorum quadraginta March. pro quolibet & qualibet vice communi Ferrarię applicandam, & in ſalarijs ſuis computandam. Ad quam computandam teneatur maſſarius cōmunis Ferrarię diligenter inquirere & obſeruari facere, ſub pœna de ſuo ſoluenda. Volentes quòd notarius deputatus ad dictum officium fideiuſsionum, teneatur notificare maſſario prædicto infra octo dies tunc proximè ſequentes, talem dictam ſecuritatem non pręſtantem: ſub pœna .xx. ſoli. March. communi Ferrarię applicanda: Statuentes quòd ſi poſt dictam publicationem & bannum ipſe molendinarius perſeuerauerit in macinando non præſtita prædicta fideiuſsione, dicti conſules teneantur notificari facere dominis molendinorum, qualiter talis ſuus molēdinarius non præſtitit fideiuſsionem, & quòd ipſi debeant ſibi auferre molendinum, & quantum eſt in ipſis, expellere dictum molendinarium per dictos conſules aut alios officiales ciuitatis Ferrariæ per vim & armata

manu,

manu,& ſine aliquo iuris ordine ſeruato,& etiam non obſtante aliqua locatione, nec alio iure ſibi molendinario cōpetituro in dicto molendino.& ſi dñi molendinorũ prædicta non fecerint, teneantur ipſi pro dictis molendinariis,& intelligatur ipſos fideiuſsiſſe pro dictis molendinarijs ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt in præſenti ſtatuto. Quę omnia & ſingula ſuperius dicta volumus obſeruari debere,& locum ſibi vendicare, etiam ſi molendina eſſent exempta per decretũ vel per alium quemcunq; modũ. Et ſi prędicti Iudices ad victualia negligentes fuerint in notificando dominis molendinorũ, vt ſupra, vel ſi requiſiti ab ipſis dominis ꝙ debeant expellere dictum molendinariũ, vel recuſauerint, vel negligentes fuerint, ſint & ipſo iure intelligãtur eſſe fideiuſsores & obligati in omnibus & per oĩa, prout ipſi molẽdinarij eſſent obligati,& perinde ac ſi expreſſe fideiuſſiſſent. Volẽtes ꝙ ſi eſſent plures molendinarij ſuper vno molẽdino, ſufficiat vnica prę ſtatio idoneę fideiuſsionis,& etiam ſi plures eſſent molẽdinarij quilibet eorum teneatur inſolidum. Et prędicta omnia intelligantur etiam in munarijs, qui ſunt ſub aliqua poteſtaria alicuius villæ diſtrictus Ferrariæ.

Quòd aliquis non poßit eſſe fideiußor niſi pro vno molendino. CV.

STATVIMVS ꝙ notarius deputatus ad recipiendũ ſecuritates molẽdinariorũ, nõ poſsit nec debeat accipere aliquẽ fideiuſsorẽ vel pro fideiuſſore, niſi ſolum pro vno molendino, ſaluo ꝙ ſi dñs duorum molẽdinorũ vel plurium voluerit fideiubere pro molẽdinarijs ſuorũ molẽdinorũ, quod id facere poſsit. & ſi contrafactum fuerit in prędictis vel aliquo prędictorum per ipſum notariũ, teneatur ipſe notarius de ſuo proprio in eo, in quo repertum fuerit dictum molendinarium teneri.

Quòd Iudices ad victualia poßint inquirere ſuper molẽdinis. CVI.

STATVIMVS, quòd officiales conſulis ſiue Iudices ad victualia poſſint & debeant ire,& inquirere & officium ſuum exercere ſuper omnibus molendinis tam exemptis quam nõ exemptis,& inuentiones facere & cõdemnare prout in ſtatutis noſtris cõtinetur: & nihilominus molendinarij ſuper molendinis exemptis, ſint & eſſe debeant exempti ab omni ſolutione conſulis, eccleſiolę,& officij bladorum & ab omni alio onere & ſecundum & prout continetur in eorum decretis: excepto quàm à ſolutione ſolidorum quatuor pro ſecuritate præſtanda,

prout in alio ſtatuto diximus,& excepto a ſolutione ſolidorum trium cum dimidio,pro qualibet inuentione,quæ fieret per dictos officiales ſuper dictis molendinis exemptis: & vltra id nil aliud quouis quæſito colore recipere poſsint ipſi Iudices ad victualia, ſub pœna dupli eorũ quę accipient,& lib.x.pro qualibet vice: & præterq̃ à condemnationibus & à ſolutione dictarum condemnationum, quę fierent contra ipſos per dictos officiales,non obſtantibus decretis, conſuetudinibus retro ſeruatis,& quibuſcunq; alijs in contrarium facientibus.

De tempore ſtatuto ad denuntianda damna & fraudes commiſſas per molendinarios. CVII.

STATVIMVS ꝙ quęlibet perſona teneatur & debeat denuntiaſſe officialibus deputatis ad officium conſulũ ad victualia,damnũ ſibi datum per molendinarium ſuum ſiue in farina retenta,ſiue in blado cãbiato,ſiue de quacunq; alia fraude commiſſa,infra dies xv. in ciuitate Ferrarię,& eius burgis,& infra vnum menſem in ęius comitatu, ſeu diſtrictu: qua denuntiatione facta notarius deputatus ad dictum officiũ teneatur & debeat cumprimum poteſt, citari facere molẽdinarios denuntiatos ſiue accuſatos,vt veniant ad ſe defendendũ infra octo dies: & ſiquidem comparuerint & nullã defenſionem fecerint, vel ẽt citati non comparuerint,dicti officiales teneantur & debeant illos cõdemnare infra octo dies.ſi aũt cõparuerint & defenſionẽ aliquã propoſuerint,aſsignetur vtriq; parti terminus octo dierum ad probãdum & probatũ habendũ;quibus elapſis procedatur ad condemnationẽ,vel abſolutionẽ ſecundum formã iuris, quam facere teneãtur infra octo dies.

De ęxamine faciendo per Conſules ad victualia, & qui intereſſe debeant. CVIII.

STATVIMVS ꝙ ipſi Iudices ad victualia ſub vinculo iuramẽti,omnibus & ſingulis xxij.diebus teneantur,& debeant facere examẽ & cõdemnationes de omnibus prædictis denuntijs & accuſis,ac ẽt de omnibus inuentionibus factis per ipſos. In quo examine intereſſe debeant ipſi Iudices,Syndicus palatij iuris cõmunis Ferrar. & maſſarius ipſius cõmunis Ferrarię. Volentes tñ ꝙ vſque ad examẽ eorum incluſiuẽ & nõ vltra,poſsint fieri remiſsiones in caſibus, in quibus nõ veniret imponenda pœna corporalis,vel corporis afflictiua.& teneãtur ſyndicus

palatij

palatij, & maſſarius cõmunis Ferrariæ omni & ſingulo menſe ſub vinculo iuramenti inquirere & examinare libros & vachetas dictorum officialium ad victualia,& compellere dictos officiales ad dictas condemnationes faciendum: & ſi repererint aliquã fraudẽ per ipſos officiales & notarium cõmiſſam,Syndicus teneatur & debeat eos cõdemnare pro ſuo arbitrio ad eã pœnã,quæ ſibi videbitur,q̃ pœnã volumus cõputari in ſalario delinquẽtis. Adijcientes ꝙ ipſi officiales ad victualia poſsint in prędictis & quolibet prędictorum,& in omnibus pertinẽtibus ad eorum officium,videlicet pœnarum,mulctarum, inuentionũ ex officio prouenietium procedere,cognoſcere & terminare,ac puniře & mulctare,ac cõdemnare de plano,ſimpliciter,ſine ſtrepitu & figura iudicij,nullo iuris ordine ſeruato:& à cõdemnationibus, mulctis & terminationibus ipſorum nõ poſsit appellari,querelari, ſupplicari,de nullitate dici,nec aliquod aliud remedium implorari,niſi recurſus habeatur ad Iudicẽ xij.ſapientum,vt in alijs ſtatutis noſtris diſpoſitũ eſt.

Qui admittantur ad accuſationes molendinariorum. CIX.

STATVIMVS ꝙ nullus admittatur ad aliq̃ accuſam faciendã contra molẽdinarios,niſi ſit caput familię,vel eius procurator,aut nuntius eius nomine cõparens. In qua quidem accuſa debeant deduci & deducta intelligantur omnia,de quibus molendinarius poſsit accuſari per prædictum vſq; ad dictã diem. & iurare omnino teneatur quicunq; ſic accuſare voluerit,etiam ſi non conſtiterit de ſpeciali mandato.

Quòd molendinarij poſsint ſecum deferre ſtateriam ad domum domini. CX.

ITEM ꝙ quilibet molendinarius,ſi voluerit,poſsit deferre ſecum ſtateriam bonam & iuſtã ad domum cuiuslibet macinatoris, & blada ad põdus recipere,ſi hoc proceſſerit de voluntate dantis blada ad macinãdum,& de ipſo blado bonam & idoneam farinam reſtituere,retẽtis quatuor libris farinæ de quolibet ſtario. Et ſi hoc fecerit,nullo modo accuſari poſsit de debita quãtitate farinæ ſibi nõ reſtituta, nec hoc caſu teneatur portare ad pẽſam. & ſi dicti molendinarij dederint pro ſacco vltra ſex quartas remoli, de ſacco quatuor ſtariorũ,tantum plus quantum fuerit remolus vltra dictas ſex quartas, in farina reſtituere & emendare accuſatori teneantur.

Quòd

Quòd Iudices ad victualia teneantur emendari facere damna per molendinarios. CXI.

STATVIMVS q; pro emendandis damnis datis per molēdinarios, prædicti Iudices ad victualia poſſint, teneantur & debeant pignorare, ſeu pignorari facere, detinere, ſeu detineri facere, carcerare, ſeu carcerari facere, & de carceribus non relaxare, nec relaxari facere quemlibet molendinarium, donec prædicta damna, de quibus molendinarij accuſati fuerint, emendata fuerint, vel aliter fuerint cum accuſatore in concordia: & hoc ſtatim elapſis terminis, de quibus in ſtatutis noſtris continetur, etiam nullo iuris ordine ſeruato & ferijs non obſtantibus etiam repentinis.

Quòd molendinarij poſſint accuſari de macinato denegato. CXII.

ITEM q; nullus molendinarius poſſit accuſari de macinato denegato per aliq̄ perſonam, ſi talis perſona habuerit farinam macinatam pro ſe & familia ſua per vnum menſem, aliàs accuſari poſſit de macinato denegato: & puniatur ipſe molēdinarius in xx. ſol. marc. pro qualibet vice, niſi fuerit in concordia cum accuſatore infra tertiam diem poſtq̄ fuerit accuſatus. quo die vel ſequenti, quo fuerit accuſatus, teneantur & debeant Iudices ad victualia dictum molendinarium citari facere ſub dicta pœna, & hoc ſi fuerit molendinarius de ciuitate, ſi vero de villis fuerit infra octo dies: & dictus molendinarius teneatur eſſe in concordia cum accuſatore iam dicto infra tertiam diē à tempore citationis prædictę. & poſſit molendinarius compelli per ipſos Iudices ad victualia, realiter & perſonaliter vltra pœnam prędictā, ad macinandum prædicto accuſatori.

Quòd domini molendinariorum non teneantur ad emendationem damnorum datorum per molendinarios. CXIII.

STATVIMVS q; dñi molendinorum non exercentes artem per ſe, vel per famulos eorum, vel per aliquem ſocium, non teneantur, nec cō pelli poſſint per aliquem officialē ad emēdationē alicuius damni, vel damnorum datorum per aliquos molendinarios dictorū ſuorum molendinorum, nec ad aliquam ſecuritatē præſtandā ad officium conſulum ad victualia vel alibi; niſi quatenus reperiatur expreſſum in ſtatutis noſtris vt ſupra.

De

De pœna molendinarij non emendantis damna. CXIIII.

STATVIMVS ꝙ ſi aliquis molendinarius damnum dederit alicui perſonę,ſeu aliquibus perſonis,etiam in pluribus vicibus, licet pro modica quantitate in qualibet vice,occaſione ſuæ molendinarię; ꝙ damnum,ſiue damna excedant valorē xxv.lib.marc.quæ non reperiantur eſſe emendata vſq; ad ſententiā incluſiuè per ipſum,vel alium eius nomine,in toto,vel ſaltem pro duabus partibus,ponatur dictus molendinarius ad berlinā platee ciuitatis Ferrariæ, & ibi ſtet, ac ſtare compellatur per quatuor horas diei. Ita ꝙ omnes ſtātes ipſum videre poſsint, quibus quatuor horis elapſis,ipſe molendinarius carceretur,& non relaxetur donec ſatisfecerit integrè ei , vel eis quibus damnum fecerit , vel dederit, vel aliter ſecum fuerit in concordia.

De molendinarijs macinantibus comitatinis & ruſticis. CXV.

CVM hactenus ciuibus prouiſum ſit, æquū eſt & comitatinis prouidere prout melius poterit ; ideo ſtatuimus ꝙ oēs molendinarij comitatinis macinantes teneantur & debeant eis dare pro ſingulis quatuor ſtarijs frumenti boni & legalis quartas xviij.farinæ bene macinatæ,ſecundum formā ſtatutorum noſtrorum. Si autem molendinarij prædicti contrafacient, tunc liceat comitatinis , qui ſunt ſubiecti , vel non poteſtarijs comitatus Ferrariæ, coram ipſis Poteſtatibus & rectoribus eorum, vel alterius eorum molendinariorum comitatinorū cōparere;qui eis comitatinis ius adminiſtrare teneantur contra dictos molendinarios , arctando eos ad ſatisfactionem farinę deficientis vſque ad quantitatem prędictam,mulctādo,ſeu condemnando eos molendinarios ſecundū formam ſtatutorum noſtrorum.quibus Poteſtatibus & rectoribus ex nunc prout ex tunc plenū arbitrium prædicta cognoſcendi,terminandi,& exequendi damus & attribuimus:reſeruantes tamen prædictis comitatinis facultatem,ſi magis voluerint, agēdi & accuſandi eos molendinarios ad officium conſulū ad victualia ciuitatis Ferrarię.& idem intelligatur in ciuibus habitantibus,vel macinantibus ruri , & credatur etiam damnum paſsis de damno ſibi dato eorum iuramento, inſpecta qualitate perſonæ iurantis,arbitrio ipſorum Poteſtatum,& prout alias diſpoſitum eſt per ſtatuta noſtra.

De

De molendinis conſtruendis in ciuitate & diſtrictu Ferrariæ. CXVI.

STATVIMVS ꝙ quælibet perſona terrigena, vel forenſis poſsit & valeat in ciuitate Ferrariæ comitatu vel diſtrictu facere, vel fieri facere ac de nouo conſtrui quẽlibet, ſeu quoslibet molendinum, ſeu molẽdinos & molendinas ſine ſolutione alicuius gabellç pro conſtructura & factura dicti molendini ſiue molendinorũ & molendinarum: & ipſos molendinos, vel molendinas non poſsit deſtruere, niſi cum licentia Iudicis xij. ſapientum ciuitatis Ferrariæ. Similiter ſtatuimus ꝙ quęlibet perſona terrigena, vel forẽſis conducere vel conduci facere poſſit de alieno diſtrictu ad ciuitatẽ & diſtrictum Ferrarię, molendinum, ſiue molendinos, aut molendinas, ſine ſolutione alicuius gabellæ pro conductura; & ipſum molendinum ſiue molendinos, aut molendinas ſic conductos & conductas nõ poſsit extrahere ſiue extrahi facere de ciuitate Ferrarię, ſiue eius diſtrictu, ſine expreſſa licentia dicti Iudicis duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ. qua tamen petita & obtẽta, non teneatur ad ſolutionem alicuius gabellæ pro dicta extractura. & contrafacientes puniantur arbitrio prędicti Iudicis duodecim ſapiẽtum ciuitatis Ferrariæ.

De molendinis tenendis longe à ripa per pedes vigintiquinque. CXVII.

STATVIMVS ꝙ quicunq; habuerit molendinum in pado, propriũ vel conductũ, teneatur & debeat ipſum tenere longe à ripa & terra ſemper & continue per pedes xxv. ad pedem Epiſcopatus Ferrarię, quantumcunq; ſit magnum, vel paruũ molendinum, vel ẽt vltra; ita ꝙ nullus qui habuerit molendinũ, faciat vel facere poſsit impedimentum: nec tenere poſsit aliquid aliud quomodocunq; & qualitercunq; inter terram & molendinũ, quo minus naues, vel burchielli liberũ habeant tranſitũ. & ſi quis contrafecerit, ſiue vnũ impedimentũ fuerit, ſiue plura, cadat in pœnã lib. iij. marc. cõmuni Ferrariæ applicañ. prima vice, ſecunda in x. tertia in pœnã xxv. lib. marc. & trium ictuũ funis publicè infligẽdorum: & ẽt teneatur ad omne damnum & intereſſe cuicunq; damnum paſſo. Volentes ẽt ꝙ ipſi molendinarij ſub dicta pœna, non poſsint, audeant, vel præſumant eodem loco tenere, vel teneri facere, niſi dumtaxat duos molẽdinos, ſeu molendinas in pari, videlicet

vnum

vnum ante alterum:& quilibet poſsit accuſare, & lucretur dimidiam dictarum pœnarum, nullo in prædictis vel aliquo eorum priuilegio cuiquam ſuffragante.

Quòd nullus conducens molendinum de alieno diſtrictu poſsit compelli ad macinandum alicui, niſi eidem per duas vices macinauerit. CXVIII.

STATVIMVS, ꝙ ſi aliquis molendinum conduxerit de alieno diſtrictu ad ciuitatem, ſiue diſtrictum Ferrariæ, non poſsit accuſari ꝙ denegauerit alicui macinare, nec poſsit compelli ad macinandum alicui, niſi macinauerit eidẽ per duas vices ſaltẽ. Volentes ꝙ oẽs molendini ſiue molendinæ conducti & conductæ in diſtrictum Ferrariæ de alieno diſtrictu, ſint & intelligantur exempti & exemptæ.

De minello iuſto tenendo per molendinarios. CXIX.

STATVIMVS ꝙ quilibet molendinarius teneatur & debeat habere & tenere ſuper molendino ſuo minellum, & qualibet aliam menſurã iuſtum & iuſtam, ac bullatum & bullatam, ſub pœna ſol. viginti marc. communi Ferrariæ applicanda.

Infra quantum tempus molendinarij teneantur damna emendare. CXX.

INSVPER ſtatuimus ꝙ ſi coram conſulibus ad victualia ciuitatis Ferrariæ accuſati fuerint aliqui molendinarij de damno dato alicui, vel fraude commiſſa; teneantur requiſiti ipſi conſules facere emendari dictum damnum ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum infra octo dies; aliàs teneantur de ſuo, & compelli poſsint per ſyndicum palatij iuris cõmunis Ferrariæ ad emendandũ dicta damna, ſi per eos ſteterit.

De molendinis non conducendis ſine licentia ſupra, vel infra ad alia loca. CXXI.

STATVIMVS ꝙ molendini & molendinæ, qui vel quæ conſueti & cõſuetæ ſunt macinare pro vſu ciuitatis, burgorum & ſuburgorum ipſius ciuitatis Ferrariæ, incipiendo à villa occhibelli infra, vſq; ad villam

Iam Francolini, vſque ad Coderetam, & vſq; ad Muniſtirolū, non poſſint extrahi aut conduci ad alia loca ſupra, vel in fra: ſub pœna ducatorum xxv. auri communi Ferrariæ applicanda, & perdendi molendinū, vel molendinam. & ſi fuerit comitatinus, vltra dictas pœnas ponatur in carceribus communis Ferrariȩ, vbi ſtet per ſex menſes. Si autē fuerit forenſis, in perpetuum banniatur, vltra ēt prędictas pœnas: & quilibet poſsit accuſare & denuntiare, & lucretur medietatem dictæ pœnæ. & prædicta non vendicent ſibi locum, ſi licentiā habuerint & obtinuerint à Iudice duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariȩ de extrahendo & conducendo ipſos molendinos ad alia loca.

Quòd piſtores ciuitatis Ferrariæ non poſsint macinare apud Ciuitatem per quinque milliaria. CXXII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ piſtores ciuitatis Ferrariȩ non poſsint nec audeant macinare, nec macinari facere apud ciuitatem Ferr. per quinque milliaria, ſine licentia Iudicis duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariȩ, ſub pœna ſol. quinq; march. pro quolibet ſtario macinato in loco prohibito. & molendinarius, qui macinauerit, incurrat pœnam ſolidorum duorum march. pro quolibet ſtario ſic macinato: quæ pœnæ applicentur maſſariæ communis Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia accuſatori, ſeu denuntiatori.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER OCTAVVS,

Ordines ſeruandos per Iudices ad officium mercatorum in litibus dirimendis complectens.

De modo & forma eligendi Iudices mercatorum & de eorum iuramento I.

CVM mercatores in rebus publicis augendis,cōſeruandisq́; permaxime neceſſarij eſſe videātur & ex mercantijs,atque mercatoribus ipſis multa commoda ciuitates,caſtra & omnia alia loca ad vſum, vitamq́; hominum neceſſaria acquirant; æquum & dignum eſſe arbitramur vt maximis fauoribus honorari promereantur. Ideo ad infraſcriptas prouiſiones & ſtatuta deueniẽtes ſtatuimus & ordinamus ꝙ per officium xij.ſapientum Ferrarię imbuſſolentur duodecim ex notabilioribus mercatoribus ciuitatis Ferr. cum ſex Iudicibus de collegio aduocatorũ Iudicum ciuitatis Ferrariæ in ſex breuibus,in quibus deſcripti ſint duo mercatores,& vnus Iudex ex prædictis pro ſingulo breui, pro duobus annis:quibus finitis fiat noua imbuſſolatio modo & forma ſupradictis: & ſimiliter ēt imbuſſolentur & imbuſſolari debeant tres alij Iudices,& ſex mercatores in tribus breuibus,vt ſupra,& ponantur in alio buſſolo qui ſupranumerarij vocentur,qui ſolum extrahantur quoties aliqua extractio fieri deberet ſecundum præſenria ſtatuta, loco & ratione aliquorum abſentium,vel aliter impeditorum, vel ſuſpectorum, & quoties aliqua extractio erit neceſſaria ex aliqua ſimili cauſa in ipſis ſtatutis contenta: nec aliquis electus ad ipſum officium poſſit per ſubſtitutum ſeruire, niſi quatenus per ſtatuta eſt conceſſum. Et omni quadrimeſtri extrahatur vnum ex dictis breuibus,& deſcripti in dicto breui ſint Iudices mercatorum ciuitatis Ferrarię ad ius reddendũ,vt ſupra deputati:& qui iurent & iurare debeant coram dicto Iudice xij. ſapientũ, iuſtitiā miniſtrare bona

TT fide

fide & ſine fraude, ſũmariè & expeditè more mercatorio,& ſeruare ordines infraſcriptos, nec poſsint recuſare,ſub pœna xxv.ducatorũ pro quolibet eorum, applicanda communi Ferrarię.

De iuriſdictione Iudicum mercatorum,& quibus,& contra quos dicere poſſint. II.

VT dicti Iudices & eorum officium in ſua natura conſeruentur, & aliorum tribunalium iuriſdictiones neque euacuentur,neque turbentur, & vt tollatur omnis cauſa querelæ, ſtatuimus ꝙ dicti Iudices mercatorum ſic electi,vt ſupra,durante eorum quadrimeſtri &officio, poſsint & valeant ac debeant iuſtitiam adminiſtrare ſuper omnibus cauſis mercatorijs, litibus & quæſtionibus quę vertuntur de præſenti & in futurum vertentur, cauſa & occaſione mercantiarũ quarumcũq; ac omnium & ſingularum earum venditionum & contractuum, ſiue diſtractuum tam per inſtrumenta, q̃ ſine, & litterarum cambij liciti & approbati, & omnium aliorum quæ ſaperent naturam ſeu ſpeciem mercantiæ, vt infra videlicet. inter mercatorem & mercatorem, & mercatorem & artificem,& artificem & mercatorem: & hoc reſpectu dumtaxat mercantiarum & rerum habitarum, vel habendarum per ipſum artificem ab ipſo mercatore cauſa reuendendi pro ſua arte & ſuo exercitio, & inter mercatorẽ foreſem non habentẽ tabernã ſiue apothecã in ciuitate Ferr.& nõ habentẽ ſocietatẽ cũ aliquo ciue ciuitatis Ferr. habente apothecã in ipſa ciuitate Ferr. & quęcunq; alterũ artificem vel nõ artificẽ occaſione quarũcunq; rerum & mercantiarũ habitarum ab ipſo mercatore forenſi,in parua vel magna quantitate, ad minutum ſiue ad ingroſſum. Declarantes illum eſſe mercatorem & non artificem,qui nõ quidem ſemel & raro,ſed frequenter & ſępius mercimonia emendo & vendendo atq; aliter contrahendo & diſtrahendo, in magna quantitate mercari conſueuit, vel mercari ceperit, & veriſimiliter perſeuerare voluerit. Diſponentes etiam, ꝙ ſi quis artem exerceat in qua principaliter & vt plurimum negotietur contrahendo & diſtrahendo, quales ſunt cerdones, marzarij, pellizarij & ſimiles,qui ad ingroſſum vt plurimum non negotiantur,tam diſtrahendo,q̃ cõtrahendo, talis pro artifice habeatur non pro mercatore quãtum ad hoc, vt pro iure cõſequẽdo actiuè pro rebus & debitis artis ſuę non poſsit nec valeat audiri per dictos Iudices mercatorũ, tanq̃ hoc caſu Iudices incõpetentes;ſed ad Poteſtatẽ,eius Vicariũ, ſeu quęcũq; al-

alterum Iudicē cōpetentē remittatur,& remiſsus eſſe intelligatur. Statuētes & ordinantes ꝙ de litibus & cōtrouerſijs,quę verterentur inter quamcunq; perſonam,quæ de iure forum Ferrariæ ſortiretur,& aliquē mercatorem,cauſa & occaſione ſuorum recollectuū ſuarum poſſeſsionum,ſicut frumenti,vini,lanæ,& lini & aliarum rerum ſimilium emptarum per ipſum mercatorem in magna quantitate, & non pauca, ſcilicet ad ingroſſum & non ad minutum,& cauſa negotiandi & mercandi,& non pro victu proprio aut familię ſuæ;talium differentiarum ſint & eſſe poſsint cognitores & deciſores dicti Iudices mercatorum, ſicut in alijs caſibus & cauſis ſupraſcriptis. Ordinantes etiam, ꝙ prędicti Iudices mercatorum non poſsint nec valeant cognoſcere de cauſis litibus & controuerſijs,quę quoquo modo verterentur inter artificem & alium artificem, ſeu inter artificē & alium quēcunq; non artificem. Item inter mercatorem & eum qui emeret, non quidem cauſa & occaſione vendendi,vel reuendendi, ſed pro victu & veſtitu ſuo, aut familiæ ſuæ: niſi eſſent mercatores forenſes nō habitantes aut non habentes tabernam aut fonticum in ciuitate Ferrariæ: quo caſu dicti forenſes poſsint conuenire debitores ſuos occaſione prędicta ad dictum officium mercatorum. Adijcientes ꝙ inſtrumenta mercationum, videlicet denariorum datorum ad mercantiam,non ſpectent,nec pertineant ad officium prædictum mercatorum: promiſſores autem & fideiuſſores dati occaſione alicuius mercanriæ ab eo,qui poteſt coram dictis Iudicibus occaſione prædicta conueniri ſecundū ſtatuta noſtra, vt ſupra, & campſores ex cauſis promiſſionum quarumcunq; factarum per eos more ordinario & cōſueto campſorum, poſsint conueniri coram præfatis Iudicibus:quorum Iudicum iuriſdictionem volumus nō poſſe prorogari tacitè vel expreſſè. Et habeanr dicti Iudices mercatorum plenā & liberā poteſtatē iudicādi cognoſcēdi,ſenrētiādi,terminādi & arbitrandi more mercatorio,ideſt de plano,ſimpliciter,ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, cum ſcriptura vel ſine, & ferijs meſium non obſtantibus: cogendo remedijs opportunis ipſas partes ad exhibendum coram ipſis Iudicibus codices ſuarum rationū, & omnia alia iura ſua, breuiter & expedite, prout eis melius videbitur pro veritate reperienda,& cauſis breuiter decidēdis. poſsint tamen ius reddere mercatoribus forenſibus,vt ſupra contra quoſcūq; ſuos debitores quocunq; tempore, ēt feriato ex cā repentina. & quicquid erit ſententiatum, laudatum,& diffinitum per dictos Iudices vel ſaltē duos ex eis,videlicet Iudicē deputatū, & vnum ex dictis mercato

TT ij ribus,

ribus, ſi ipſi ambo erunt concordes in præmiſsis & quolibet premiſſorum, plenam obtineant roboris firmitatẽ. Volentes & ſtatuentes q̃ à ſententijs, pronuntiationibus, abſolutionibus, cõdemnationibus, præceptis, declarationibus et eorum terminationibus quibuſcũq;, ſiue diffinitiuis ſiue interlocutorijs dictorum Iudicum mercatorum, non poſſit nec liceat appellari, de nullitate dici, querelari, vel aliter contradici quomodocunq; directè, vel indirectè: ſed ipſe ſententie, precepta & terminationes plenam roboris obtineant firmitatem. Si tamen pro aliquo Illuſtriſs. dñs noſter cãm aliquam ſeu aliquas ex eis cenſuerit ac cõmiſerit videndã, ſeu reuidẽdã, tunc & eo caſu vt iudicia pariter procedant, cõmittatur & cõmiſſa intelligat' duobus alijs mercatoribus & vni Iudici ex imbuſſolatis & extrahẽdis vt ſupra: qui ſimiliter sũmariè more mercatorio & vt ſupra in primis Iudicibus diximus, dictã cãm determinẽt, cognoſcãt & ꝓcedant. Et ſi ſentẽtia prima cõfirmata fuerit, incurrat ſuccumbens ipſo iure in pœnam lib. x. march. quarum dimidia applicetur parti, & alia dimidia cõmuni Ferrarie, ſi ipſa cauſa fuerit a libris centum infra. Si vero à libris centum vſq; ad ducentas libras fuerit, incidat in pœnam lib. xxv. march. applican. vt ſupra. Ab inde vero ſupra in ducatis. xxv. auri applicandis vt ſupra: que pœne exigi poſsint & debeant, niſi appellans habuerit iuſtam cãm appellandi, & ob eam cãm Iudices ipſi appellationis abſoluerint appellantẽ ab incurſu pœne, vel niſi prima ſentẽtia fuerit confirmata ex nouis, actis & probationibus. Si vero ſecunda ſententia eſſet contraria prime, & cõtigerit Illuſtriſs. dñm noſtrum Ducem ipſam recõmittere, fiat & fieri debeat ſimilis commiſsio duobus alijs mercatoribus, & vni Iudici ex imbuſſolatis, & extrahendis vt ſupra; qui vt ſupra dictũ eſt, more mercatorio procedere, terminare & exequi debeant, & nihilominus reim buſſolati remaneant, vt ſupra dictum eſt de alijs ſupra. Et in quolibet dictorum caſuũ, ſi Iudex eſſet diſcors a duobus mercatoribus, tunc fiat aliorum electio, & plane obſeruetur vt in prima cauſa dictum eſt: nec a dicta tali ſecunda ſententia prime confirmatoria, nec a tertia ſententia, ſi eam fieri contigerit, propter contrarietatem primarum ſententiarum vt predictũ eſt, nec ab huiuſmodi pronuntiatione, abſolutione preceptis & terminatione liceat alicui per directum, vel indirectum appellare, de nullitate dicere, reclamare, querelare, ſupplicare vel in integrũ reſtitutionẽ petere ẽt ratione minoris etatis, vel alia quacũq; cã vel alio quouis modo ſe opponere; ſed executioni mandetur indilatè, ſub pœna centũ ducatorũ auri applicanda pro dimidia cõmuni Ferr.

&

& pro alia dimidia parti, in cuius fauorem terminatum & ſententiatũ fuerit. in quam pœnam incurrat contrafaciens ipſo iure & facto, ſine aliqua ſententia vel condemnatione: & nihilominus dicti Iudices vel duo ex eis teneantur & debeant ſententiam vel ſententias, pronuntiationes, declarationes, condemnationes & pręcepta indilatè executioni mandare, vel mandari facere, realiter & perſonaliter, ſecundum ꝙ eis, vel duobus ex eis, vt ſupra videbitur, pro faciliori expeditione dictarum ſententiarum vel alicuius earum; non obſtantibus appellatione querela, ſupplicatione vel in integrum reſtitutione. & in his omnibus & ſingulis habeant dicti Iudices ſic de nouo electi, vel duo ex eis vt ſupra, omnimodam poteſtatem vel bailiam, aliquibus in cõtrariũ faciẽtibus non obſtantibus. Adijcientes ꝙ dicta acta iudicialia tã in cã principali q̃ appellationis, corã quolibet eorum Iudicum fieri poſsint, ſed ſententię ſiue diffinitiuæ ſiue interlocutorię, & quęcunq; alię terminationes, & pręcepta ferri & fieri debeant per oẽs tres, vel ſaltem duos ex eis, vt ſupra dictum eſt. Si vero corã dictis Iudicibus mercatorum aliqua cauſa verteretur, pro qua Iudex ibi deputatus aliàs fuiſset aduocatus; tunc & eo caſu dicti alij duo Iudices mercatores eligere poſsint & debeãt vnum alium Iudicẽ ex iudicibus imbuſsolatis, vt ſupra, qui vnà cum ipſis duobus mercatoribus cãm ipſã vt ſupra audiat & determinet: & valeat ipſorũ ſẽtẽtia, vt ſupra in pręcedẽtibus capitulis dictum eſt. Volẽtes & ſtatuẽtes ꝙ ſi oẽs prędicti Iudices allegentur ſuſpecti cũ iuramẽto allegãtis ſuſpicionẽ, ẽt ſi nulla cã ſuſpicionis exprimatur, vel ſi ipſi duo mercatores eſsent cõcordes pro vna parte, & Iudex pro alia tũc de dictis Iudicibus & mercatoribus imbuſsolatis, vt ſupra, extrahi debeat aliud breue de duobus mercatoribus & vno Iudice, qui vnà cũ dictis primis Iudicibus ad ipſum officiũ mercatorum tunc deputatorũ decicere & terminare debeãt dictã cãm more mercatorio vt ſupra; qui ſic extracti nullatenus recuſari poſsĩt ſub pœna ducatorũ.xxv.auri applican. cõmuni Ferr. & nihilominus ne ob dictã extractionẽ eis Iudicibus pręiudicium generet̃ in eorum futura electione, ſtatim rebuſsolentur, & valeat ac plenã obtineat roboris firmitatẽ ſẽtẽtia maioris partis ipſorum. Vbi vero eſsẽt differẽtes, & tres pro parte, aut quatuor mercatores in vna opinione, & duo Iudices in alia; tunc & eo caſu Iudex .xij. ſapiẽtum ſit Iudex cum eis, & eo caſu valeat & plenã obtineat roboris firmitatẽ ſententia maioris partis ipſorũ: & poſsint ac debeãt prędicti Iudices priores vel maior eorum pars dictas pronuntiationes ſentẽtias & pręcepta executioni mãdare realiter & perſonaliter, ſicut

eis vel maiori parti ipſorũ, vt ſupra videbiť cõuenire. Vbi vero vnus eorum vel duo tm̃ ſuſpecti allegẽtur cũ iuramẽto vt ſupra;tunc de Iudicibus & mercatoribus imbuſsolatis extrahatur vnum breue,& vnus vel duo ex deſcriptis ibi,ſint & eſſe intelligãtur loco ſuſpecti vel duorũ ſuſpectorũ,ſecundum qualitatẽ eius vel eorũ duorum,qui fuerint recuſati,& ſecundum ordinẽ ſcripturę dicti breuis. Adijciẽtes ꝙ ſi allegatum fuerit in cã,vel partes fuerint monitę bis ad allegãdum pro certa hora, aut fuerint citatę bis legitimè ad audiendum ſententiam, nõ poſsit allegari vel proponi recuſatio, vel ſuſpicio Iudicis ſeu Iudicum prędictorum;niſi fuerit cauſa ſuſpicionis aut recuſationis expreſſa,& quæ probari debeat & poſsit coram Syndico palatij.

Qui comparere poſsint vel non corã Iudicibus mercatorum. III.

STATVIMVS ꝙ quilibet volẽs agere prò cauſa mercatoria,&quilibet reus cõuentus poſsit & debeat per ſe, vel alios cõparere corã dictis Iudicibus mercatorum; dummodo pro alijs cõparentes nõ ſint aduocati, procuratores publice cãs in foro agẽtes, aut notarij, qui a dictis iudicibus mercatorum nullo modo audiãtur:exceptis cauſis minorum annis.xx. & mulierum,& abſentium a ciuitate & diſtrictu Ferrarię,& aliorum qui impediti forẽt longo & iuſto vel aliò rationabili impedimẽto;in quibus prędicti aduocati,procuratores et notarij admittãtur tam reſpectu agẽtis, q̃ cõuenti: et comparere poſsit ad iura ipſorum dicendum more mercatorio & de plano,& nõ cauſidicè, & omisſis exceptionibus,quę nõ cõcernunt veritatẽ negotij de quo agitur. Et ſi q̃d dictum,ſcriptum, aut quomodolibet actitatũ fuerit per eos vel aliquẽ eorum,vltra q̃ dictum eſt,nõ valeat & nõ teneat ipſo iure,& incidant dicti aduocati,procuratores aut notarij,vt ſupra comparẽtes ipſo iure in pœnã ducatorum.x. pro quolibet et qualibet vice;quorum dimidia applicetur parti,cõtra quã cõparuerint,et alia dimidia cõmuni Ferr. Allegationes tñ iuris finito et publicato proceſſu,licet ante prolationẽ ſentẽtię, vel aliàs quãdocunq; vbi neceſſarię eſſent allegationes iuris,coram dictis Iudicibus poſsint per aduocatos impune fieri, et per dictos Iudices ad informandum eorum conſcientias audiri.

De mercede & ſalario Iudicum mercatorum & notarij. IIII.

STATVIMVS ꝙ Iudices mercatorum habeant et habere debeant pro mercede ipſorum ſalaria per modũ infraſcriptum videlicet, ſi reus

conuentus

cõuentus debitum cõfeſſus fuerit, et ei aſsignatus fuerit terminus ad ſoluendum, et infra ipſum terminum ſoluerit, vel vlterius non ſit proceſſum, nihil ſoluatur pro mercede ipſorum Iudicum. Si vero in termino ſtatuto ſibi non ſoluerit, et legitimè citatus contumax fuerit, et dicti Iudices ipſum reum ad inſtantiã creditoris grauari mandauerint tunc dictus creditor teneatᷣ ſoluere dictis Iudicibus denarios tres pro qualibet libra totius eius quãtitatis, pro qua grauari mãdabitur expẽſis rei. Si vero reus cõuẽtus coram dictis Iudicibus negauerit, immediate poſt dictã negationẽ actor ſoluat et ſoluere teneatur denarios tres pro libra totius eius ꝙ petitum fuerit per ipſum: et ſi poſt dictã negationem, ante tñ diffinitiuã ſententiã, reus vel actor ſe concordauerint ad inuicẽ, tunc et eo caſu nihil aliud ſoluere teneãtur: ſed ſi poſt negationẽ factã per reum & ſolutionẽ dictorum trium denariorum pro libra vt ſupra, neceſſe fuerit ad ſententiam diffinitiuã peruenire, tunc actor teneatur ſoluere dictis Iudicibus, qui cãm terminabunt, tpe & ante prolationẽ dictę ſententię, alios tres denarios pro libra totius ei' quod petitum fuerit. qui oẽs refici debeant poſt latã ſententiam iuxta tenorẽ dictę ſententię ferẽdę. Vbi aũt reus citatus legitimè ſemel, perſonaliter tñ inuentus, aut non inuentus perſonaliter, bis citatus ad domum eius habitationis, nõ cõparuerit per ſe, vel alium legitimè; tunc ſi actor velit licentiã à dictis Iudicibus ſibi pręſtari de grauãdo dictum reum, & dicti Iudices grauari mandauerint, ſoluere teneatur denarios tres pro libra vt ſupra. Et ſi poſt grauamen reus comparuerit, non audiatur niſi primo reficiat expenſas actoris: quibus refectis, ſi confitebitur debitum, vel negauerit, procedatur poſtea & ſoluatur vt ſupra dictum eſt in alijs capitulis & ſtatutis de confitente, vel negante. Et tantumdem & ſecundum modum ſupraſcriptum habere debeant ad reuidendum cauſas de nouo electi per prælibatum dñm noſtrum, qñ aliq̃ ſentẽtiã reuidere contigerit. pro ſequeſtris aũt dicti Iudices nihil percipere debeant pro eorum mercede, niſi per eos ſententia diffinitiua proceſſerit, pro qua ſententia ſolui debeat vt ſupra. Si vero dicti Iudices allegati fuerint ſuſpecti, & ob eam cãm extracti fuerint tres alij ſecundum formã ſuperioribus ſtatutis traditã; ſalarium prędictorum ſic extractorum ſit & eſſe debeat ſecundum & prout taxatum eſt conſultoribus, et ſecundum formã ſtatutorum de hoc loquentium: quod ſalarium inter ipſos tres ſic extractos diuidatur ęqualiter et ęquis portionibus. Teſtes aũt per partes producendos dicti Iudices, vel maior pars eorum debeant examinare, et pro eorum examinatione hr̃e debeãt ꝓ

quolibet

quolibet teſte dicti Iudices ſol.duos mar.& notarius ad dictum officiũ deputatus ẽt ſol.ij.marc. licitum tñ ſit partibus alios eligere examinatores,ſi voluerint,in caſu quo dicti Iudices examinare noluerint, vel aliàs Iudices ipſi eſſent ſuſpecti in examinatione:& eo caſu dicti Iudices pro dicto examine nihil percipere debeant. pro reliquis omnibus actis & ſcripturis,ac ſẽtẽtijs ipſe notarius percipiat & percipere poſſit ſolum ſecundum formã & modum,ac taxam aliorum notariorum, qui deputati ſunt ad ciuilia ad officium aſſeſſorum.

De modo & ordine procedendi pro litteris cambij. V.

AD obuiandum litigijs, cauillationibus & expẽſis mercatorum & campſorum ciuitatis Ferrarię,qui exercẽdo artẽ ſuam rectè ſumptibus & laboribus,ac lõgis litigijs fatigari nõ debent, & maximè pro litteris cambij, quę ſecundum bonã fidem eorum obſeruari deberent, Statuimus & ordinamus,ꝙ ſi quis mercator,campſor,aut alia perſona receperit aliq̃ quantitatem denariorum in ciuitate Ferrar. ab aliquo, & fecerit illi litteras cambij ad aliquas partes mundi, eiuſdẽ vel alterius quantitatis denariorum, dirigendo ipſas litteras ad aliq̃ perſonã extra ciuitatẽ Ferrarię,& ſcribendo ꝙ ad certum terminum prę fixum vel ſecundum conſuetudinẽ cõem ſimilium litterarum,ſoluat prædictã denariorum quantitatẽ illi qui pecunias exburſauit: & is ad quẽ deſtinatę ſunt prædictę litterę,nõ acceptauerit,vel acceptando nõ ſoluerit in termino,pp quod oporteat eum,pro quo litteræ prædictæ ſcriptę ſunt, redire vel nuntium mittere ad ciuitatẽ Ferrariæ, facta prius fide ꝙ pecunias ſoluerit in ciuitate Ferrariæ, vel alibi, vbi dictę litterę fidẽ non facerent de dicta receptione, & ꝙ is ad quẽ litteræ deſtinatæ ſunt nõ acceptauerit,vel ſi acceptauerit nõ ſoluerit in termino,aut per proteſtationẽ legitimè factã, vel ex alio caſu & mõ ſecundum cõſuetudinẽ in ſimilibus:prædicti Iudices ſine aliqua dilatione, realiter & perſonaliter & ſtatim nullo iuris ordine ſeruato poſsint & debeant cogere & cõpellere eum,qui receperit pecunias & ſcripſerit litteras cambij, ad reſtituendum et ad ſoluẽdum ei,qui ſoluit, et pro quo dictæ litterę cãbij ſcriptæ ſunt,oẽ id quod verè receperit cũ omni damno,intereſſe, et expẽſis. et ſimiliter dicti Iudices cogere poſsint quemlibet aliũ qui eſſet obligatus ex prædictis cauſis. ſi vero dictæ litteræ cãbij dirigãtur ad ciuitatẽ Ferrarię ex alienis locis ad aliquẽ mercatorẽ, vel campſorẽ,aut ad aliam perſonam,qui vel quę acceptauerit per ſubſcriptionẽ

acce-

acceptãtis, vel ſi quoquo modo probatũ fuerit acceptaſſe, promittẽdo ꝙ ſoluet in termino ſolutionis faciendę, & poſtea nõ ſoluerit; poſsint & debeant ẽt prędicti Iudices cogere & cõpellere realiter & perſonaliter eum qui acceptauerit, nullo iuris ordine ſeruato, ſtatim & ſine aliqua dilatione ad ſoluendum creditori omnem quantitatem in litteris contentam, vel tot pignora exhibere, quę incontinenti vendantur vel ſuppignorentur pro dicta denariorũ quantitate. Et prędicta vẽdicent ſibi locum, niſi allegatũ & probatũ fuerit in quolibet prędictorum caſuum, litteras cãbij factas eſſe in fraudẽ vſurarũ. Volentes ꝙ ſi quis oppoſuerit factas eſſe in fraudẽ vſurarũ & nõ probauerit, ipſo iure cadat in pœnã dupli eius, quod in litteris prędictis continebitur. Quã pœnã dicti Iudices ſtatim & nullo iuris ordine ſeruato teneantur exigere, & cuius pœnę tertia pars applicetur cõmuni Ferr. tertia ipſi parti cõtra quam oppoſitum fuerit de fraude vſurarum & non probatum, & alia tertia pars ipſis Iudicibus mercatorum illam exigentibus.

De ſcriptis priuatis. VI.

VT difficultates & opiniones, quę reperiuntur de iure in fide dãda ſcripturis priuatis, tollãtur, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſi quis mercator vel campſor, vel alia perſona contra mercatorẽ vel campſorem vel aliam perſonam produxerit aliquam ſcripturam priuatã coram Iudicibus mercatorum, de pertinentibus ad dictum officium, quã producens aſſerit eſſe ſcriptã vel ſubſcriptam manu eius, cõtra quẽ producit; prędicti Iudices poſsint & debeãt realiter & perſonaliter cõpellere eũ cuius manu dicitur eſſe ſcripta vel ſubſcripta, ad iurandũ & reſpõdendũ purè & ſimpliciter & ſine aliqua dilatione, an ſit ſcripta vel ſubſcripta manu ſua; & ipſo cõfitẽte ſcriptã eſſe manu ſua, poſsit & debeat cõpelli ſtatim ad obſeruandũ ea quę continentur in ipſa ſcriptura ſic cõfeſſata, etiam ſi non ſit ſubſcripta manu alicuius teſtis, niſi petierit terminum ad ſoluẽdum vel ad probãdum ſolutionem vel ſatisfactionẽ, aut compoſitionem: quibus caſibus detur terminus arbitrio iudicãtis ad ſoluendum & ſatisfaciendum ac obſeruandum. ad pròbandum autem ſolutionem vel ſatisfactionem aut compoſitionem detur terminus viginti dierum. Si vero is, contra quem producta eſt ſcripta, negauerit eſſe manu ſua propria, & probatum fuerit contrarium, cadat in pœnã ipſo iure dupli eius quod cõtinetur in ſcriptura ipſa: cuius pœnę tertia pars applicetur cõmuni Ferr. alia tertia parti, quę prędictã ſcriptam produxerit, & alia tertia ipſis Iudicibus exequentibus: & poſsit

puniri

puniri de periurio per ipſos Iudices eorum arbitrio. Volumus aũt probationẽ ipſam fieri poſſe per teſtes ſubſcriptos, ſi qui ſubſcripti forent, vel per alios teſtes nõ ſubſcriptos, qui deponerent vidiſſe debitorem ſcripſiſſe, vel ſubſcripſiſſe dictam ſcripturam, vel ẽt per comparationẽ litterarũ quę poſsit fieri ex ſcriptura priuata ẽt nullo teſte ſubſcripta, q̃ tñ conſtet eſſe ſcripta manu ipſius debitoris, vel per confeſsionẽ ſuam vel ex eo ꝙ Iudex mãdauerit ipſum ſcribere; ad quod poſsit et debeat debitor compelli, anteq̃ ipſe Iudex à tribunali diſcedat inſtante creditore, vel per teſtes, vel alio quocunq; legitimo modo. Diſponentes ꝙ ad dictam comparationem litterarum faciendam eligantur duo periti mercatores pro parte, qui vnà cum pr̨edictis Iudicibus mercatorum diligenter inſpectis litteris tam minutis q̃ groſsis, et habita conſideratione ad modum, formam, et ſtilum ſcribendi, et omnibus alijs cõſideratis, quæ circa prædicta conſiderari oporteat, videant et cognoſcant de prædicta comparatione, et cum iuramento ſuper ea referant. et ſi terminatum fuerit per dictos Iudices per prædictam comparationem litterarum, q̃ his caſibus volumus facere plenam fidem, ſcriptam de qua fit cõtrouerſia eſſe manu debitoris, compellatur debitor ad obſeruandum contenta in ſcripta, de qua comparatio facta eſt prout ſupra dictum eſt. Adijcientes ꝙ ſi is, contra quem producta eſt ſcriptura, monitus recuſauerit, vel legitimè bis citatus ad recognoſcendum an ſit ſcripturæ manu ſua, contumax fuerit in reſpondendo vel recognoſcendo, procedatur contra ipſum, ac ſi dicta ſcriptura eſſet confeſſata per ipſum debitorẽ, vel ſcripta manu ſua propria. Et quæ nunc ſupra proximè diximus de contumace, nõ vendicent ſibi locum in abſente, vel vagabundo citato ſuper ſcalis ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum vt ſupra. Volentes etiam ꝙ omnia et ſingula ſupradicta vendicent ſibi locum in quacunq; alia ſcriptura, etiam liberatoria, et contra hæredem eius, cuius manu dicitur eſſe ſcripta, vel ſubſcripta quatenus adaptari poſsint.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER NONVS.

In ſe continens ſtatuta & ordines ſeruandos per Præſidentem memorialis, ſeu regiſtri communis Ferrariæ, & notarios ad dictum regiſtrum deputatos. I.

MEMORIALIS, ac regiſtri vtilitas adeo permaxima eſt reipublicæ noſtræ, vt omnibus euidentẽ atque notoriam eſſe arbitremur; cum enim ex pluribus caſibus & periculis inſtrumenta ad fidem perpetuam de actibus hominum inuenta, deperire poſsint, recto autem ordine regiſtrata, ac in loco publico depoſitata, ſecura merito eſſe & conſeruari debeant, nec aliquo modo fides ipſa rerum geſtarum offuſcari poſsit; memoriale, ac regiſtrum ipſum fieri, erigi & ordinari iubemus & mandamus: & vt regiſtri & memorialis officium conſeruetur, augeatur & perpetuetur, infraſcriptos ordines, ac ſtatuta volumus inuiolabiliter obſeruari, videlicet.

De electione præſidentis memorialis ciuitatis Ferrariæ. II.

STATVIMVS & ordinamus, quod per Iudicem xij. ſapientum Ferrariç & ipſos ſapientes, de conſenſu tñ & voluntate Illuſtriſs. dñi noſtri Ducis, eligatur vnus præſidens ad officium memorialis ciuitatis Ferrar. qui ſit notarius Ferrarienſis & in collegio notariorum Ferrariç deſcriptus, oriundus in ipſa ciuitate Ferrariç, vir bonus, grauis, bonis moribus & honeſtate decoratus, doctus & expertus, & qui excedat ætatem annorum xl. cuius præſidentis officium ſit in recipiendo præſentationes inſtrumentorum, & ipſa inſtrumenta regiſtrari faciendo cum poteſtate & arbitrio, ac prærogatiuis, de quibus & ſecundum modum & formam

exercere, quę per ſtatuta noſtra ſibi præſidenti conceſſa videntur: teneaturq́; tenere computum rectè ac bona fide datorum & receptorum, introitus & exitus, & omnium peruētorum ad manus ſuas de ijs quæ ſpectant ad officium prædictum: atque ēt in fine cuiuslibet anni bonam & idoneam rationem cum reliquorum præſtatione reddere. poſsitq́; ac debeat ſyndicari de dolo atque fraude per ſyndicum palatij iuris communis Ferrarię, qui ēt pendente officio poſsit inquirere vnà cum maſſario collegij notariorum, an ipſe pręſidēs, vel notarij ad dictum officium deputati contrauenerint, vel omiſerint expreſsè cōtra ſtatuta ipſius officij, & ſecundum illa punire & eos condemnare.

De ſalario prædicti præſidentis. V.

STATVIMVS ꝙ dictus pręſidēs pro ſuo ſalario quolibet mēſe habeat & percipiat libras x. march. à ſe ſibi ſoluendas ſeu retinendas de introitibus dicti officij memorialis, prout inferius ordinatum eſt.

De electione notariorum memorialis prædicti. VI.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ per Iudicem xij. ſapientum Ferrarię & ipſos ſapientes eligantur & deputentur ad prædictum officium memorialis quatuor boni notarij publici Ferrarienſes, & in collegio notariorum deſcripti & numerarij, oriundi in ipſa ciuitate Ferrarię, vel comitatu, vel plures ſecundum neceſsitatem & exigentiam rerum occurrentium ad dictum officium, & prout expediēs videbitur Iudici xij ſapientum, & ipſi pręſidenti; qui notarij ſint bonę opinionis & famę, legales & docti: & quorum officium ſit ſcribere & regiſtrare ac exēplare inſtrumēta, & cętera omnia facere & expedire, quę per præſentes prouiſiones diſpoſita & ordinata ſūnt. quorū notariorum quilibet ad minus ſit & eſſe debeat maior xxv. annis, ac bonus & intelligens ſcriptor & eorū officiū duret & durare debeat ad beneplacitum præfati Illuſt. dñi noſtri, ſeu Iudicis xij. ſapientum Ferrarię & ipſorum ſapientum.

De iuramento notariorum memorialis prædicti. VII.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius electus & deputatus ad dictū offic. memorialis pro ſcribendo & regiſtrando inſtrumenta, teneatur, & debeat in principio ſuæ electionis in manibus Iudicis xij. ſapient. Ferr.

ſiue dicti pręſidentis,tactis ſcripturis iurare ad ſacra Dei Euangelia,ꝙ benè & legaliter officium ſibi cōmiſſum geret & exercebit bona fide & ſine fraude;& obſeruabit integrè omnia ſtatuta dicti officij memorialis,& quę in eis diſpoſita ſunt ſpectantia & pertinentia ad eius officium,& maximè ſtatutum ſub titulo,de regiſtro non oſtendendo &c. & nihil vltra ſalarium ſuum taxatum occaſione dicti officii percipiet directè,vel indirectè,etiam à ſponte dantibus,ſeu dare volentibus.

De ſalario notariorum memorialis prædicti. *VIII.*

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius electus & deputatus ad dictum officium memorialis habeat & percipiat pro ſuo ſalario &mercede,de manibus dicti præſidentis, pro ſingulis ducentis ſeptuaginta litteris, quas ſcribet ſuper libris dicti memorialis , denarios duos; & abinde infra vel ſupra, percipiat pro rata prout hactenus obſeruatum eſt, & de pręſenti obſeruatur. Prohibentes ipſis notarijs & cuilibet eorum, ſub vinculo iuramenti, ne exigant,aut exigat pecunias aliquas nomine ſalarij,ſeu mercedis ſuæ ab aliquo,niſi ab ipſo pręſidente, & ſub pœna librarum quinque march,communi Ferrariæ applicanda: quā pœnam ipſo facto pręſidens dicti memorialis exigat,& lucretur quartam partem. Volentes & mandantes,ꝙ præſidens teneatur in fine cuiuslibet menſis facere creditores notarios deputatos ad ipſum officium de eo quod lucratus fuerit quilibet eorum in dicto menſe; & tunc diuidere pecunias exactas in dicto menſe , ex inſtrumentis vſque tunc regiſtratis ; à quocunque ex ipſis notarijs fuerint ſcripta, ac regiſtrata , pro rata eius,de quo & in quo creditor fuerit quilibet eorum vſque in dictam diem.

De præcone memorialis eligendo,& eius ſalario. *IX.*

STATVIMVS ꝙ per Iudicem xij.ſapientum & ipſos ſapiētes eligatur vnus præco,ſiue nuntius,qui deputatus ſit ſolum ad ſeruiendum officio prædicti memorialis,& non alij officio;qui pro ſuo ſalario percipiat libras tres & ſolidos duodecim marc. ſingulo menſe, numerādas & dandas per pręſidentem,de introitibus dicti memorialis:cuius præconis officium duret & durare debeat ad beneplacitum pręfati Iudicis xij.ſapientum & ipſorum ſapientum.

Quæ

Quæ inſtrumenta præſentari & regiſtrari debeant, & quæ non. X.

STATVIMVS & ordinamus, q̃ omnia & ſingula inſtrumenta cuiuſcũque contractus, vel quaſi, diſtractus vel quaſi, cuiuſcunque rei vel negotij geſti vel facti inter quaſcunq; perſonas, cuiuſcunq; obligationis vel promiſsionis, quomodocunq;, & qualitercunq;, extraiudicialiter, ac etiam cuiuſcunq; vltimæ voluntatis, regiſtrari debeant modis & forma infraſcriptis; exceptis inſtrumentis mercationum, inſtrumẽtis promiſsionum conſeruationum indemnitatis occaſione mercationis, & conſeruationum inſtrumentorum, quæ regiſtrari non debẽt; inſtrumentis ſocietatum occaſione mercationis, inſtrumentis ſocidæ & locationis beſtiarum ad partem aut dimidiam ſeu lucrum; inſtrumentis zoaticæ, inſtrumentis locationis ad laborandum, inſtrumẽtis locationis ſeu affictus vſque ad nouem annos vel abinde infra, inſtrumentis ſocietatis ad ipſas conductiones, inſtrumentis nauli, inſtrumentis cõuentionis & pacti operis facti vel faciendi vel mercedis ſoluendæ, inſtrumentis debiti vel crediti vſque ad ſummam librarum vigintiquinq; marcheſ. niſi in ea fiat confeſsio, aut abſolutio generalis vel ſaldum rationis vel reſtum comprehendatur in ipſis; inſtrumentis venditionum rerum mobilium vel ſe mouentium, excludendo molẽdina, quę habeãtur hoc caſu pro rebus immobilibus, inſtrumentis mãdatorum ad omnia & ſingula prædicta, & ad cauſas tantum, & inſtrumentis cridarum acquiſitionum rerum immobilium: quæ omnia exceptuata non debeant præſentari nec regiſtrari, niſi vtraque pars vel altera earum tempore ſtipulationis, contractus, vel actus publice dixerit & proteſtata fuerit notario tunc rogato de ipſis, præſentibus teſtibus, quòd talia inſtrumenta debeat præſentare præſidi regiſtri ſeu memorialis communis Ferrariæ vt regiſtrentur. De qua proteſtatione notarius in ſubſcriptione inſtrumenti teneatur facere mentionem, & eo caſu teneatur notarius rogatus illud præſentare pręſidi memorialis ſecundum morem & conſuetudinem aliorum inſtrumentorum, dummodo prædicto notario fuerit ſatisfactum de mercede ſua. Et præſidens prædictus teneatur ipſa inſtrumenta ſic regiſtrari facere; ſimiliterque regiſtrari debeant inſtrumenta ſententiarum diffinitiuarum, laudorum, arbitramentorum, præceptorum in confeſſos vel in conuictos, excedentium ſummam librarum vigintiquinque march. inſtrumẽta tenutarum, & dationum inſolutum in iudicio factarum, ſecuta ipſa datione inſolutum virtute dictæ tenutæ; ſimiliter & tenuta

rum factarum virtute acquiſitionis cuiuſcunq; rei immobilis,& tenutæ; ex qua ſecuta fuerit ſubhaſtatio & venditio ipſius rei etiam regiſtrari debeant.

De modo & forma denuntiandi ad regiſtrum,& infra quantum tempus. X I.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius ferrarienſis,qui fuerit rogatus de aliquo inſtrumento regiſtrando ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum, & celebrando in ciuitate, vel comitatu Ferrariæ, teneatur infra ſex menſes continuos a die celebrati contractus vel actus, præſentare,conſignare,& tradere pręſidenti memorialis ciuitatis Ferr.& non alicui ex notarijs dicti memorialis;niſi ipſe pręſidens fuerit infirmus,vel ex iuſta cauſa abſens,quo caſu poſsit ſubrogare aliũ idoneum cui fieri poſsit pręſentatio; inſtrumẽtum ipſum in chartis membranis extenſum & in forma publica ſcriptum atq; releuatũ,quod tempus tamen poſsit prorogari vſq; ad alios ſex menſes tantum pro arbitrio Iudicis xij.ſapientum pręſidentis regiſtri,& proconſulum collegij notariorum,aliquibus notarijs vſq; ad numerum duodecim dumtaxat, quibus propter multitudinẽ contractuum,de quibus fuerint rogati,vel ẽt alijs notarijs ex aliqua alia iuſta & legitima cauſa, pręductum tempus primorum ſex menſium videretur breue. Volentes ꝙ nulla alia prorogatio fieri poſsit.Si vero notarius ferrarienſis fuerir rogatus de inſtrumento conficiendo extra ciuitatem & diſtrictum Ferrariæ de aliqua re exiſtente in dicta ciuitate vel eius diſtrictu,aut de aliqua obligatione perſonali vel abſolutione, vel de quacunq; vltima voluntate inter aliquos ferrarienſes, ſi quidem in tali loco confecti inſtrumenti viguerit & obſeruetur ſolemnitas regiſtrandi,non teneatur pręſentare præſidenti memorialis ciuitatis Ferrariæ: ſed eo caſu ſufficiat dictum inſtrumentum ibi denuntiari & regiſtrari ſecundum ſolemnitatẽ & ordinamenta dicti loci. & nihilominus teneatur & debeat Ferrarienſis contrahens, vel is, in cuius fauorem dictum inſtrumentum celebratum fuerit, præſidenti memorialis ciuitatis Ferrariæ, per ſe vel alium denuntiare infra dictos ſex menſes,declarando qualitatem & quantitatem rei,ſeu obligationis,aut vltimę voluntatis,& perſonã,cum qua inſtrumentum celebratum eſt, & vbi, & qñ, & quis notarius fuerit de dicto inſtrumento rogatus: & ſufficiat ab vnõ ex contrahentibus pręd ictam denuntiationem fieri. Si aũt in loco inſtrumenti confecti nõ

viguerit

viguerit,& non obſeruetur ſolemnitas regiſtrandi. Et notarius ferrarienſis de eo rogatus, ex accidenti repererit ſe in loco,aut fuerit ibi in officio teneatur & debeat ipſe notarius denuntiare & pręſentare dictū inſtrumentum pręſidenti memorialis ciuitatis Ferrariæ, modo & forma & tempore ſuperius dictis. Sed ſi notarius ferrarienſis in dicto loco, in quo nōviguerit ſolemnitas regiſtrādi habitauerit, & domiciliū habuerit, non teneatur ipſe notarius dictum inſtrumentum de quo illic fuerit rogatus,denūtiare pręſidenti memorialis ciuitatis Ferrariæ: ſed ipſi contrahētes vel alter eorum ferrarienſium teneātur aut teneatur denuntiare vt ſupra. Declarantes tempora pręđicta in ſententijs ſiue pręceptis incipere a die,qua tranſiuerint in rem iudicatam:in dationibus autem inſolutum incipiant pręđicta tempora, a die qua lapſum fuerit tempus vel terminus recuperandi, ſecundum formā & ordinem ſtatutorum ciuilium: in teſtamentis autem & donationibus cauſa mortis,& alijs vltimis volūtātibus incipiant pręđicta tempora a die mortis teſtatoris,donatoris cauſa mortis & ſeu codicillātis. Et ſi notarius negligens fuerit, aut contrafecerit in pręđictis vel aliquo pręđictorū ipſo iure & facto intelligatur incurſus in pœnam lib. iij. march. pro quolibet inſtrumento non pręſentato aut qualibet vice,qua contrafactum fuerit:cuius pœnę medietas applicetur communi Ferrariæ; alia medietas officio memorialis ſeu regiſtri. Et quam pœnam poſſit, & debeat ſub vinculo iuramenti ipſe pręſidens inuiolabiliter exigere, omni iuris ordine prętermiſſo,aut ſtatim denuntiare maſſario cōmunis Ferr. qui ſtatim exigere debeat ſimili modo & forma: & nihilominus teneatur ēt notarius,ſiue exacta pœna ſiue non,infra vnum menſem proximè ſequentem dicta tempora,pręſentare inſtrumenta vt ſupra. Et ſi non pręſentauerit, intelligatur incurſus in pœnam duplicatam, exigendam & applicandam prout ſupra dictum eſt: & etiam intelligatur notarius ipſo iure & facto ſuſpenſus ab officio tabellionatus ſine alia declaratione alicuius Iudicis,quouſq; omnia inſtrumenta ſua præsentauerit non legitime pręſentata in tempore, & ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum. mandantes quod præſidens ipſe,ſub pœna librarum quinque march. de ſalario ſuo retinendarum, aut ſoluendarum & communi Ferrariæ applicādarum per maſſarium ipſius communis,toties quoties contrafactum fuerit, omni & ſingulo menſe teneatur denuntiare omnes & ſingulos notarios contrafacientes & ſuſpenſos vt ſupra,Syndico palatij: qui ſtatim ſub vinculo iuramenti debeat publicari facere illos per proclama generale; quod quidem offi-

ciũ tabellionatus aut aliquod membrũ eius, ſi poſtea exercuerit prędictus notarius, debeat per conſules collegij notariorum ſub vinculo iuramenti aboleri & cancellari de matricula; ſola fide habita ẽt extraiudicialiter, ꝙ contrafecerit ipſe notarius, ſemel tm̃ citato eo: & omnia quę geſſerit ſint ipſo iure nulla, nec roboris, vel iuris fomentum habeant: & teneatur ad intereſſe partis ignorantis ipſum notarium eſſe ſuſpẽſum tempore celebrati actus: & nihilominus poſſit prędictus notarius compelli realiter & perſonaliter per præſidentem memorialis & per ſyndicum generalem & quemlibet ipſorum, ad præſentandum & exhibendum prędicta inſtrumenta, infra tempora ſtatuenda arbitrio dictorum, vel alterius ipſorum ſyndici & pręſidentis, cum maſſario collegij notariorum.

De præſentatione inſtrumenti ex alienis ſchedis releuati & quo tempore. XII.

STATVIMVS ꝙ ſi notarius, qui rogatus fuiſſet de aliquo inſtrumento cuiuſcunq; conditionis, morte pręuentus non pręſenraſſet illud pręſidenti memorialis ciuitatis Ferrariæ, prout tenebatur ſecundum formam pręſentium ſtatutorum; notarius ad quem ſchedę, ſeu imbreuiaturæ prædicti notarij mortui peruenerint, & cui licentia releuandi inſtrumenta, ſeu ſcripturas ex prędictis ſchedis, ſeu imbreuiaturis conceſſa fuerit legitimè teneatur & debeat dictas ſchedas, ſeu imbreuiaturas diligẽter examinaſſe, ſeu percunctaſſe, ac releuaſſe, infra annum vnum à die licentiæ ſibi conceſſæ, & præſentaſſe, vt regiſtrentur pręſidenti memorialis, modis & forma, & ſub pœnis prædictis, quibus tenebatur dictus notarius defunctus.

De modo ſeruando per præſidentem memorialis facta ei præſentatione inſtrumenti. XIII.

STATVIMVS ꝙ facta præſentatione alicuius inſtrumẽti regiſtrandi, pręſidenti memorialis ciuitatis Ferrarię, teneatur & debeat ipſe præſidens eadem die, vel ſequenti notam ſeu ſcripturam de dicta pręſentatione inſtrumenti facere, ſuper vno libro ſeu quaterno in chartis membranis, quem ad id ſpecialiter habere & ad dictum officium memorialis tenere debeat, hoc modo videlicet: tali milleſimo, indictione, die & menſe, talis perſona, vel talis notarius præſentauit, & relaxauit

xauit mihi tali præſidenti memorialis communis Ferrariæ tale inſtrumentum, puta emptionis talis domus, ſeu vſus, vel mutui aut depoſiti talis rei, ſeu tantæ quantitatis; ponendo in breuitate ſubſtantiam cuiuslibet actus, & ponendo etiam nomina contrahentium ſeu partium quę dictum notarium rogauerunt, & tempus rogationis. Titulus autem prædicti libri ſit videlicet: hic eſt liber, ſuper quo deſcripta ſunt inſtrumenta, quæ præſentata fuerunt mihi tali præſidenti, anno tali in primo, vel ſecundo ſemeſtri dicti anni, quæ regiſtranda veniunt ſecundum formam ſtatutorum memorialis cõmunis Ferrariæ: & dictũ librum quolibet ſemeſtri, vel quolibet anno, prout ipſi præſidenti videbitur, renouet, & ſemper ad eius officium retineat ad perpetuam rei memoriam. Adijcientes ꝙ ſi aliquod inſtr̃m extra tempora legitima ex aliqua cauſa eſſet præſentatum, teneatur præſidens notare præſentationem, et regiſtrari facere in libro et quaterno illius milleſimi in quo fit præſentatio; et ẽt notam facere de dicta pręſentatione in libro et quaterno illius milleſimi, in quo ſecundum ſtatuta noſtra præſentari et regiſtrari debeat illud inſtr̃m. Volẽtes ꝙ notarius præſentans dicto pręſidenti aliquod inſtr̃m, teneatur ſuper vna vacheta, vel libriculo facere notam de prędicta pręſentatione, ponendo milleſimum, diẽ et menſem, vt ſupra in ipſo præſidente diximus.

De conſignatione inſtrumentorum facienda per præſidentem notarijs memorialis communis Ferrariæ. XIIII.

STATVIMVS ꝙ facta præſentatione inſtrumentorum pręſidenti memorialis Ferrarię, & nota facta per ipſum vt in pręcedẽti ſtatuto diximus, pręſidens ipſe teneatur & debeat eadem die, vel ſequẽti inſtrumenta ſibi, vt pręfertur pręſentata, tradere & conſignare vni vel pluribus ex notarijs ad dictũ officium memorialis deputatis, & inter eos ęqualiter diſpenſare q̃ melius fieri poſsit.

De modo & forma regiſtrandi inſtrumenta. XV.

STATVIMVS ꝙ notarij officij memorialis ciuitatis Ferrarię, quibus inſtrumenta regiſtranda fuerint per pręſidentem tradita & conſignata, teneantur & debeant infra dies quadraginta à die cõſignationis ſibi factæ immediatè numerandos, ſcripſiſſe & regiſtraſſe ipſa inſtrumẽta in chartis membranis & quaternis in dicto memoriali ad id ſpecia-

ſpecialiter deputatis,& per præſidentem ſibi traditis ob eam cauſam & à principio vſque ad finem & de verbo ad verbum, prout ſcripta reperient, ſimpliciter, nullo addito vel diminuto; ſaluo quod clauſulas generales communiter apponi conſuetas in inſtrumentis,ſcribi ſufficiat ſub abbreuiatione aduerbij &c: Sic tñ ꝙ intelligi poſſint quæ & quales ſint ipſæ clauſulę,quę ſub dicta breuitate ſcribētur.teneanturq; dicti notarij auſcultare omnia inſtrumēta,quæ regiſtrauerint cum originalibus ſuis. Et ſucceſſiuè ēt teneantur in margine inferiori cuiuſlibet originalis inſtrumenti ſibi ad regiſtrandū traditi,poſteaꝙ̃ regiſtratū fuerit talē ſubſcriptionē facere,videlicet,tali millesimo,indictione, die, & mēſe regiſtratum & auſcultatum fuit ſupraſcriptum inſtrm̄ per me talē notarium publicum Ferrarię, & ex notarijs ad memoriale ciuitatis Ferrar.deputatis, ideo me ſubſcripſi & ſignum meum tabellionatus conſuetum hic appoſui:quod ſignum tabellionatus ibidem apponat. Et ſcribat ēt ſuper inſtrumento releuato ſolutionē factam præſidēti pro ipſo regiſtro,& quantitatē eius,& à quo facta fuerit ſolutio. Volētes ꝙ notarij prædicti teneantur & debeant regiſtrare ipſa inſtrumenta, ſecundum ordinem tp̄is præſentationum, vt videlicet primo præſentata debeant primo regiſtrari, nec poſſit aliquod inſtrumentū omitti,ſub pœna lib.v.mar.applican. maſſariæ cōmunis Ferrarię; in q̃ pœnam ipſo facto incurriſſe intelligatur,niſi ex cā neceſſitatis, inſtāte parte aliquod inſtrm̄ regiſtrari oporteret,licet poſt alia inſtrā præſentatum fuerit: de qua cauſa neceſſitatis ſtetur arbitrio præſidentis, cuius conſcientiam oneramus,ſub vinculo iuramenti ſibi præſtiti.

De præſentatione inſtrumenti rogati per præſidentem. XVI.

STATVIMVS ꝙ ſi præſidens memorialis ciuitatis Ferrar.fuerit rogatus de aliquo inſtrumento, vel releuauerit de ſcedis alterius notarij,ſecundum modum & formam ſtatutorum noſtrorum;teneatur & debeat illud præſentare ad officium memorialis prædicti,& vni ex notarijs dicti officij dare:qui notarius teneatur & debeat ſcribere præſentationem dicti inſtrumenti ſuper libro pręſentationum dicti præſidē tis,ſuper quo annotatę ſunt præſentationes inſtrumentorum aliorū notariorum: & poſtea dictus præſidens conſignet illud regiſtrandum vni ex notarijs prędictis.& hæc fiant modo,forma & tempore,de quibus ſupra in alijs inſtrumentis ſibi præſidenti præſentatis ad dictum officium memorialis.

De præſentatione inſtrumenti iterum releuati. XVII.

STATVIMVS ꝙ ſi poſtq̄ inſtrumētum ſemel releuatum pręſentatum regiſtratum & ſubſcriptum fuerit, quidam alius tertius à contrahē tibus releuari ſibi fecerit totum idem inſtrumentum, vel eius particu lam ſeruatis ſeruandis, non teneatur illud inſtrumentum, vel particu lam illā amplius facere regiſtrari; ſed teneatur illud vel illā pręſentare pręſidēti memorialis, ſi vult eo vti, & ꝙ illi fides adhibeatur in iudicio ſiue extra. qui pręſidens immediate teneatur antequam diſcedat ipſe pręſentans, notare ſuper libro ſeu quaterno ad hoc deputato pręſenta tionem pręd*i*cti inſtrumenti ſeu particulę hac forma, videlicet: tali an no, indictione, die & menſe, talis pręſentauit mihi pręſidenti memo-rialis ciuitatis Ferrariæ tale inſtrumentum ſeu particulam talis inſtru mēti, iterum releuatum ſeu releuatam ex ſchedis talis notarij, pro ſuo intereſſe, declarando & ſpecificando ſubſtantiam & qualitatem dicti inſtrumenti, & petijt auſcultari & ſubſcribi in forma debita. Et poſtea ipſe præſidens cōmittere teneatur & mandare duobus ex notarijs me morialis, quatenus infra duos dies, aut ipſe cum vno ex notarijs dicti memorialis, auſcultare debeant dictum inſtrumentum ſeu particulā dicti inſtrumenti, ſic pręſentatum ſeu præſentatam, cum inſtrumento aliàs regiſtrato in ipſo memoriali; & præcipere prædictis duobus nota rijs ꝙ ſe ſubſcribant prædicto inſtrumento, ſeu particulæ dicti inſtru-menti, in hac forma videlicet: tali milleſimo, indictione, die & menſe ego talis notarius publicus Ferrariæ, & vnus ex notarijs ad memoria-le communis Ferrariæ deputatis, ſupraſcriptum inſtrumentū ſeu ſu-praſcriptam particulam inſtrumenti, aliàs releuatum ſeu releuatā ex ſchedis talis notarij, quod inſtrumētum aliàs integraliter regiſtratum fuerat in dicto memoriali, tali anno per talem notarium in libro ſui regiſtri a carte & c. ac ſubſcriptum & auſcultatū cum dicto memoria li vnà cū dicto præſidēte, ſeu cū tali ex notarijs memorialis deputatis, auſcultaui, & quia ipſa cōcordare inuenimus, ideo de mādato mihi fa cto per præſidentem prædictum, ipſum ſeu ipſam ſubſcripſi, meumque ſignum tabellionatus conſuetum appoſui: & ſignum ſuum apponat. Alia ſubſcriptio ſit in hac forma videlicet. Ego talis præſidens memo rialis prædicti, vel ego talis notarius publicus Ferrariæ, & ex notarijs memorialis deputatis, ſupraſcriptum inſtrumentum vnà cum ſupra-ſcripto notario auſcultaui cum dicto memoriali. & quia inuenimus ea ad inuicem concordare; Ideo me ſubſcripſi, ſignumq; meum tabellio-

natus

natus cõſuetum appoſui,& ſignum ſuum apponat. Et ille notarius ex prędictis duobus auſcultantibus, cui conſignatum fuerit prædictum inſtrumentum, vel particula inſtrumenti per præſidẽtem, teneatur & debeat ſuper libro & cataſtro regiſtri, facere mẽtionem & ſcribere hoc modo videlicet: ego talis notarius ad memoriale Ferrariæ deputatus de mandato præſidentis auſcultaui & ſcripſi tali perſonæ ſupraſcriptum inſtrumentum ſeu particulam inſtrumenti, aliàs releuatum, ſeu releuatam, & regiſtratum ſeu regiſtratam in memoriali actorum &c. ac ſubſcriptum ex ſchedis talis notarij, & de mandato talis Iudicis iterum releuatum. Volentes quòd præſidens prædictus non admittat ad inſtantiam prædicti tertij aliquod inſtrumentum, vel particulam inſtrumenti aliàs releuatum, ſeu releuatam vt ſupra, ad ſic ſubſcribendum, niſi ſuper dicto inſtrumenro, ſeu particula inſtrumenti, in ſubſcriptione notarij ſit appoſitum de cuius mãdato Iudicis, & in actis cuius notarij Iudex mandauerit iterum releuari. Et quæ ſupradicta ſunt de præſentatione inſtrumenti per tertium cuius intereſt, ſeruentur ẽt ſi vnus ex contrahentibus præſentauerit inſtrumentum, vel particulam inſtrumẽti aliàs releuatum, ſeu releuatam, & regiſtratum ſeu regiſtratam, prout melius adaptari poterit.

De præſentatione teſtamentorum, ſi plura ab vno teſtatore fuerint facta teſtamenta. XVIII.

STATVIMVS ꝙ ea quæ ſupradiximus de pręſentatione teſtamentorũ & cuiuslibet alterius vltimę voluntatis, vendicent ſibi locum ẽt ſi ab eodem teſtatore plura teſtamenra, vel quælibet alię vltimæ voluntates confecta, ſeu confectæ fuerint. Mandantes ꝙ quiliber norarius qui fuerit rogatus de aliquo teſtamento ex prędictis teſtamentis, vel alia qualibet vltima voluntate, teneatur & debeat præſentare inſtrumentum de prędictis in publicam formam releuatum, modo, forma & rpe; de quibus in noſtris ſtaturis ſupra: niſi teſtaror proteſtatus fuerit in pręſentia alterius notarij rogati de ipſa proteſtatione, & corã ſaltẽ tribus teſtibus, ꝙ nõ velit illud inſtrm̃ pręſẽtari ad officiũ memorialis.

De modo & forma denuntiandi inſtrumentum, teſtamenti releuatum & datum teſtatori viuenti. XIX.

QVIA ſæpe contingit, ꝙ teſtator facit ſibi releuari teſtamentum ſuum, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem eius in publicã formam,

formam;ſtatuimus & ordinamus, ꝙ notarius qui fuerit rogatus de ipſo teſtamento, vel alia qualibet vltima voluntate, & illud releuauerit & dederit ipſi teſtatori viuēti, nō teneatur pręſentare præſidenti memorialis cōis Ferr. ipſum inſtr̄m releuatū: ſed ſufficiat poſt mortē teſtatoris infra xv. dies à die ſcientiæ, denuntiare ipſi pręſidenti, qualiter tali anno, indictione, die & mēſe ipſe fuit rogatus de teſtamēto, vel alia vltima voluntate talis perſonæ defunctæ: & ꝙ tpe vitę eius, teſtamētū ſeu vltimā voluntatē eius in publicā formā releuauit, & tradidit ipſi teſtatori, & ꝙ in tali teſtamento talis erat hęres inſtitutus vniuerſaliter: & ſi fuerit aliquis ſubſtitutus exprimat quis fuerit ille, & ſpēm & qualitatē ſubſtitutionis. & ſi codicilli aliqui fuerint, vel alia vltima volūtas exprimat & denūtiet quis ibi fuerit principaliter honoratus, vocatus, fideicōmiſſarius, vel legatarius. q̄ denuntiationē præſidens incōtinēti anteq̄ denuntians ab eo diſcedat, notare teneatur ſuper libro ſuo præſentationū, hac forma, videlicet: tali anno, indictione, menſe, & die talis notarius public. Ferrar. denuntiauit mihi pręſidēti memorialis &c. ponendo formaliter dictā denuntiationē vt ſupra factā: & eo caſu præſidens prędictus teneatur infra xv. dies à die prædictæ denuntiationis factæ mandare & pręcipere hæredi, vel ei qui fuerit vocatus vel honoratus, vt ſupra, vt debeant pręſentaſſe infra alios xv. dies inſtr̄m ipſum teſtamenti, vel cuiuslibet vltimę voluntatis releuatum & traditum ipſi teſtatori viuenti. quod ſi repertum non fuerit, compellat hęredē, vel vocatum, vel honoratū vt ſupra, expēſis hæreditatis releuari aliud inſtrumentum in publicam formam releuatū, quod ſic releuatū ipſe notarius rogatus teneatur pręſentare ipſi pręſidenti infra decem dies, vt regiſtretur ſecundum modum & formam ſtatutorum noſtrorum.

De inſtrumentis regiſtrandis voluntariè. XX.

STATVIMVS ꝙ ſi aliqua perſona voluerit facere regiſtrari ad regiſtrum cōis Ferr. aliquod inſtrumentū, quod de neceſſitate regiſtrari nō oporteret ſecundū formā ſtatutorum noſtrorū, aut aliquod priuilegium, vel bullā, vel aliā ſcripturā authenticā; teneatur ipſe pręſidens annotare pręſentationē prædictorū inſtr̄orū ſuper vno libro ſeparato à libro pręſentationum aliorum inſtrumētorū, de quo in tit. de modo ſeruando per præſidentem facta ei præſentatione inſtr̄i, & ſucceſſiuè mandare vni ex notarijs ad dictum memoriale deputatis, quod dictū inſtr̄m pręſentatum debeat regiſtrare ēt ſuper vno alio libro, vel catastro

taſtro

taſtro ſeparato ab eo libro ſuper quo regiſtrantur inſtr̄a neceſſaria ad regiſtrandum,ſecundum formā ſtatutorum noſtrorū. Volentes ꝙ omnibus & ſingulis inſtrumentis publ.ante confectionem officij memorialis,quibus ante memoriale fides adhibenda erat, plena fides adhibeatur,& pręſentari debeant,nō obſtante quod in memoriali regiſtrata nō fuerint. Poſsit tñ quilibet ad quē ſpectat,ipſa regiſtrari facere in dicto memoriali ſuper libro de quo ſupra,pręſentando ipſa inſtr̄a pręſidenti,qñcunq; ipſi præſidenti placuerit:qui præſidens facta nota pręſentationis vt ſupra, & ſeruatis aliis quę in regiſtratione aliorū inſtrumentorum ſuperius ordinata ſunt,prædicta inſtr̄a regiſtrari faciat.

Quòd inſtrumentis non regiſtratis fides non adhibeatur. XXI.

STATVIMVS ꝙ inſtrumentis non regiſtratis & non ſubſcriptis, quæ regiſtrari & ſubſcribi debeāt ſecundū ſtatuta noſtra,nulla fides adhibeatur in iudicio,vel extra in quocunq; caſu.

De fide adhibenda regiſtro, ſeu memoriali. XXII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ regiſtro ſeu memoriali ciuitatis Ferr. in quo legitimè & ſeruatis ſeruandis regiſtrata ſunt inſtrumenta rogata per notarium Ferrarien.habentem poteſtatem illa conficiēdi, plena adhibeatur fides, quæ & qualis adhiberetur inſtrumentis originalibus, & clauſulis generalibus nō extenſē regiſtratis ſed poſitis ſub verbo &c. ſecundū formā ſtatuti noſtri proxime pręcedētis:quæ clauſulę debeāt intelligi, ac ſi eſſent extenſę ſecundum ſtilum ipſius notarij, & in eius defectum ſecundum ſtilum cōem aliorum notariorū palatij iuris cōis Ferrariæ. ſi vero inſtrumenta regiſtrata rogata fuerint per notarium forenſem extra ciuitatē & diſtrictum Ferr. aut fuerint bullæ,priuilegia,aut aliæ ſcripturæ publ.confectæ ſimiliter ēt extra diſtrictum Ferrariæ,quæ neceſſario regiſtrari non debeant,ſed permiſſa ſunt regiſtrari poſſe ſecundum ſtatuta noſtra,nolumus fidem adhiberi dicto regiſtro ſeu memoriali,niſi talia inſtrumenta bullę,priuilegia & alię ſcripturę publicę, vt ſupra, prius fuerint legitimè inſinuata in ciuitate Ferrarię: & ſimul cum ipſis inſinuatę fuerint & regiſtratę litterę teſtimoniales in ipſo memoriali.quibus omnibus obſeruatis, volumus eo caſu regiſtro, ſeu memoriali eam fidem dari, quę daretur & danda fuiſſet ipſis originalibus.

De re-

De regiſtro non oſtendendo, nec ex eo copia releuanda. XXIII.

STATVIMVS ꝙ inſtrumenta regiſtrata ad officium memorialis ciuitatis Ferrariȩ, non poſsint per aliquem oſtendi, nec facultas dari videndi & legendi ipſa inſtrumenta alicui perſonæ non deputatȩ ad dictum officium memorialis, etiam cuius intereſſet; niſi fuerit de licētia notarij rogati de ipſo inſtrumento, vel niſi nō poſsit haberi copia notarij rogati de ipſis inſtrumētis, aut ſubrogati loco eius, ſecundum formam ſtatutorum noſtrorū: vel ſi haberi copia poſsit, ipſe notarius negligens fuerit infra tempus datum à Iudice in oſtendendo, aut releuādo, vel niſi ſchedæ, aut imbreuiaturȩ deperditȩ fuerint, vel aliquo alio iuſto impedimento dicti inſtrumenti commoditas haberi non poſſet: poſsit tamen præſidens vel ſubrogatus loco eius, & quilibet notarius memorialis notificare parti petēti, quis notarius rogatus fuerit de inſtrumento quod aliquis petierit. Volentes tñ ꝙ illis, qui per ſe vel aliū ſatisfeciſſent notario rogato, de qua ſatisfactione, fides facta ſit præſidenti memorialis, oſtendi poſsit & facultas dari vidēdi & legendi dictum inſtrumentum. Copia autem ex dicto regiſtro nec ſumi, nec releuari poſsit ex ipſo regiſtro ſiue publica, ſiue authētica, ſiue non, nec partis, nec totius dicti inſtri, niſi modo & forma de quibus infra dicetur. Et ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam librarum x. marc. applic. maſſariæ communis Ferrariæ: & quilibet poſsit accuſare & lucretur dimidiam dictæ pœnæ.

De modo & forma ſumendi, vel releuandi inſtrumenta ex memoriali, ſeu regiſtro. XXIIII.

STATVIMVS ꝙ ſi contingat ſchedas, ſeu imbreuiaturas notariorum rogatorum deperditas eſſe, ſeu reperiri non poſſe, aut aliquo iuſto impedimento euenire, vt impoſsibile ſit inſtrumentum legitimè regiſtratum ad officiū memorialis, haberi poſſe à notario rogato, vel alio ſubrogato loco eius, vel ab alio cui cōmiſſȩ eſſent ſchedȩ vel ſcripturȩ publicȩ dicti notarij; vel ſi ipſe notarius rogatus, vel loco eius ſubrogatus habitauerit extra diſtrictum Ferrariȩ, ille qui prȩtenderet ad ſe ſpectare & pertinere releuationem dicti inſtrumenti, poſsit adire Poteſtatem Ferrariæ ſeu eius Vicarium, aut Iudicē cōis dictæ ciuitatis Ferrar. & eidē exponere caſum & amiſsionem inſtrumenti ſui aliàs regiſtrati & ſubſcripti iuxta ordines & ſtatuta dicti memorialis; & ꝙ vult pro ſuo

intereſſe ipſum de nouo releuari facere de ſchedis notarij,& q̄non po teſt,quia dictæ ſchedæ notarij rogati nõ reperiuntur,nec poſſunt habe ri,vel pp aliud neceſſarium & iuſtum impedimẽtum, quod tunc expri mere teneatur,& petere per ipſum Poteſtatem,ſeu Iudicẽ,vt ſupra,in terloqui,aut declarari dictum inſtrm amiſſum eſſe, ſeu aliud impedi- mentum ſubſiſtere,ſpecificãdo ipſum impedimẽtum,& ipſum inſtrm ex dictis ſchedis releuari non poſſe.Et facta fide ſalrẽ per iurm petẽtis de amiſsione ipſius inſtri,cõpertoq; diligenti inquiſitione facta dictas ſchedas reperiri nõ poſſe, aut alio neceſſario & iuſto impedimento di ctum inſtrm ex eis releuari nõ poſſe,teneatur & debeat Poteſtas Ferr. ſeu eius Vicarius, aut Iudex cõis iuxta formã iuris per ſuã ſententiam interlocutoriã declarare ſuper prædictis.q̄ interlocutoriã præſentare teneatur petens releuari,vt ſupra,præſidẽti memorialis ciuitatis Ferr. in forma publica,vt eidẽ præſidenti conſtare poſsit inſtrm, de quo agi tur deperditum fuiſſe & eſſe,aut aliquod aliud impedimẽtum ſubſiſte- re,vt ſupra:& tunc præſidens ſtatim eadẽ die vel ſequenti notare, ſeu ſcribere ſuper libro pręſentationum hac forma,videlicet:tali anno,in dictione,mẽſe,& die talis pręſentauit mihi tali pręſidenti memorialis ciuitatis Ferrar. interlocutoriã vnã in forma publica,ponẽdo ſumma tim effectũ ipſius interlocutoriæ, & nomẽ Iudicis & notarij,qui de ea fuerit rogatus. & ſubſequẽter pręſidens teneatur infra quatuor dies à die præſentationis numerandos, mãdare vni ex notarijs dicti memo- rialis,quatenus infra viij.dies debeat exẽplaſſe,ſeu releuaſſe inſtrm,de quo in dicta interlocutoria fit mentio,à memoriali dicti cõis. De quo mãdato præſidẽs ſimiliter notã ſpãlem facere teneatur ſuper dicto ſuo libro præſentationũ immediatè poſt notã præſentationis dictæ inter- locutoriæ. & ipſe tabellio cui,vt pręmittitur,mãdatũ fuerit, debeat di ctum inſtrm releuaſſe ſeu exẽplaſſe à dicto memoriali de verbo ad ver bũ,infra prædictũ tps; ipſumq; auſcultaſſe cũ prædicto pręſidẽte vel cũ vno alio notario ex notarijs dicti officij,& oĩno cõforme feciſſe ipſum cũ ſcriptura dicti memorialis ſeu regiſtri;& dictũ inſtrm ſic releuatum ſeu exẽplatum ſubſcribere hac forma,videlicet:talibus anno,menſe & die,ac indictione,ego talis notarius publicus Ferrarieñ. vnus ex depu tatis ad officiũ memorialis cõis Ferrariæ,ſupraſcriptũ inſtrm releuaui ſeu exẽplaui à dicto memoriali de mãdato talis pręſidẽtis dicti memo rialis;& hoc vigore cuiuſdã interlocutorię latæ per talẽ Iudicẽ,talibus anno,mẽſe & die & indictione,& per talẽ notariũ publ.Ferrar.ſcriptę, in qua continebatur in effectu inſtrm huiuſmodi aliàs ex ſchedis no-

tarij

tarij rogati releuatum ac regiſtratum & ſubſcriptum, ſecundum formã prouiſionũ memorialis, ex ſchedis dicti notarij propter earũ amiſſionem, vel aliud iuſtum & neceſſarium impedimentum releuari non poſſe: & quia hoc exemplum ſiue tranſumptum auſcultaui vnà cum dicto pręſidente cum memoriali prędicto, & reperimus ipſa ad inuicẽ concordare, ideo me ſubſcripſi, ſignumq́ meum conſuetum appoſui: & ſignum ſuum tabellionatus apponat. & ſubinde dictus præſidens dictum inſtrumentum ſubſcribere teneatur & debeat hac forma videlicet: talibus anno, menſe, & die, ac indictione ego talis pręſidẽs memorialis prædicti ſupraſcriptum inſtrumentum tranſumptum ſeu exemplatum per ſupraſcriptum notarium à memoriali cõmunis Ferrariæ, mandato meo, vnà cum ipſo notario auſcultaui cum memoriali prædicto, & quia reperimus ea ad inuicẽ cõcordare, ideo me ſubſcripſi, & ſignum meum tabellionatus appoſui, & ſignum ſuum apponat: ſub pœna ipſi pręſidenti & notario, ei videlicet qui in alio prędictorum negligens fuerit vel contrafecerit, librarum decem march. applicandarum maſſariæ communis Ferrariæ, & teneatur ad omne damnum & intereſſe partis. Et pro mercede ſua percipiat notarius tantum quantum capit regiſtrum, & pręſidens pro ſua ſubſcriptione & auſcultatione recipiat ſolidos tres marcheſ.

De pœna extrahentis ſiue exportantis libros ſeu quaternos ſiue inſtrumentum aliquod extra locum officij memorialis ciuitatis Ferrariæ. XXVI.

STATVIMVS & ordinamus, q́ nullus cuiuſcunq; cõditionis ſtatus aut pręeminẽtiæ exiſtat, ſiue ſit maſſarius communis Ferrariæ, ſiue præſidens dicti memorialis, vel ex notarijs ad ipſum memoriale deputatis aut quiuis alius etiam maior, audeat vel præſumat aliquẽ librum ſeu quaternum, aut aliquã ſcripturam dicti memorialis extrahere de turri communis Ferrariæ, ſeu loco memorialis vbi conditi ſeu locati fuerint, quacũq; de cauſa, ét cũ licentia cuiuſcunq; iusdicẽtis Ferr. ſub pœna amputationis manus dextræ, ſeu illius manus in qua tunc plus poſſe cõpertum fuerit, & lib. quinquaginta marc. applican. maſſariæ cõmunis Ferr. quas pœnas ipſo facto incurriſſe intelligatur, & eaſdẽ pœnas incurrat quicũq; aliquẽ ex dictis libris ſeu quaternis oſtẽſis, approbatis, ſubſcriptis & collocatis, vt pręfert, abraſerit aut cãcellauerit in aliqua ſui parte, vel mutauerit dolo malo: alijs pœnis iuris tã cõis q̃ ſtatutorũ, ſeu prouiſionum cõis Ferr. nõ ideo minus firmis remanẽtibus.

De chartis & libris emendis pro regiſtro, & ipſis libris ligandis. XXVII.

STATVIMVS ꝙ præſidens memorialis communis Ferrariæ ex pecunijs habitis ex dicto memoriali, teneatur & debeat emere omnes & ſingulas chartas, & omnes & ſingulos quaternos officio dicti memorialis neceſſarios, vel inſtrumentorũ ibidem pręſentãdorum regiſtrationi; qui quaterni ſint & eſſe debeãt de folijs magnis chartarum mẽbranarum, & non de papyro iuxta conſuetum, ſi haberi poterunt, aliàs maioris magnitudinis qua haberi poterunt. Similiterque teneatur ipſe pręſidens emere omnes & ſingulos libros ex introitu prędicto memorialis, qui erunt neceſſarij pro ipſo memoriali, & etiã vachetas neceſſarias pro ſcribendo præſentationes inſtrumentorum: teneaturq; ipſe pręſidens dare & conſignare cuicunque notario dicti memorialis vnum quaternum pro quolibet pro regiſtrandis inſtrumentis, quæ dicto memoriali præſentari continget: & vno quaterno completo præſidens ipſe alium quaternum tradat illi qui perfectè ſcripſerit primum & ſic ſucceſsiuè tradere teneatur ipſis notarijs omnes quaternos neceſſarios pro ipſis inſtrumentis regiſtrandis. debeatque etiam dictus pręſidens in fine anni omnes & ſingulos quaternos illius anni, ſuper quibus ſunt regiſtrata inſtrumenta, bene & ordinate ligari facere, omnes quaternos cuiuſlibet notarij ſimul in vno volumine de per ſe ſeruato; & ſuper coperta cuiuſlibet voluminis ſic compoſiti & ligati, apponi faciat titulum illius voluminis litteris groſsis hoc modo, videlicet. Memoriale talis milleſimi & talis notarij: & hanc ligationem facere teneatur infra menſem finito ipſo anno. & ſi in prædictis vel aliquo prædictorum ipſe præſidens negligens fuerit, cadat in pœnam librarum decem marcheſ. applicandam dicto regiſtro, & exigendam per Iudicem duodecim ſapientum Ferrariæ. Et vt inſtrumenta in dicto memoriali regiſtrata facilius reperiantur: Diſponimus ꝙ quilibet dictorũ notariorũ in fine vltimi quaternorũ illius anni, teneatur & debeat conficere tabulã per alphabetũ more mercatorũ, de nominibus illarũ perſonarũ, ad quarũ vtilitatẽ cõtractus ſeu inſtrumẽta ipſa rogata fuerint, ponendo ſeriatim in fine quorũcunq; nominũ quotã ſeu numerũ chartarũ quaternorũ ſuorũ, vbi iſtrumẽta regiſtrata reperiri poſſint. Adijcientes ꝙ magiſter cõputus cõis Ferr. habeat calculare & in ſaldũ reducere rationes pręſidentũ, & habeat pro mercede ſua ſol. tres marcheſ. pro lib. eius de quo debitores extabunt, & eſſe reperientur.

Quando & qualiter inſtrumenta compromiſſorum præſentari debeant. XXVIII.

STATVIMVS quod inſtrumenta compromiſſorum, ſi non feratur ſententia ſiue laudum, non præſententur nec regiſtrentur. Si vero ſententia ipſa ſiue laudum feratur, vtrunque inſtrumentum ſententiæ vel laudi præſentari & regiſtrari debeat infra tempora, & modis & forma in alijs ſtatutis contentis. Quod tempus ſolum incipere poſsit & debeat, et quo ad ipſum inſtrumentum compromiſsi, à die latæ ſententiæ ſiue laudi, quæ & quod tranſiuerit in rem iudicatam. Et ſi contingeret diuerſos notarios rogari de prædictis, videlicet vnus de compromiſſo & alius de ſententia, volumus quod quando inſtrumentum laudi ſiue ſententiæ præſentabitur, ipſe præſidens mandet notario rogato de compromiſſo, quod inſtrumentum compromiſsi debeat præſentare in publica forma, infra tempus, quod tempus declaramus incipere à die dicti præcepti, & modis & forma in ſtatutis noſtris contentis: eoque præſentato regiſtrari debeat prout aliàs diſpoſitum eſt inſtrumenta regiſtrari, & ſub pœnis ibidem in dictis ſtatutis contentis & poſitis. & faciat dictus præſidens dimittere competens ſpatium in libro memorialis ante regiſtrationem ſententiæ ſiue laudi, in quo dictum inſtrumentum regiſtrari debeat.

De inſtrumentis ad cameram & ad cancellariam Illuſtriſſ. domini noſtri pertinentibus regiſtrandis. XXIX.

SEQVENTES diſpoſita & mandata per quondam Illuſtriſs. dominos noſtros Ferrariæ: ſtatuimus vt deinceps etiam quæcunque inſtrumenta quæ conficientur in cancellaria, vel factoria Illuſtriſs. domini noſtri Ducis, & ſuorum ſucceſſorum, de negotijs & rebus ſpectantibus ad cameram, vel cancellariam præfati Illuſtriſs. domini noſtri Ducis, regiſtrari debeant infra annum, & modis & forma hactenus in ſtatutis noſtris conſuetis. Diſponentes tamen quod omnes & ſingulæ inueſtitiones feudales, de per ſe in vno quaterno regiſtrari debeant. Reliqui autem contractus inueſtitionum & alia inſtrumenta regiſtrentur in alio quaterno de per ſe, vt facilius reperiri poſsint cum opportunum fuerit.

De legatis ad pias cauſas factis notificandis Syndico pauperum. XXX.

VT animabus defunctorum per ſyndicum pauperum conſuli poſſit, ſtatuimus ꝙ de cętero præſidens memorialis antedicti omnia legata ſiue relicta ad pias cauſas ſpectantia, quorum diſtributio ad ipſum ſyndicum ſpectare & pertinere poſſet, ipſi regiſtro præſentata teneatur & debeat denuntiare ipſi ſyndico pauperum, hoc modo & forma, videlicet: ꝙ talis notarius de talibus anno, die, & menſe fuit rogatus de teſtamento talis, in quo ſunt facta, ſeu relicta legata ad pias cauſas ad ipſum syndicum pauperum ſpectantia & pertinentia, non aliter exprimendo legatum vel relictum.

De depoſito faciendo per forenſes & ruſticos pro memoriali, ſeu regiſtro ſoluendo. XXXI.

STATVIMVS ꝙ nullus notarius ciuitatis Ferrariæ poſsit, audeat, vel præſumat rogari de aliquo inſtrumento concernente fauorem alicuius forenſis ſeu ruſtici, ſeu habitantis extra ciuitatem, ſeu burgos Ferrariæ, quod inſtr̄m regiſtrari debeat, & ad cuius regiſtri ſolutioné ipſe forenſis vel ruſticus, aut habitans extra ciuitatem & burgos teneatur & obligatus eſſet; niſi primo & ante oĩa talis ruſticus vel forẽſis depoſuerit penes ipſum præſidenté memorialis, vel penes ipſum notarium id, quod obueniret memoriali pro regiſtro: vel niſi expromiſsoré idoneum ciuem & habitatorem Ferrarię daret pro ſoluendo. quo caſu in fine inſtr̄i debeat notarius facere mentionem de tali promiſsione, ſeu fideiuſsione, & ſufficiat dicere: & talis promiſit & fideiuſsit pro regiſtro ſoluendo &c. & ſi notarius rogabitur omiſsis prædictis, teneatur ſoluere regiſtro de ſuo, quę omnia ẽt vendicent ſibi locum in notarijs qui rogantur de talibus inſtr̄is extra ciuitatem & burgos Ferrarię.

Quantum ſolui debeat pro regiſtro inſtrumentorum, & quid ſolui debeat pro capſoldis condemnationum. XXXII.

CVM iuſtum videatur, vt merces mercenario ſoluatur, & cum plures ſint digni mercede ſua in officio regiſtri, quibus ſolui iuſtum eſt, vt pręſidens, notarij, præco & calculatores rationum regiſtri prædicti: aliæq; quamplures ſint expenſæ neceſſariæ pro libris emendis, chartisq; librorum memorialis, et pro ligandis libris eiuſdem memorialis, alijsq; quãpluribus occurrentibus: vt præſidens ipſe habeat vnde

de ſoluere poſsit, ſtatuimus & ordinamus, q̃ præſides ipſe teneatur & debeat exigere à quocunq;,in cuius fauore principaliter, vel pro maiori parte inſtr̃m regiſtratum tenderet, & eius vtilitatem ſiue fauorem concerneret, pro quibuſcunq; ducentis ſeptuaginta litteris ipſius memorialis denarios ſex; & abinde ſupra, vel infra exigat pro rata. cuius ſolutionis & pecuniæ exactæ teneatur ipſe præſidens dare & ſoluere duas partes notario, qui ipſum inſtr̃m regiſtrauerit, prout in alio noſtro ſtatuto ſupra ordinatũ eſt. Reſiduũ vero conuertere teneatur in ſalarium ſuum, & alias expenſas pro dicto officio neceſſarias. & quia forte ipſę ſolutiones regiſtri de quibus ſupra, non ſufficerent ad onera & expenſas de quibus ſupra diximus, volumus & mandamus, q̃ maſſarius communis Ferrarię teneatur & debeat exigere de omnibus & ſingulis condemnationibus corporalibus, ex quibus ſequatur mors, aut membri abſciſsio, aut fuſtigatio, de quibus cõtinget per Illuſtriſs. dños noſtros gratiam fieri ipſis condemnatis, ab eis pro quolibet condemnato lib. iij. marc. De condemnationibus vero pecuniarijs, de quibus in totum vel in partem gratiam fieri continget, teneatur & debeat exigere ab ipſis condemnatis & in bonis eorum per modum infraſcriptũ videlicet: de qualibet ſumma & quãtitate pecunię, de qua habuerit gratiã, vſq; ad lib. L. incluſiuè ſol. vnum pro libra. Abinde ſ ſolidũ vnum & deñ. vj. itaq; & de lib. quinquaginta & ſũma excedẽre, ſoluat ſol. vnũ & deñ. vj. marc. pro libra & ad rationẽ libræ. Si vero bona alicuius cõdemnati fuerint donata alicui, ſoluat donatarius pro capſoldo ſol. iiij. marc. pro libra, et ad rationem libræ valoris rei, ſiue condemnationis donatæ; & hoc vltra id quod ſolui debet pro cancellatione ipſarum condemnationum. quę omnes pecuniarum quantitates ſic exigendæ cedant & cedere debeant ad vtilitatem officij memorialis pro ipſis ſolutionibus & expenſis faciendis, pro neceſsitate regiſtri arbitrio Iudicis duodecim ſapientum, quas quidem pecunias ita exactas maſſarius ipſe omni & ſingulo menſe, prout ab ipſo exigi continget, teneatur dare & ſoluere ipſi pręſidenti arbitrio dicti Iudicis vt ſupra, nec non etiam omni & ſingulo menſe oſtendere ipſi pręſidenti hoc petenti libros maſſariæ, vt ipſe præſidens poſsit videre quid & quantum exactum fuerit ex prędictis cauſis, & quantum ipſi officio memorialis debeatur; & ſi prædictus maſſarius communis Ferrariæ contrafecerit in prędictis vel aliquo prędictorum, cadat in pœnam lib. v. marc. applic. ipſi regiſtro, & exigendã per pręſidentẽ; ſub pœna ipſi pręſidẽti ſoluẽdi tñdẽ de ſuo, in cuius ſalario calculatores rõnũ illud cõputare debeãt.

Volentes

Volentes ét ꝙ ipſe præſidens memorialis prædicti poſsit compellere quoſcunq; debétes ſoluere regiſtro realiter & pſonaliter, nullo iuris ordine ſeruato, incipiendo etiã ab executione: & pro tali exactione poſſit ét prçſidens prçdictus ſequeſtrare ſeu ſequeſtrari facere fructus, prouentus & reditus cuiuſcunq; debitoris regiſtri, niſi primo ſatisfecerit ipſi regiſtro. Et in prçdictis omnibus quilibet officialis teneatur ipſi præſidenti obedire, auxiliumq; & fauoré præſtare, poſsitq; ét ipſe præſidés cõpellere realiter & pſonaliter quécunq; debitoré cuiuſcunq; debitoris ipſius memorialis ſeu regiſtri, ad ſoluendũ totum id in quo ille eſſet debitor pro regiſtro prædicto.

De inſtrumentis non præſentatis nec regiſtratis in præteritum. XXXIII.

QVIA ex negligentia vel incuria, vel ex quacũq; alia cauſa notariorũ aut officialium plurima inſtruméta & alia quæ prçſentari & regiſtrari debeant, hactenus non ſint prçſentata, & ſi præſentata non regiſtrata ſecundũ formã & modos ſtatutorum memorialis & regiſtri cõmunis Ferraŕ. vnde nulla merito dici poſſent, in maximũ damnum ac præiudicium multorũ ciuium & ſubditorum noſtrorũ, quorum indemnitati prouideri operçpretiũ nobis viſum eſt: ſtatuimus & ordinamus, ꝙ oĩa & ſingula inſtrumenta cõfecta vſq; ad hunc dié, quæ præſentata & regiſtrata nõ fuerint in tpe debito, nec ſecundum formã & ordiné ac ſtatuta memorialis & regiſtri cõis Ferrariæ, valeãt & teneant ac robur & vigoré iuris habeãt, ac ſi legitimo modo & forma ac tpe præſentata & regiſtrata fuiſſent. Volentes tñ ꝙ inſtruméta nõ præſentata, præſentari debeãt infra menſes ſex, vel infra tépus præfigendum & limitãdum per præſidenté memorialis, de conſilio & voluntate vnius ex proconſulibus collegij notariorum & Iudicis xij. ſapiétum ciuitatis Ferrariæ: qui ſecundũ numerum & multitudiné inſtrumétorum quæ regiſtrari oporteret, & ſecundum naturam & qualitaté notariorum illis & cuilibet eorum poſsit tépus certum taxare pro arbitrio ſuo, bona tñ fide, & cum omni integritate & puritate cõſcientię quã permaximè oneramus ſuper recta & legitima tpis deſignatione. Illa aũt quę prçſentata repiũtur & nõ regiſtrata ſunt, volumus & mandam⁹ regiſtrari debere infra illud tépus & illis modis & forma quibus iudex xij. ſapiétum cum ſapiétibus & præſidéte deliberabit & ſtatuet. Volétes ꝙ ſi ex aliquo iuſto impedimento, aut ex quacunq; alia iuſta

cauſa

cauſa,infra tpa præfixa & limitata, vt ſupra,non præſentauerint,alia ſecunda dilatio,vel aſsignatio temporis,ēt tertia, vel prioris prorogatio fieri poſsit, conſideratis cōſiderandis de quibus ſupra. Sed ſi infra prædictā ſecundā vel tertiā dilatiōnē,aſsignationē, vel prorogationē non præſentauerint,vel regiſtrauerint, ſingula ſingulis congrue referendo;tunc incurrāt pœnas,& locū ſibi vendicent ea de quibus,&quę diximus ſub tit.de modo & forma regiſtrandi ad regiſtrū. Adijciētes ꝙ pręſidens teneatur præſentationes prędictas notare ſuper vno libro diuerſo ab ordinario,qui vocetur liber præſentationū extraordinariarum, & regiſtrari facere cum extracto, & ſecundum ordinem & formam ſtatutorum noſtrorum.

De faciliori modo executiuo exigendi mercedem notariorum. XXXIIII.

CVm per ſtatuta noſtra notarij præter eorū officium grauati ſint, inſtrumenta & alia quæ regiſtranda ſunt,ſuis laboribus & expēſis præſentare præſidenti memorialis:dignum, ac rationi conſonum vř, vt omni cura,ſtudio & diligentia prouideamus illis debitā mercedem præſtari,ac ſine fraude & dilatione eis ſatisfieri:ideo ſtatuimus ꝙ facta debita præſentatione ad officium regiſtri per ipſos notarios,ſecundum formā ſtatutorum noſtrorum, præſidens ad dictum officium deputatus infra dies quattuor petente notario teneatur fieri facere pręceptum de ſoluēdo infra dies octo mercedē debitā ipſi notario ſic præſentanti, ei ad quem pertinet ſolutio prædictæ mercedis, cum cōminatione ꝙ ſi nō ſoluerit aut ſatisfecerit,grauabitur realiter & perſonaliter;nō obſtante aliquo priuilegio, vel beneficio fori, nec aliqua alia exceptione declinatoria:& eo ceſſante ſoluere,aut ſatisfacere in dicto termino,tunc ſub vinculo iuramenti præſidens ipſe ſtatim nullo alio iuris ordine ſeruato,ſed per viam executiuā inſtāte notario, teneatur omnibus iuris remedijs cogere & compellere realiter, & perſonaliter ſoluere debentē, ad ſatisfaciēdum ſibi notario de ſua debita mercede, incipiendo à qua via ſibi videbitur,conſiderata qualitate perſonę,ēt ſi aliàs ſoluēdo fuerit, nec vna via electa pręiudicetur in alia. Dantes & conferentes iuriſdictionē,ac poteſtatē,pro prædicta mercede,ſine aliqua citatione ſequeſtrandi fructus, reditus, pecunias, aut alias res & bona ac iura, vbicunq; & penes quēcunq; fuerint, & in omnibus prędictis rebus ēt exequendis, ac ēt alia inſtrumēta quę ad dictum officiū ſint ēt regiſtrata,&ēt exigere nomina debitorū eius qui debitor fuit ad

dictam

dictam mercedem ſoluēdam: contra quem ēt competat illa via executiua & his modo & forma, quibus vti ſolet camera Illuſtriſs. dñi noſtri, aut cōmune Ferrariæ contra debitores ſuos, vel debentes ſoluere collectas, & queadmodū præſidens ipſe poteſt compellere debitores regiſtri. quę omnia & ſingula volumus pro faciliori executione, ad fauorem ipſorum notariorū, fieri poſſe & debere per Poteſtatem eiusq; Vicarium, & oēm iuſdicentē in ciuitate Ferrariæ, requiſitum ab ipſo notario, facta fide de præſentatione prædicta. poſsit ēt notarius ante præſentationem, pendente tñ tpe pręſentandi ſecundum formā ſtatutorum noſtrorum interpellare quēlibet ſupradictorum, ꝙ debitor pręd ctę mercedis compellatur ad ſibi ſatisfaciēdum de mercede ſua, vel ad deponendum mercedē ſuā ſibi dandā, ſtatim cum præſentauerit dictum inſtrm: ad cuius notarij inſtantiā teneatur quilibet eorum cogere & cōpellere ac executionē facere ſecundum formā ſupradictā. & ſi aliquis de prædictis præſidente, Poteſtate, vel Vicario, aut alio iuſdicēte recuſauerit, aut negligens fuerit in prædictis, aut aliquo prędictorū intelligatur cōdemnatus in tanta quantitate de ſuo ſoluēdi & per ſyndicum palatij exigendi, quanta fuerit merces debita notario, & in lib. quinque march. cuius pœnę medietas ſit communis Ferrariæ, alia medietas prædicti notarij, cui ipſa merces debeatur.

De exactionibus officij memorialis communis Ferrariæ. XXXV.

Statuimus ꝙ ad ſolutionem regiſtri cuiuſcunq; inſtrumenti non obſtent aliquæ dationes inſolutum, aut conſignationes, aut reſtitutiones dotium, aut licentię dotales in domo aliqua exiſtentes, quominus ibi & de bonis exiſtentibus in domo pignorentur viri mulierum, & debitores regiſtri, vſq; ad ſatiſfactionē debiti talium debitorum, qui in talibus domibus habitent, aut habent vxores, etiamſi vxores domos conduxerint. Item nec obſtent aliqui ſalui cōductus alicuius reales, aut perſonales, quominus debitores pro regiſtris compelli poſsint ad ſoluendum.

Item & vir qui habuerit aliquid ab vxore, vel de bonis vxoris in dotem, vel aliter quomodocunque teneatur pro vxore ad ſolutionem regiſtri, cuiuſcunque inſtrumenti concernentis vtilitatem vxoris; reſeruato iure ſuo rehabendi contra vxorem id, quod propter ea expendiſſet vir.

Item

Item quòd pater teneatur pro filio ſuo ſecum habitante in domo, donec ſecum habitauerit, ad ſolutionem regiſtri alicuius inſtrumenti confecti pro filio & in eius commodum, reſeruato iure patri contra filium in rehabendo.

Item & patronus domus cuiuſcunq; teneatur pro ſecum habitante in dicta domo, de credito ipſius cum eo habitante & non aliter.

Item ꝙ hæres alicuius defuncti vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, qui adiuerit hæreditatem talis defuncti, cum beneficio legis inuentarij, tñ teneatur pro defuncto ad ſolutionem inſtrumẽtorum defuncti pro regiſtro tantum, etiam ſi allegauerit excuſsionem factam, reſeruato iure ſuo contra hæreditatem.

Item bona inuentarij cum inuentario notata, ſi in hoc caſu ſolutionis talis inuentarij & inſtrumenta, quę pręceſſerint inuentarium, vel ipſi ſucceſſerint ex cauſa hæreditatis tantum adeundæ vel aditę, vt ſupra, ſemper teneantur pro ipſorum regiſtro inſtrumẽtorum tantum, quando aliter ab hærede ſatisfieri non poſsit.

Itẽ ſi caſus accideret, ꝙ bona alicuius eſſent feudataria vel empytheotica, aut fideicõmiſſaria, ita vt viuens feudatarius, emphyteota, aut hæres primus viuens eſſet vſufructuarius bonorum poſt eius mortem, vel per lineam legitimam, vel per fideicõmiſſum trãſirent ad ſucceſſores legitimos, & primus viuẽs reſtarẽt debitor aliquibus regiſtris tales ſucceſſores, ex quo loco defuncti feudatarij, aut emphyteotæ, aut poſſeſſoris primi bonorum ſuccedunt, ſic in debitis pro regiſtro tãtum debitores ſuccedant, & ſoluere pro defuncto habeãt, vel ſi etiam aliam ob cauſam priuato ſuccederent.

Item ſi inſtr̃m ſit mutuum, aut duo aut plures correi, aut principales, qui ſtipulẽtur aut pro quibus aliquis ſtipuletur, aut duo aut plures ſint, & inſtrumentum concernat vtilitatem ipſorum, vnus compelli poſsit pro reliquis, reſeruato iure ſoluenti rehabendi à ſocijs id, quod pro eis ſoluerit.

Item ꝙ ſyndici & procuratores generales, aut ad exigendum, qui vtantur mandato ad exigendum, aut exigant vt mandatarij virtute inſtrumenti mandati; tales ſyndici & procuratores ſoluere teneantur pro regiſtris ſuorum principalium: reſeruato ſibi iure rehabendi in bonis principalium pro regiſtris tantum.

Item ius regiſtri habeat cõtra alios quoſcunq; creditores cuiuſcunque rei tacitam hypothecam in quibuſcunq; caſibus, vſque ad ſummã ſolid. xv. march. vltra prædictos & infraſcriptos caſus.

Item

Item q̄ qui patitur ſibi ſtatui terminum in confeſſum, aut præce-ptum fieri de ſoluẽdo quãcunq; quantitatẽ, ex qua re fiat inſtr̃m quod præſentetur vel præſentatum fuerit regiſtro ; talis poſsit compelli ad ſoluendum pro regiſtro talis inſtrumenti, quia ex quo terminus ſibi prodeſt ſui culpa fit inſtr̃m, licet contra ipſum facere inſtr̃m videatur, compelli tamen poſsit creditor ſi pręſidenti videbitur inſpecta condi tione & qualitate perſonarum.

Quæ oĩa ſibi locum vendicent in caſibus & inſtrumentis præteri-tis, & tam hactenus pręſentatis dicto memoriali q̃ in futuris, & præſen tandis in poſterum. & hęc omni meliori modo, via, iure & forma, qui bus magis & melius fieri poteſt, nõ obſtantibus aliquibus alijs legibus prouiſionibus, ſtatutis & ordinamentis in contrarium diſponentibus, quibus per pręſentem deliberationem derogatum eſſe intelligatur ex preſsè.

STATVTORVM VRBIS
FERRARIAE LIBER DECIMVS.

Continens in ſe prouiſiones & ordinamenta officij maſſariæ communis Ferrariæ, & ad ipſam maſſariam ſpectantia & pertinentia.

De electione Iudicis maſſariæ communis Ferrariæ, & eius iuriſdictione & poteſtate. I.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ imbuſſolatis doctoribus in collegio aut matricula aduocatorum palatij iuris cõmunis Ferrarię, extrahatur vnũ breue quolibet ſemeſtri, videlicet in Kalendis menſis Ianuarij & in Kalendis mẽſis Iulij eiuſdem anni & milleſimi; & qui deſcriptus erit in dicto breui, ſit & intelligatur electus Iudex maſſariæ cõmunis Ferrariæ, cuius iuriſdictio ſit ordinaria in cognoſcendo, decidendo & terminando oẽs cauſas, lites & quæſtiones ſpectantes & pertinentes ad officium ipſius maſſariæ, & inter commune Ferrariæ, & oẽs alias perſonas tam ciuitatis Ferrarię, q̃ alterius ciuitatis & loci, & in exigendo cõdemnationes maſſariæ prędictę, ac ẽt in exigendo executiuè emẽdationes damnorum datorum ad inſtantiam eorum, qui damna paſſi ſunt, ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij. Volentes ẽt ꝙ ſit Iudex ordinarius inter oẽs artifices eiuſdem artis, & de ſpectãtibus ad eorum artes, niſi habuerint ſpeciale decretum ab Illuſtriſ. dño noſtro, vel aliter ſit prouiſum per ſtatuta noſtra, per quæ eximantur à iuriſdictione dicti Iudicis maſſarię. Diſponentes ꝙ à nulla ſententia diffinitiua ſiue interlocutoria, in quacunq; cauſa ſpectante ad officium prędicti Iudicis, poſsit appellari, querelari, de nullitate dici, reſtitutio in integrum peti, tam de iure cõmuni, q̃ de iure municipali, etiam reſpectu minoris

ætatis,nec officium Iudicis,nec remedium aliquod implorari,niſi aliter expreſſe fuerit per Illuſtriſſimum dominum noſtrum diſpenſatum & poſsit ac debeat dictus Iudex finito eius officio ſyndicari de dolo vero vel præſumpto aut de baratatia tantum, per Syndicum generalem palatij iuris communis Ferrariæ,aut per alium quem deputauerit Illuſtriſsimus dominus noſter Dux. Decernentes ꝙ dictus Iudex maſſariæ habeat & percipiat pro ſuo ſalario & ſuis ſportulis ab ipſis partibus id,quod ſupra conſultoribus taxatum eſt in ſtatutis ſub titulo, De ſalarijs & patrocinijs Iudicum & conſultorum &c.

De ſacramento præſtando à prædicto Iudice maſſariæ II.

STATVIMVS inſuper, ꝙ Iudex prædictus maſſariæ communis Ferrariæ,in principio ſuæ electionis aut ſui officij teneatur iurare in manibus Prioris collegij aduocatorum palatij iuris communis Ferrariæ, ad ſacroſancta Dei euangelia tactis ſcripturis,ꝙ bene,legaliter,ſolicite & diligenter officium ſuum exercebit & exercere ſtudebit, & ſine dolo & fraude aliqua ius reddet ac iuſtitiam adminiſtrabit: & omnia ſpectantia & pertinentia ad eius officium cum omni integritate & diligentia perficiet & adimplebit, nec prece,pretio, aut aliqua humana gratia a iuris tramite deuiabit nec recedet: quod iuramentum teneatur dictus Prior deferre dicto Iudici,ſub pœna ſolidorum decem marcheſ. maſſariæ communis Ferrariæ applicanda.

De oblationibus generalibus quæ fieri debeant in anno. III.

STATVIMVS ꝙ quolibet anno fieri debeant tres oblationes generales,vna videlicet in vigilia ſancti Georgij,huius almæ ciuitatis Ferrariæ patroni,poſt veſperas ad eccleſiã cathedralẽ dictę ciuitatis Ferrariæ;in qua quidem oblatione & eccleſia intereſſe debeant omnia & ſingula collegia, etiã doctorum cuiuſcunq; facultatis,& vniuerſitates artium & homines earum, & omnes alij exercentes artem aliquam, vel miniſteriũ,deſcripti in matriculis earum artium,cum palijs & vexillis ſuis,vel etiam non deſcripti,dummodo non ſint garzioni vel famuli aliorum. Et ſi qui non habuerint matriculas vel palium, teneantur ire cum illis artibus, quibus magis ſimiles ſint; & ſimiliter fachini & alij ſimiles lucra percipientes, quocunque modo labore perſonę ſuę ire teneantur ad offerendum,& quilibet de dictis collegijs & vniuerſi

tatibus teneatur per ſe & non per alium perſonaliter ire ad offerendũ ad dictam eccleſiam cathedralem cum vno cereo magno in manibus non minore duabus libris ceræ, cui cereo ſit applicatum vnum breue continens nomen & cognomen offerentis illum. & ſiquis fuerit deſcriptus in pluribus artibus ſiue ſcholis, teneatur perſonaliter ire in illa, in qua magis frequentet ſeu exerceat, & in alijs in quibus per ſe, vel alium aliquo modo ſe exerceat, teneatur alium idoneum mittere, vt ſcholæ & collegia magis videantur plena ad honorem ciuitatis Ferrariæ: qui cerei oblati redimi poſsint ab offerentibus ſoluendo fabricę dictę eccleſię cathedralis ſolidum vnum marcheſ. pro quolibet cereo ſic redimendo. Volentes tamen quòd priores ſeu maſſarij dictorum collegiorum, vel vniuerſitatum teneantur offerre & dimittere prædictæ fabricę dictę eccleſię cathedralis cereum vnum librarum quatuor cerę qui redimi non poſsit. & ſimiliter Iudex duodecim ſapientum ciuitatis Ferrarię & ipſi ſapientes, Poteſtas, eius Vicarius, Iudex maleficiorum & officiales maſſariæ communis Ferrariæ, & omnes alij iuſdicentes in palatio iuris communis Ferrariæ, teneantur ire ad offerendum ad dictam eccleſiã cathedralẽ, & offerre & dimittere eorũ cereos, vt ſupra expenſis maſſarię cõmunis Ferrariæ, qui cerei nullo modo redimi poſsint. Volentes & mandantes ꝙ infraſcriptę vniuerſitates, communitates & caſtra teneantur venire ad ciuitatem Ferrariæ, & ire ad prędictam oblationem cum infraſcriptis cereis, ipſis ſingulis vniuerſitatibus, communitatibus & caſtris deputatis, videlicet. Inprimis caſtrum ſiue communitas Finalis cum vno cereo librarum quadraginta ceræ. Item caſtrum ſiue communitas Bondeni, cum vno cereo librarum triginta cerę. Veſcontaria ſiue communitas Melariæ cum vno cereo librarum ſeptuaginta cerę. Veſcõtaria ſiue communitas Treſentę cum vno cereo librarum viginti cerę: communitas Ficaroli cum vno cereo librarum viginti ceræ. Poteſtaria Racani, cum vno cereo librarum quadraginta ceræ. Poteſtaria Criſpini cum vno cereo librarum triginta ceræ. Poteſtaria Maſſæ Phiſcaliæ, cum vno cereo librarum ſexaginta ceræ. Poteſtaria Miliarij, cũ vno cereo librarum ſexaginta ceræ. Poteſtaria Porti, cum vno cereo lib. quadraginta cerę. Poteſtaria Coparij cũ vno cereo lib. xx. cerę. Altera fiat generalis oblatio in die feſto ſancti Dominici ad ipſius eccleſiã, ſimili modo & forma & vniuerſitatibus artiũ quibus ſupra, exceptis doctoribus ſupraſcriptis, & collegio notariorũ ciuitatis Ferr. & ſupraſcriptis vniuerſitatibus, cõmunitatibus, & caſtris diſtrictus Ferr. quę ire nõ teneãtur ad dictã oblationẽ

nec offerre. Tertia vero fiat generalis oblatio in die feſto ſancti Antonij de menſe Ianuarij, ad ipſius eccleſiam intus in ciuitate Ferrariæ: in qua quidẽ oblatione intereſſe debeant omnia collegia, & oẽs vniuerſitates artium, quæ ire tenentur ad oblationẽ ſancti Dominici; & teneãtur portare cereos cum breuibus vt ſupra, & eos redimere poſsint ſoluendo ſolummodo denarios ſex pro quolibet cereo ſic redimendo. Ita tamen ꝙ priores, ſeu maſſarij dictorum collegiorum, vel vniuerſitatũ teneantur ipſi offerre & dimittere cereos ſuos dictæ eccleſię ſancti Antonij, qui cerei nõ ſint minores quatuor libris ceræ pro quolibet, & ipſi ẽt nullo modo redimi poſsint. & in omnibus prædictis oblationibus pro redimẽdis palijs & vexillis portatis per artes, vel vniuerſitates vt ſupra, ſoluantur ſol. ij. marc. pro quolibet palio & vexillo ſic redimendo, vel id quod aliàs conſuetum eſt ſolui pro redimendis ipſis palijs & vexillis: & ſi contrafactum fuerit in prædictis vel aliquo prædictorum, contrafaciens ipſe cadat in pœnã ſol. v. marc. applic. pro dimidia communi Ferrariæ, & pro alia medietate illi, vel illis eccleſijs, cui vel quibus oblatio fieri debebat per ipſum ſic contrafacientẽ. & maſſarij prędictarum artium teneantur ſub vinculo iuramenti, oẽs ſic contrafacientes & negligentes denuntiare Iudici maſſariæ cõmunis Ferrariæ, quorum iuramento ſtetur; ſub pœna ſol. v. march. ẽt applicanda vt ſupra: qui quidẽ maſſarię Iudex poſsit inquirere & punire eos contrafacientes, circũſcripto omni iuris & ſtatutorum ordine, & prout ſibi melius videbitur. Si vero aliquis deſcriptus in matriculis dictorum collegiorum, vel vniuerſitatũ artium vt ſupra, abſens fuerit à ciuitate Ferrariæ, vel ſe abſentare voluerit, teneatur ſubſtituere vnum loco ſui, niſi fuerit abſens, vel ſe abſentare voluerit.

Quis ſit Iudex circa incendiorum pericula. IIII.

NEceſſarium duximus pro cõi noſtrę reipubl. vtilitate, contra incendiorum pericula prouidere; vnde Poteſtatem ciuitatis Ferrariæ, & Iudicem maſſariæ cõis Ferrariæ, & vnum quemq; eorum, huius rei ſolertem curam vigilemq; diligentiam hr̃e decernimus, & delinquentibus pœnas imponere, prout ſequentibus ſtatutis cõprehenſum eſt. & quoniam accuſationes, ſeu denuntiationes ex dictis cauſis volumus eſſe populares, vt quilibet legitimus accuſator exiſtat; ideo diſponimus vt ſi apud vtrunq; Iudicem de his querimonia ſit expoſita, ille Iudex ſuperior ſit in procedẽdo & puniẽdo, apud cuius acta ex nuntij

relatione

relatione conſtiterit reum in perſonā, aut domi prius fuiſſe citatū, & tunc alteri Iudici omnem proceſſum & cognitionē denegamus. Ordinamus inſuper, vt accuſator in caſibus dictorum ſtatutorum, ſi voluerit, teneatur ſecretus, & dimidiam condemnationis lucretur.

De caminis habendis ad furnos & fuſinas. V.

HABENTES vel habere volentes in domo ſua furnum vel fuſinam in ciuitate Ferrarię & burgis, facere teneantur caminum ſupra furnum vel fuſinam, qui caminus extendatur ſupra cupos & tegulas domus, vel expiret in viam vel curtile, ſi cōmodè fieri poſsit arbitrio Iudicum, vel conſulum ad victualia. contrafacientes puniantur in libr. x. marc. & furnus vel fuſina deſtruatur: & maſſarij contratarum teneātur diligenter inquirere, & contrafacientes denuntiare: quod ſi nō fecerint, de ſuo ſoluāt libras v. marc. pro quolibet non denuntiato contrafaciente, & notarius pro hac denuntiatione nihil accipiat.

De camino ignis tenendo ſine periculo & fœtore. VI.

STATVIMVS ꝙ vnuſquiſq; balneator ſeu ſtuffarius, fornarius, faber, & quilibet alius habens caminū à furno, ſeu fumarolū, teneat ipſum ſine periculo ignis, & abſq; fœtore aliquo, & damno & iniuria alicuius. Et teneatur quolibet menſe remōdare & ſcopare, ſeu nettare ipſum fumarolum & locum vnde fumus exit, pœna xl. ſol. march. contrafacienti, & maſſarij contratarum teneantur prędicta procurare & facere fieri ſingulis menſibus, & denuntiare contrafacientes Iudici maſſarię cōmunis Ferrarię, ſub pœna xx. ſol. marc. infligenda ipſi maſſario cōtratę, ſi negligens fuerit & non denuntiauerit.

De lignarijs lignorum, vel pilis cannarum non faciendis. VII.

STATVIMVS ꝙ nulla perſona audeat vel pręſumat facere lignarium de lignis, vel pilā de cannis extra domum ſuā in vijs publicis, vel aliquo alio loco publico intra ciuitatem Ferrarię, ſub pœna lib. v. march. cōmuni Ferrarię applicanda.

Item ꝙ nulla quantitas cannarum portetur & teneatur in ciuitate Ferrariæ, ſub pœna lib. v. marc. contrafaciēti imponēda, & cōmuni Ferrariæ applicanda vt ſupra, ſed decem faſsios tm̄ tenere poſsit. Fornarij autem poſsint ipſi impune tenere faſsios xxv. & non plures.

Item prohibemus ꝙ canipa non laboretur de nocte in ciuitate Ferrariæ,ſub pœna librarum xxv.march. applicanda vt ſupra.

Item ꝙ linaroli vel linum laborantes in ciuitate Ferrariæ vel burgis non debeant laborare,vel laborari facere linum,vel ſtuppam prope locum vbi faciunt ignem per decem brachia,nec de nocte linum, vel ſtuppam laborent,ſub pœna lib.v.marc.pro qualibet vice contrafacienti imponenda, & applicanda vt ſupra: & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte.

Quòd fraſchatæ & aliæ penſeæ auferantur. VIII.

MANDAMVS & volumus, ꝙ oẽs fraſchatæ, penſeę, ſextoria,& alia gradicia,ac tabulę remoueantur de locis, in quibus videatur Poteſtati ciuitatis Ferrarię, vel Iudici maſſariæ communis Ferrariæ, aut ſuis officialibus eſſe periculũ incendij;quorũ arbitrio ſtetur an illa ſint remouenda vel nõ: ſub pœna lib.v.marc. ei imponẽda qui ad mãdata Poteſtatis vel Iudicis maſſariæ cõmunis Ferrariæ remouere noluerit.

Quòd magiſtri & artifices vegetum laborent de die. IX.

MAGISTROS & artifices facientes vegetes, tinacios & currus, admonemus ꝙ tm̃ de die, ab hora tertiarũ in antea vſq; ad horam veſpertinam faciant ignẽ in vijs publicis,& non ſub porticibus domorum pro aptando lignamine vegetum,tinaciorum, ac curruũ. Ita tñ ꝙ tpe ventoſo nullo modo audeant,vel præſumant ignes in vijs publicis,aut alibi facere pro ipſo laborerio conficiendo, & ab hora veſperorum in antea extinguãt dictos ignes, ne quis ex eo damnũ pati poſsit, ſub pœna lib.v.marc.contrafacientibus imponenda,&ſi quis aliquod damnum paſſus fuerit occaſione dicti ignis,ille ex cuius domo exiuit, vel qui igni cãm pręſtiterit,totũ dãnũ perſoluere teneatur dãnũ paſſo.

De ſtellis & lignis ſtellatis non tenendis ſuper trabibus. X.

PRæteritorũ ratio nos prohibere admonet,ne quis circularius, ſcrinearius,vel alius magiſter lignaminis,vel alia quęlibet perſona terrigena, vel forenſis tenere vel reponere audeat dolaturas lignaminis, ſeu ſtellas cuiuſcunq; conditionis,vel ligna ſtellata ſuper trabibus,vel ſuper aliquo ſolario aliquarũ domorum,quod diſtet a terra vbi poſsit

immi-

imminere periculum ignis. Sed poſsint prædicta tenere in domibus prædictis ſuper terram, vel ſolarium cum terra connexũ, niſi forte immineret periculum ignis, ſub pœna librarum v. marc. contrafacienti imponenda, & communi Ferrarię applicanda vt ſupra.

De patientia præſtanda eundi ad puteos tempore incendij. XI.

CVM abundantia aquarum optimum remedium ad ignem extinguẽdum eſſe ſoleat, vt earum copia facilius tempore incendiorũ haberi poſsit; ſtatuimus ꝙ quilibet habens puteum in domo vicina incendio, aut quocunq; modo propinqua, ſaltem vſque ad x. domos & vltra, arbitrio Iudicis maſſariæ cõis Ferrariæ, requiſitus ab aliquo officiali ciuitatis Ferr. ſeu maſſario contratæ, teneatur apertum tenere hoſtiũ ſuæ domus, & patiẽtiã præſtare ꝙ aqua exhauriri de puteo ſuo poſſit, & illã portari ad incẽdium extinguẽdum per eos, qui laborãt, ac ſtudent ignẽ extinguere, cõtinuè durante ipſo incendio, & donec fuerit extinctus ipſe ignis. & ſi quis contrafecerit cadat in pœnam x. lib. mar. applic. pro medietate maſſariæ cõis Ferrar. pro alia medietate accuſatori & Iudici maſſariæ cõis Ferrar. exequẽti: & nihilominus liceat prędictis volentibus & ſtudentibus haurire & portare aquã vt ſupra, poſt ꝙ̃ ille dñs domus, aut aliquis de eius familia legitimę ętatis, aut ſaltem maioris annis xvj. fuerit ter requiſitus, de licentia officialis requirentis per vim intrare domum, & ſi opus fuerit eum ſecuri, vel alijs inſtrumentis hoſtia frangere, & aquam haurire de puteo illius, & portare ad ignem & incendium extinguendum.

De maſtellis & ſitulis tempore incendij dandis per maſtellarios. XII.

STATVIMVS ꝙ oẽs maſtellarij tẽpore incendij teneantur immediatè ad ſonum campanæ pro igne extinguendo, tenere hoſtia apothecarum ſuarum aperta; & requiſiti à maſſarijs, ſeu à quibuſcunq; officialibus teneantur dare & tradere eis maſtellos & ſitulas, quotquot inquirẽt & petẽt: nec prętextu precij nõ ſoluti eo tempore poſsint quoquo modo recuſare dare, aut tradere dictos maſtellos & ſitulas. & ad precia ſoluẽda omni iuris ordine prętermiſſo & executiuè, infra biduũ cõpelli poſsint recipiẽtes ipſos maſtellos & ſitulas, realiter & pſonaliter p

Iudicem

Iudicem duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ, vel per Iudicem maſſariæ communis Ferrariæ, & iuramento ipſorum maſtellariorum ſtetur & credatur. Et ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam librarũ quinque march. applicandam vt ſupra in proximè præcedenti ſtatuto.

De cuſtodia rerum tempore incendij, & de furto. X I I I.

CVm tempore incendiorum, ſub colore ſaluandi res ab incendio, aut illas exportandi ad locum tutum, multa furta ac rapinæ committantur, & multo plures res diabolica fraude malorum ſubtrahantur, quam igne conſumantur: Volentes, quantum in nobis eſt, obuiare ac reprimere huiuſmodi ſceleſtiſsima & inhumaniſsima delicta, ſtatuimus ꝙ quolibet anno in Kalendis menſis Ianuarij vel iuxta illas, aut tempore quo eliguntur maſſarij contratarum, omnes & ſingulæ contratæ ciuitatis Ferrariæ teneantur eligere aliquos homines probos, bonæ opinionis & famæ, videlicet. contrata ſancti Romani viginti, cõtrata buccecanalium ſexdecim, & quælibet alia contrata decem. qua electione facta, ſtatim infra duos dies maſſarius cuiuſlibet contratę teneatur dare in ſcriptis notario maſſarię communis Ferrariæ ſine mercede aliqua, ac etiam notificare electis, qui nõ poſsint recuſare acceptare officium, ſub pœna infraſcripta: qui ſic electi ſint & eſſe intelligantur deputati ad cuſtodiam rerũ quæ ſaluandæ fuerint ab incendio: ſub pœna cuilibet cõtratæ contrafacienti librarũ quinq; march applicanda pro dimidia maſſarię cõmunis Ferrariæ, & pro alia dimidia accuſatori & Iudici maſſarię cõmunis Ferr. ſi cum effectu exegerit: & orto incendio in aliqua contrata ciuitatis Ferr. tales ſic electi illius contratæ & duarũ proximarũ, ad ſonum campanæ propter incendiũ, vel ſi illis aliàs fuerit notificatum incendium, ſtatim teneantur & debeãt ſe præſentare ante hoſtium domus in qua fuerit incendium; & ex ipſis maſſarius cõtratę incendij ponat ad ſingulos exitus viarum ſiue angulos quatuor homines, qui ſub pœna infraſcripta teneantur obedire, nec permittant portari extra locum vbi ſunt, aliquam rem quæ veriſimiliter videatur ex incendio, vel propter incendium ſubrepta: ſed illam vel recipiant in cuſtodiam, vel portari faciant ad eos, qui deputati ſunt ad aliarum rerum cuſtodiam: teneaturque maſſarius deputare locum, in quo ſaluari debeant res quæ extra domos propter incendium proijcerẽtur aut exportarẽtur. In quo loco prędicti electi curẽt vt res ipſæ deponantur, vel aliàs in cuſtodiã eorũ recipiãtur ſecundũ tẽporis

opportu-

opportunitatem,ſine tamen diſpendio rerum ſuarum,niſi dolum cōmitterent:nec poſsit aliquis de bonis prædictis exportare ad aliquem alium locum,niſi conſignauerit prædictis electis ipſas res,vel de mandato eorum,qui electi poſsint inquirere & inſpicere perſonam cuiuſlibet intus & extra, ſi quis haberet, aut exportaret de prædictis bonis ſaluandis.Volentes ꝙ ſi quis contradixerit, vel nō paſſus fuerit ſe ſcrutari, præſumatur furtum commiſiſſe. Reliqui autem continuè ſtare debeant ante hoſtium incendij,ad diligenter inſpiciendum & prohibendum,ne res furto ſubtrahantur,aut exportētur, nec vnquam inde diſcedant,niſi extincto incendio licentiati fuerint per Iudicem maſſariæ,aut ibi locum tenentem:qui Iudex aut alius loco ſui,cum notario teneatur deſcriptionem ſeu monſtram facere,vel fieri facere.& ſi quis de prædictis ſic electis contrafecerit, teneatur condemnare illum ſic deficientem,& etiam ipſo iure intelligatur eſſe condemnatus,ad pœnam ſol.viginti march.pro quolibet & qualibet vice qua contrafactū fuerit,applicanda vt ſupra,niſi ex iuſta cauſa fuerit impeditus.Si vero aliquis commiſerit furtum in dicto incendio, vel propter dictum incēdiū,aut malo animo ſubtraxerit rem aliquam cuiuſcunq; valoris de domo incendij,aut in vicinia,ſi quidem ſecundùm ſtatuta noſtra mereatur mortem,puniatur ſecundum ipſa ſtatuta. Si citra mortem pœna fuerit imponenda,omnino priuetur vno oculo die ſequenti,firmis remanentibus alijs pœnis,etiam ſi fuerit primum furtum.

De officio Iudicis & maſſariorum circa inquiſitiones periculorum ignis. XIIII.

MANDATO Iudicis maſſariæ communis Ferrariæ, ſinguli maſſarij eligere debeant duos bonos viros de ſua contrata,qui ſimul cum maſſario procurare debeant & prouidere quolibet ſemeſtri ſemel ad minus,ne in ſua contrata, ea quę ſunt ſuperius prohibita fiant; inquirendo diligenter domos ſuæ contratæ, & videndo ſi quis contra prędicta aliquid fecerit: videant etiam & diligenter examinēt, ſi qua ſint in domibus vicinorum,ex quibus aliqua inſurgat ſuſpicio,quòd faciliter ignis nocere poteſt in ipſis domibus,vel extra, aliqua occaſione. Et ſi viderint aliquid ibi eſſe,ex quo periculum poſſet imminere,illud totum faciant remouere vel aptare incontinenti. Et ſi quis noluerit obedire,ſtatim nuntiare teneantur ipſi Iudici maſſarię communis Ferrariæ, qui Iudex ſtatim compellat illum remouere, vel reaptare locū

periculi,

periculi, & effectui demandare. Poſſit etiam dictus Iudex maſſariæ inquiſitionem prędictam per contratas facere, cum maſſario cõtratę, & notario ſuo quolibet ſemeſtri, aut notario ſuo committere vt id cum maſſario contratę diligenter efficiat, & omnes defectus in actis notet.

Quòd nullus ribaldus, vel forenſis currat, vel vadat ad rumorem ignis. XV.

NE prætextu liciti illicitum committatur, ſtatuimus quod aliquis forẽſis vel ribaldus, vel malæ opinionis & famæ non audeat cum armis, vel ſine, de die ſeu de nocte trahere, ſeu ire ad aliquem rumorem ignis, in aliqua parte ciuitatis Ferrariæ, ſub pœna librarũ vigintiquinque march. & pœnam pro armis ſoluat duplicatam. Et ſi tunc temporis dicti forenſes ſeu ribaldi aliquam offenſam realem vel perſonalẽ ab aliqua perſona reciperent ipſis euntibus vel redeuntibus, Poteſtas ciuitatis Ferrariæ & omnes alij Iudices eis iuſtitiam denegent & audientiam. Et ſi prædicti condemnati pœnam ſoluere non poterunt, in carcere teneantur, donec ſatisfecerint ad Poteſtatis voluntatem. Adijcientes quod nulla perſona ciuis, vel diſtrictualis audeat, vel præſumat ire vel ſe præſentare ad rumorem ignis cum armis vetitis per ſtatuta noſtra, niſi cum armis & vtenſilibus, vel inſtrumentis aptis, & ordinatis ad defenſam, & ad extinctionem ignis.

Quid debeant hoſpites facere tempore incendiorum. XVI.

SI incendium fieret in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis de nocte, teneantur hoſpites hoſpitantes homines tenere clauſa hoſtia hoſpitiorum ſuorum ſeu tabernarum; ita quòd qui fuerint hoſpitati in eorum hoſpitijs, ſeu tabernis cuiuſcunque fuerint conditionis, non poſſint exire hoſpitia memorata ad rumorem ignis, aliquo colore vero, vel falſo. Contrafacientes puniri volumus pœna librarum vigintiquinque, pro quolibet albergatore; ſaluo niſi ignis eſſet accenſus in contrata prope domum ipſius albergatoris ſeu tabernarij, quo caſu dicta pœna locum non habeat.

De inſtru-

De inſtrumentis quæ maſſarij habere debeant, & de crida facienda. XVII.

QVILIBET maſſarius ciuitatis Ferrariæ habeat & habere teneatur inſtrumenta hæc cum quibus poſsint incendijs ſuccurrere, videlicet; lumerias cum panetis ad ſufficientiam, ſecures, graffios, funes, ſcalas, ſitulas & maſtellos ſecundum ſuæ contratę æſtimum & facultatem; & inſtrumenta prædicta deponere debeant penes diuerſas perſonas ſuæ contratæ aptas & habiles ad ſubueniendum tempore incẽdiorum cum dictis inſtrumentis, exceptis maſtellis & ſitulis, cum quibus ſufficiat ſi tẽpore ignis cum illis acceſſerint, & tunc acceperint à maſtellarijs. & fiat bis in anno crida ex parte Iudicis maſſarię communis Ferrarię vel Iudicis duodecim ſapientũ, ſcilicet in kalendis menſis Ianuarij, & in kalendis menſis Iulij eiuſdem anni & milleſimi, quod oẽs maſſarij coram Iudice maſſariæ cõmunis Ferrariæ compareant, & dẽt in ſcriptis omnia eorum inſtrumenta, & perſonas apud quas depoſita ſunt; de quibus notarius maſſariæ notã facere teneatur ſine aliqua ſolutione, vt ſi quod incendium exortũ fuerit, poſsit Iudex maſſariæ vel eius notarius iam extincto igne conuocatis ad ſe maſſarijs videre ſi oẽs ibidem interfuerint cum illis perſonis, quę inſtrumenta ſeruabũt. Et ſi quis aut maſſariorum, aut dictarum perſonarum non interfuerit, puniat dictus Iudex quemlibet eorum in ſol. xl. march. cõmuni Ferrar. applican. pro dimidia, & pro alia dimidia dicto Iudici & notario ęqualiter diuidenda, & pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, nec Poteſtas de hac condemnatione ſe impediat. & ſi Iudex, vel notarius negligens fuerit adeſſe alicui incendio, vel in aliquo prædictorum, cadat in pœnam ſolidorum decem marcheſ. & de pœna prædicta nihil percipiat.

Quæ perſonæ teneantur contra incendia ſuccurrere. XVIII.

SI ignis exortus fuerit in aliqua parte ciuitatis Ferrariæ, vel eius burgorum, de die, vel de nocte; Mandamus ꝙ oẽs & ſinguli maſſarij contratarum ciuitatis Ferrariæ ad ſonum ac ſtrepitum bottorum campanę horarum, & illę perſonę apud quas per eos inſtrumenta depoſita ſunt, ac etiam bannitor deputatus ad ſonandum cornu, cum ipſo cornu ſonãdo & exhortando perſonas, prout opportunum fuerit, accurrere teneantur & debeant ad locũ incẽdij, & pro poſſe ſubſidiũ afferre.

Idem

Idem facere teneantur omnes brentatores & portitores maſtellorum & ſuis brentis & maſtellis aquam abundanter deferre pro dicto igne extinguendo. Et ſi quis prędictorum venire neglexerit, aut negligẽs fuerit in operando prout tenetur, puniat eum Iudex communis Ferrariæ ſolidis quinque march.& plus & minus eius arbitrio applicandis, vt ſupra in præcedenti ſtatuto, niſi infirmitate, vel abſentia, aut alia iuſta cauſa impediantur. & pręſentare ſe teneantur coram Iudice maſſariæ, vel eius notario, vt videat an aliquis ibidem defecerit, nec inde diſcedere debeant ſine prędictorum licentia, ſub pœna prędicta, applicanda vt ſupra. nomina quorum brentatorum & portitorum maſtellorum teneatur Iudex maſſariæ cõmunis Ferrariæ in ſcripris habere, vt ſciat numerum & nomina prædictorum: & ſi dicti brentatores, vel portitores maſtellorum accederent ſine brentis & maſtellis, puniãtur vt ſupra: nec poſſint vti immunitate, quam à cõmuni Ferrarię obtinuerunt, ſi extra muros ciuitatis habitauerint, & tunc omni priuilegio & immunitate penitus ſint exempti. & has condemnationes ad ſolum Iudicem maſſariæ communis Ferrariæ volumus pertinere.

Officium Poteſtatis & Iudicis maſſariæ circa incendia. *XIX.*

AD ignis defenſionem vinculo ſacramenti mittere teneatur Poteſtas ciuitatis Ferrarię militem ſocium ſuum cum eius familia, & illuc ẽt accedere teneatur Iudex maſſarię communis Ferrarię, aut notarium ſuum mittere: nec debeant inde diſcedere cum maſſarijs & perſonis inſtrumenta habentibus & brentatoribus, ac portitoribus prędictis, donec ignis ita fuerit extinctus ac oppreſſus, vt vlterior non ſit incendij ſuſpicio neque periculum aliquod.

In quo loco ignis fieri non debeat. *XX.*

STATVIMVS ꝙ nulla perſona audeat, vel pręſumat facere vel fieri facere ignem in aliquo loco cooperto, ſuper quo non ſit caminus, & etiam fogolaria lapidea, niſi fiat iuxta murum. Et generaliter in aliquo alio loco ignis fieri non debeat, in quo Iudici maſſarię cõmunis Ferrarię videbitur: qui Iudex teneatur & debeat per ſe vel alium perquirere loca, in quibus ſuſpectum ſit ignem fieri, & poſſit etiam per inquiſitionem procedere in prędictis & quolibet prędictorum ad inſtantiam vel notificationem, ſeu denuntiationem cuiuſcunq; de populo,

& etiam

& etiã ex mero ipſius officio,puniendo,condemnando &prouidendo prout ſibi videbitur,circũſcripto omni iuris & ſtatutorũ Ferr. ordine.

De domo intermedia cum conſilio propter incendium diruenda, & eius æſtimatione per commune Ferrariæ emendanda. XXI.

LEGIS conſilium attendentes, permittentis ex lege rhodia merces in mare iactare leuandę nauis gratia, vt cętera ſalua fiant: Statuimus ꝙ ſi incendium fieri contingat in ciuitate & burgis Ferrariæ, Iudex maſſarię communis Ferrarię vel eius notarius,& miles Poteſtatis Ferrarię,qui ad ſubſidium illuc ire tenentur,præſentis auctoritate ſtatuti licentiam habeant cum conſilio aliquorum bonorum hominum quos ibi habere poterunt, deſtrui facere de domibus circumſtantibus vel adhęrentibus dicto igni, vnã vel plures domos,ſecundum ꝙ eis & dicto eorum conſilio videbitur expedire, vt facilius talis ignis extinguatur & ceſſet.Et ſi propter dictam deſtructionem domus ceſſauerit & extinctus fuerit ignis,& vltra non proceſſerit;tunc volumus ꝙ dicta domus deſtructa vna vel plures, per cõmune Ferrariæ emendentur illi vel illis quorũ erant domus; æſtimatione prius diligenter facta per quatuor ex bonis vicinis contratę,in qua erat poſita domus deſtructa. Si vero per talem deſtructionẽ ignis non ceſſauerit, ſed vlterius fecit tranſitum,tunc nulla eius fiat emendatio.& ſi iterato de mandato prędictorum aliqua alia domus vna vel plures deſtruerentur, & ignis po ſtea ceſſauerit,nec vltra tranſiuerit ſimili modo fiat per commune Ferrariæ emendatio,vt ſupra ſtatutum eſt.

De mulieribus inhoneſtè viuentibus. XXII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ prædictus Iudex maſſariæ cõis Ferrar. habeat cognitionem & iuriſdictionem contra mulieres inhoneſtè viuentes in ciuitate Ferrarię,extra tñ locum publicum;cum poteſtate & arbitrio inquirendi,puniendi, condemnãdi ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij,nullo ordine iuris vel ſtatutorum Ferrar. ſeruato,& ſine alicuius ſcripturæ porrectione, attenta tantum rei veritate,& in omnibus infraſcriptis capitulis,videlicet.

Quòd nulla mulier ſe carnaliter cognoſci faciat à pluribus, præterquam à proprijs viris. XXIII.

IN primis volumus ꝙ nulla fœmina cuiuſcunq; conditionis exiſtat, ſoluta vel non ſoluta, vitam inhoneſtã ducens, vel quæſtum ſui corporis faciens audeat, vel præſumat in ciuitate Ferrariæ, vel eius burgis, publicè vel occultè in domo propria, cõducta vel aliena, carnaliter ſe cognoſci facere à pluribus, prçterq̃ à proprijs viris, tam gratis q̃ precio, niſi ſtaret ad publ. proſtitutionis locũ, ſub pœna lib. v. marc. cuius medietas applicetur cõi Ferr. & alia medietas officiali vel accuſatori: & nihilominus expelli debeat de dicto loco. & ſi bis monita non ſe abſtinuerit, debeat conduci ad locum public. per vim cum familia Poteſtatis, vel alijs quos elegerit Iudex maſſariç cõmunis Ferrariç, pręcedẽte ſono tamburi & aliorum inſtrumentorum.

Quòd liceat cuicunq; ciui Ferr. accuſare apud officium maſſariæ mulieres impudicè ſe gerentes in vicinijs & contratis. XXIIII.

ITem ꝙ liceat cuicunq; ciui vel habitãti in ciuitate Ferrariç vel eius burgis querelas & accuſationes facere apud dictum officium maſſariæ de mulieribus impudicè & turpiter ſe gerentibus, & cognoſci facientibus in vicinijs & contratis eorum: & ſufficiat quo ad ipſas mulieres expellẽdas probatio publicę vocis & famę in vicinia, ſeu contrata, ſeu cõis opinio & fama: quæ opinio & fama poſsit probari per homines dictæ viciniç, cum ſacramento ipſius accuſantis vel denuntiãtis ꝙ credit ſic vera eſſe. & ſi cum dicta fama concurreret dictũ vnius teſtis omni exceptione maioris, deponentis de ipſo delicto per aliquem ſenſum corporis, ét de ſeipſo, tunc etiam habeatur pro plena probatione ad pœnas ſupradictas inferendas & exequendas.

Quòd nulli liceat præſtare auxilium, aut habitationis commoditatem mulieribus impudicè viuentibus. XXV.

ITem ꝙ non liceat alicui tabernario aut hoſpiti, vel alij cuicunq; perſonæ, ſiue ſit terrigena ſiue forenſis, præſtare auxilium vel fauorem, aut habitationis commoditatẽ, nec ſuas domos, nec aliter conductas locare aliquibus ex mulieribus antedictis impudicè viuẽtibus, nec aliquibus alijs nefandum & abominabile ſcelus lenocinij exercentibus,

aut

aut exercere volentibus;ſub pœna x.lib.marc.applic. communi Ferr. pro dimidia,& pro alia dimidia accuſatori vel denuntiatori.

De ſacramento præſtando à maſſario communis Ferrar. XXVI.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ quilibet maſſarius communis Ferrariȩ in principio ſui officij teneatur iurare in manibus Iudicis xij.ſapiȩtum ciuitatis Ferrariæ,ad ſacroſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis, ꝙ bona fide & ſine fraude officium maſſariæ cõis Ferrariæ exercebit; & oĩa quæ cognoſcet, aut intelliget cedere ad vtilitatem dicti cõis, omni ſtudio & diligentia procurabit,& pro poſſe ſuo nullã negligentiã aut culpã committet,ꝑ quam aliquod damnum vel incõmodum dicto cõi Ferr. obuenire poſsit: & quicquid de ære cõis ad manus eius peruenerit,bonã & idoneã rationem reddet,& ſi qua reliqua ſuperfuerint integrè reſtituet: & deniq; nullum dolum vel culpã reprehenſibilẽ cõmittet, & omnia iuris cõmunis Ferrariæ pro viribus & poſſe ſuo ſeruabit. teneatur ẽt notarius ſimiliter iurare in manibus dicti Iudicis maſſariæ, videlicet ꝙ bona fide exercebit officiũ ſuũ & vt ſupra, & ꝙ non ſcribet aliq̃ expenſã ad librũ cõmunis,niſi q̃ ſciuerit eſſe & fuiſſe.

De officio prædicti maſſarij communis Ferrariæ. XXVII.

STATVIMVS ꝙ maſſarius prædictus communis Ferr.recipiat & recipere debeat oẽs introitus maſſariȩ ordinarios vel extraordinarios, & oĩa & ſingula bona deuoluta, & quæ deuolui ex quacunq; cauſa cõtigerit ad dictum cõmune Ferrariæ, & oẽs expenſas ſeu ſatisfactiones debitas & neceſſarias tpe ſui officij facere: & omnia prædicta ſcribi faciat per notarium dictæ maſſariæ tpe quo fieri contigerint: & de omnibus & ſingulis prædictis facere teneri debitum & ordinatum cõmputum,ita ꝙ de omnibus & ſingulis rã habitis q̃ receptis & ſolutis, ac expẽſatis facilè poſsit liquidã & apertã reddere rationem.volentes vt notarius prædictus poſsit verã & congruã ſcripturã facere,quòd maſſarius dicti communis non poſsit nec valeat facere aliquã expenſam, niſi cum præſentia & vera ſcientia aut notitia dicti notarij. Nec poſſit notarius ipſe ſcribere aliquam expenſam, niſi illam quam ſciuerit veram eſſe.

Quòd maſſarius teneatur deſcribi facere per eius notarium omnes condemnationes per quoſcunque officiales factas. XXVIIII.

STATVIMVS ꝙ prędictus maſſarius teneať ſub vinculo iuraměti oẽs & ſingulas condẽnationes p quoſcunq; officiales factas deſcribi facere per notarium eius:qui notarius deſcribere teneatur ſuper vno libro in chartis mẽbranis, ad hoc ſolum deputato, infra duos dies à die publicationis earum numerãdos. mulctas vero factas p quoſcunq; officiales,immediatè poſtq̃ præſentatæ fuerint,deſcribere teneatur, ſcribẽdo ſolum nomina cõdemnatorum, & q̃titates & cauſas pp quas ſecutæ fuerint dictę cõdemnationes & mulctæ,ſub breuiloquio & cõpẽdio verborum,cum appoſitione & deſcriptione numeri chartarum in quibus deſcriptę ſunt dictæ cõdemnationes, & faciẽdo eos debitores cõis,qui fuerint cõdemnati & mulctati in pecunijs vel rebus quẽ librũ teneať maſſarius cõis cõſignare eius ſucceſſori, vt ipſe ſucceſſor poſſit cõtinuare & cõtinuari facere in ſcribẽdo vt ſ. Volẽtes & mãdantes ꝙ maſſarius prædictus cõis Ferr.vel eius notarius ſemper intereſſe debeat publicationi dictarum condemnationum: q̃ condẽnationes ſcribi debeãt in chartis mẽbranis,dãdis per maſſarium expẽſis cõis:& demum ipſis condẽnationibus publicatis, ſtatim & immediatè notarij maleficiorum teneãtur dare & conſignare illas maſſario cõis Ferrar. vel eius notario, nec vllo modo poſſint dicti notarii illas dare vel conſignare notario cãcelli,niſi primo fuerint deſcriptę per notarium maſſarij ſuper dicto libro.& ſi contrafactum fuerit in prædictis vel aliquo prædictorum,contrafaciẽs ipſe cadat in pœnã libr. x.marc. applic.cõi Ferrar. pro dimidia,& pro alia dimidia accuſatori,ſi accuſator aderit.

Quòd maſſarius compellere teneatur notarium ad acta maſſariæ deputatum,deſcriptiones bonorum malefactorum facere: XXX.

ITẽ ꝙ maſſarius cõis Ferrariæ ſub vinculo iuramenti & pœna lib.v. marc.& intereſſe cõis,ſtatim & incontinẽti & ſine aliqua dilatione curare & cõpellere teneatur notarium ad acta maſſarię deputatũ deſcriptiones bonorum cuiuſlibet malefactoris facere & deſcribere in ciuitate,& burgis,vel comitatu Ferrar. ſecundum modum & formã traditã in ſtatuto ſub tit.de deſcriptione ac inquiſitione facienda de bonis malefactorum in libro maleficiorum. & hoc cumprimum ad notitiã eius maſſarij deuenerit,ſiue per Poteſtatẽ ſiue Iudicẽ maleficiorum

ſiue

ſiue alium quemcunq; aliquod maleficium, ex quo vel propter quod deſcriptio bonorum fieri debeat ſecundum ſtatuta noſtra.

Quòd maßarius non poßit emere, vel inſolutum accipere bona confiſcata maßariæ communis Ferrariæ. XXXI.

ITem ꝙ prædictus maſſarius cõis Ferrariæ non poſsit emere, vel inſolutum ſibi accipere per ſe nec per alium ad cõmodum ſuum ꝓpriũ aliqua pignora vel bona deuoluta vel cõfiſcata maſſariæ cõis Ferrariæ ſub pœna xxv. lib. march. pro qualibet vice qua contrafecerit, cõmuni Ferrariæ applic. & nihilominus emptio, vel inſolutum datio & omnis contractus exinde ſecutus non valeat nec teneat ipſo iure: & idem intelligatur in notario maſſarij cõmunis Ferrariæ, & notario cancelli, & Iudice, ac notario actorum maſſariæ communis Ferrariæ.

De ratione adminiſtrationis reddenda per maßarium communis Ferrariæ. XXXII.

ITem ꝙ maſſarius prædictus, finito eius officio, teneatur reddere rationẽ adminiſtrationis pro ſuo tpe cum reliquorum præſtatione: ad q̃ rationẽ videndã & calculandã eligantur per Iudicẽ xij. ſapiẽtũ duo boni & periti viri in rationibus reuidẽdis, qui electi teneantur iurare in manibus dicti Iudicis, ad ſacroſancta Dei Euangelia, ꝙ benè, legaliter & cum omni integritate ponẽt, videbunt, & calculabunt rõnẽ adminiſtrationis prædictã, & inquirent veritatẽ & cauſas de expẽſis, quæ videbuntur eis aliquo modo dubiæ, cum poteſtate, & arbitrio acceptãdi illas vel aliq̃ earum, ac ẽt inquirẽdi omni diligẽtia & ſtudio, an ipſe maſſarius fuerit negligẽs in aliquo cõmodo cõis Ferrariæ, vel capitulo dicti ſui officij. & ſi repertus fuerit negligẽs in aliquo prædictorum, vel culpa ſui ſecutum eſſe damnum cõi repertum fuerit, faciant ipſum debitorẽ, & lucrẽtur medietatẽ pœnarum, quæ deberẽtur per ſtatuta nr̃a, & hoc cũ ſalario cuilibet ipſorũ lib. xij. march. à dicto cõi præſtandarũ.

De diligentia habenda per maßarium in perſcrutando ſi Poteſtas Ferrariæ, & eius Iudices exiuerint ciuitatem, vel non tenuerint familiam ſibi deputatam. XXXIII.

ITem ꝙ ipſe maſſarius cõis Ferrariæ teneatur & debeat diligenter inquirere & perſcrutari, ſi Poteſtas ciuitatis Ferrariæ, vel eius aſſeſſor,

aut Iudex maleficiorũ, durante officio eorum regiminis, iuerint extra ciuitatẽ Ferrariæ ſine licentiâ obtenta, vel ſine iuſta cauſa in ſtatutis approbata;& ſi iuerint extra ciuitatẽ, vt ſupra, faciat reduci in ſcriptis quoſlibet dies, in quibus ipſe Poteſtas, eius aſſeſſor vel Iudex maleficiorum extra ciuitatẽ ſteterint. & pro quolibet die retineat & retinere debeat de pagis ſuis ſol.xl. marc. teneaturq; etiã dictus maſſarius ſingulo mẽſe inquirere & perſcrutari, ſi Poteſtas prędictus habeat & teneat famulos & familiam ſibi deputatam ſecundum formam ſuę electionis & ſi aliquis defecerit, ſcribi faciat eũ vel eos qui defecerint;& tempore eorum ſyndicatus ſiue finito officio ſuo, teneatur retinere de pagis ſuis omnes illas pœnas, quas ſupra diximus in principio, in ſtatuto ſub titulo: q̃ Poteſtas Ferrariæ debeat tenere familiam &c. Et ſi maſſarius circa prædicta vel aliquod prædictorum negligẽs fuerit, rantumdem de bonis ſuis ſiue de ſalario ſuo ſoluere teneatur & compellatur.

De ceſſione facienda per maſſarium communis Ferrariæ ſoluenti condemnationem pro alio. XXXIIII.

MAssarius communis Ferrariæ auctoritate pręſentis ſtatuti poſſit & debeat cedere iura & actiones cuicunq; pro alio ſoluenti aliquam condemnationem, vel aliam pecuniæ quantitatẽ in cõmuni Ferrariæ, ſine aliqua ſolutione gabellæ perſoluenda pro vtraq; parte, contra illum & in eius bonis, in cuius vtilitatẽ dicta ſolutio facta fuerit: & ex dicta cęſsione per omnia competat ceſsionario ius, prout dicto communi Ferrariæ competebat. & nihilominus maſſario non cedente intelligantur ceſſa & ceſſæ auctoritate præſentis ſtatuti.

De termino triũ dierũ dato condemnatis ſub conditione. XXXV.

SI quis cõdemnatus fuerit in communi Ferr. ſub conditione, in aliqua quantitate pecunię, & intra terminũ cõditionis appoſitę dictę cõdemnationi ipſe cõdemnatus paruerit, vel poſt tẽpus dictę cõdemnationis infra tres dies proximè ſequentes tempus conditionis prędictę, & hoc conſtet per confeſsionem creditoris vel eius procuratoris in actis maſsarij communis Ferrariæ, ſcriptam infra dictum tempus, vel aliquo quoquo modo probatum fuerit per inſtrumentum publicũ cõfectum infra tempus dictę cõditionis, vel infra tres dies poſtea ſubſecutos cõditioni in dicta cõdemnatione appoſitę paritũ fuiſſe, tunc cõdemnatio ipſa ſub cõditione facta liberè de libris cõdemnationũ cãcelletur, & omnino eximatur abſq; alia ſolutione faciẽda p cõdemnatos.

De

De præſentatione condemnationum maſſario communis Ferrariæ, & earum notificatione facienda condemnatis, & inſolutum datione. XXXVI.

PLurimorũ indemnitati ſubuenientes ordinamus ꝙ maſſarius cõis Ferr. teneatur oẽs condemnationes præſentatas maſſariæ, incontinẽti intimari facere illis, qui cõdemnati erunt perſonaliter, aut ad eorum domos, vel ad arengheriã, vbi habitationẽ nõ habuerint, per vnũ ex præconibus cõis Ferrar. nec prius currere ad quartum intelligãtur, niſi à die qua fuerit facta relatio per prꝗconẽ de notificatione prꝗdicta, q̃ relationẽ teneatur notarius maſſariꝗ cõis Ferr. adeo ordinatè in ſcriptis redigere, vt clare diſcernatur qñ condemnatio currere incipiat; ſub pœna ſoli. xl. maſſariæ cõis Ferrariæ applic. nec audeat maſſarius aut aliquis alius alicui officiali, ſeu priuatæ perſonæ inſolutũ tradere aliq̃ cõdemnationẽ, niſi primo fuerit decurſa ſeruato ordine prꝗdicto & habeat præco pro ſua mercede à quolibet cõdẽnato quatrenũ vnũ.

Quòd condemnatio libere cancelletur ſi iniuſtè fuerit pronuntiata. XXXVII.

QVotiens fuerit declaratum aliq̃ condemnationẽ, aut multã fore iniuſtè pronunciatã per Iudicẽ xij. ſapiẽtum, ſeu ſyndicum palatij iuris cõis Ferrariꝗ, aut per alium Iudicẽ, cui talis cauſa ab Illuſtriſs. dño noſtro fuerit cõmiſſa, teneatur tunc maſſarius cõis Ferrariæ ipsã condemnationẽ ac mulctã aboleri facere, abſq; aliqua ſolutione cancelli & capſoldi conſueti: ſub pœna arbitrio ſyndici imponenda maſſario, vel officiali deputato ad officium cancelli.

Quòd gratiam condemnationis obtinens infra certum tempus faciat eam condemnationem cancellari. XXXVIII.

SI quis ab Illuſtriſs. Principibus & dñis noſtris indulgentiã alicuius pecuniariæ cõdemnationis gratioſè obtinuerit, teneatur illã notificare maſſario cõis Ferrariꝗ infra xv. dies: qua notificatione facta, non poſſit dari inſolutum per maſſarium; & illã cãcellari debito modo faciat de libris cõdemnationum infra tẽpus duorum mẽſium à die obtẽtæ gratiꝗ cõputandorum: quibus elapſis nullatenus audiatur, & ſpem vlterioris veniꝗ penitus amittat, niſi iuſto impedimento fuerit impeditus, de quo ſtetur arbitrio ſyndici palatij communis Ferrariꝗ.

De

De ſalarijs & mercede maſſarij & notariorum maſſariæ communis Ferrariæ. XXXIX.

STATVIMVS & decernimus, ꝙ maſſarius cõmunis Ferr. pro ſalario & mercede ſua habeat & percipiat ſingulo menſe de bonis cõmunis Ferr. lib. x. marc. Notarius vero maſſarij eius percipiat lib. octo marc. ſingulo menſe pro ſalario ſuo, & ſol. duos pro cãcellatione cuiuſlibet mulctę: & notarius cãcelli habeat & percipiat pro mercede & ſalario ſuo, ſi cõtingat exigi cancellũ nomine ipſius communis, & alteri non vendi aut locari, lib. vi. marc. ſingulo mẽſe. Notarius autem actorum Iudicis cõis maſſarię Ferr. habeat & percipiat pro ordinarijs & extraordinarijs actis id ꝙ taxatũ eſt ſupra alijs notarijs ad ciuilia deputatis.

Modus exigendi condemnationes per maſſarium communis Ferrariæ, & notarium cancelli. XL.

STATVIMVS ꝙ cõdemnati in maſſaria cõis Ferrariæ ex quacunq; cã, ſoluere teneantur condemnationes maſſario cõis Ferr. in quibus reperiuntur condemnati, ſi fuerint ciues vel habitãtes in ciuitate Ferr. vel eius burgis, infra decem dies a die notificationis factę connumerãdos, prout ſupra diſpoſuimus. Si vero fuerint comitatini vel habitantes in comitatu Ferr. vel eius diſtrictu, infra quindecim dies a die notificationis prędictę numerandos: quibus decẽ vel quindecim diebus, vt ſupra elapſis, & eis non ſoluentibus, intelligantur prędictę condemnationes cucurriſse ad quartum. Ita ꝙ prædicti condemnati teneanrur ſoluere ipſas condemnationes, & quartũ pluſq̃ fuerint dictę condemnationes, exceptis condemnationibus damnorũ datorũ, & mulctis: & teneatur notarius deputatus ad cãcellum prętare cautionem idoneã maſſario cõis Ferr. de libris centum marc. de reſtituendo dicto maſſario omnẽ quantitatẽ denariorũ, quę peruenerit ad manus dicti notarij de bonis dicti cõis, & aliter dictum officium exercere non poſsit: & teneatur ẽt ad inſtantiã cuiuſlibet condemnati, vel alterius ſuo nomine requirentis inuenire condemnationes & exhibere librũ, & pręſtare facultatẽ eas condemnationes legendi, & inſpiciendi pro libito eorum voluntatis, vel ſi fuerit requiſitus ꝙ ipſe legat, ipſe notarius legere teneatur ſine mercede & pręmio aliquo, ſub pœna ſol. xx. marc. pro qualibet vice qua contrafecerit applican. cõmuni Ferrarię. & debeat notarius prędictus cancelli habere ſolutiones pro cancellando condemnationes

mationes per modum infraſcriptum, ét ſi dictum cancellum fuerit alicui cõductori locatum. Nec poſsit dictus notarius aut conductor accipere cancellum alicuius condemnati in toto vel in parte, niſi cõdemnatio prius fuerit cancellata: teneaturq; dictus notarius ſcribere ad inſtantiã ſoluẽtis ſuper libro eius, vel ſi nõ habuerit librum, facere vnum bulletinum manu ſua ipſi ſoluenti, de ſolutione facta ſibi notario, exprimendo cauſam, & quãtitatẽ & diem receptę ſolutionis, & in quota charta libri cõdemnationum fuerit ſcripta dic. condemnatio ſic cancellata. Volẽtes q ſi dictus notarius receperit ſolutionẽ cõdemnationum vltra cãcellum ſibi deputatum, teneatur eodẽ die exhibere maſſario communis Ferr. vel eius notario pecunias & ſolutiones ſibi factas: & non intelligatur ſoluiſſe aut conſignaſſe maſſario communis Ferr. vel eius notario, niſi fuerit deſcripta dicta condemnatio ſup libro introitus maſſariæ communis Ferr. manu notarij dicti maſſarij, ét ſi reperiatur in cãcellatione ſcriptum, ſolutum eſſe maſſario, aut ipſum maſſarium recepiſſe &c. Et prędicta omnia & ſingula teneatur & debeat Iudex maſsarię obſeruari facere per dictum notarium, aut conductorẽ ipſius cãcelli: pœna cuilibet contrafacienti lib. v. marc. irremiſsibiliter auferẽda, pro qualibet vice qua cõtrafactum fuerit communi Ferr. applican. In primis de qualibet condemnatione infra terminum vſq; ad lib. v. excluſiuè, ſoluat ſolidos duos marc. & ſi eſt decurſa, vel ſi ex cã damnorum datorũ poſt quindecim dies, ſol. v. & denarios ſeptẽ, ſi ſint plures, a ſecunda vſq; ad vltimã, pro qualibet ſolidos. iiij. marc. A libris quinq; incluſiuè vſq; ad lib. x. excluſiuè in termino, ſol. ſeptẽ & denarios ſeptem ſi eſt decurſa, vel ſi ex cã damnorum datorum poſt xv. dies ſol. vndecim & denarios ſeptẽ marc. A lib. decẽ marc. incluſiuè vſq; ad lib. xxv. in termino, ſol. xv. & denarios ſeptẽ. ſi eſt decurſa vel ſi ex cã damnorum datorum poſt xv. dies, lib. vnã, ſol. vnum, denarios ſeptẽ. A libris xxv. marc. incluſiuè vſq; ad lib. quinquaginta in termino, lib. vnã ſol. xj. & denarios ſeptẽ: ſi eſt decurſa, vel ſi ex cã damnorum datorum poſt. xv. dies, lib. duas, ſol. vnum & denarios ſeptem. A libris quinquaginta incluſiuè vſq; ad lib. centum excluſiuè, & abinde ſupra in termino, libras duas, ſolidum vnum & denarios ſeptẽ. Si eſt decurſa vel ſi ex cã damnorum datorum poſt quindecim dies, lib. duas ſol xj. & denarios ſeptẽ. De qualibet condemnatione cancellata de gratia liberè ſoluãtur de prima ſol. quatuor, & de qualibet alia ſi fuerint plures, ſol. vnus: ſaluo quòd ſi condemnatus pręſtiterit fideiuſsionem, vel ſi fuerit detentus pro executione ſententiæ ſeu cõdemnationis, vel ſi accepta

pta

pta fuerint ſibi pignora, eo caſu accipi debeat pro cancello modo & forma ſupra annotato, ac ſi non eſſet facta gratia aliqua.

De pallijs currendis in die feſto beati Georgij. XLI.

STATVIMVS & ordinamus ad gloriã & honorem beati Georgij almę ciuitatis Ferrar. patroni, quòd ſingulo anno in die feſto prędicti beati Georgij equi currant ad pallium aureum ſiue panni aurei, porchetã & gallum, de mane ante prandium, ſuper via magna; incipiendo in contrata plopæ in loco conſueto vſq; ad locum conſuetum iuxta caſtellum Tealtum: quorum equorum ille equus qui alios præceſſerit, & prior ad pallium deuenerit, ſaltem cum capite, ac primus fuerit, ipſum pallium lucretur, ſecundus ipſam porchetã, tertius ipſum gallum, vltimus vero percipiat alia. ſi autem duo pariter & æqualiter ad pallium deuenerint, adeo ꝙ diſcerni non poſſit quis fuerit primus in curſu, & ad palliũ prior deuenerit, tũc equi oẽs ex prædictis currere volentibus iterum currant, & qui primus fuerit vt ſupra pallium lucretur. & prædicta vendicent ſibi locum, ſi equi prædicti curſum inceperint ordinatè & in loco conſueto, pro voluntate Iudicis maſſariæ cõis Ferrar. vel alterius de ipſius commiſſione. Volentes ꝙ oẽs equi, qui currere volẽt ad dictum pallium, deſcribi debeant in vigilia prędicti ſancti Georgij poſt veſperas, per notarium maſſariæ cõis Ferrar. ſignis & interſignis & nominibus regatiorum & dñorum ſuorum, in præſentia & mandato Iudicis maſſariæ cõis Ferr. Et ſi aliquis equus non fuerit deſcriptus vt ſupra dicitur, ipſum pallium non lucretur, ẽt ſi fuerit primus in curſu & ad pallium prior deuenerit: ſed primus equus ſcriptus vt ſupra ipſum pallium conſequatur & habeat. Adijcientes ꝙ conſules ſiue Iudices ad victualia, aut alter ipſorum ſtare teneantur & debeãt iuxta pallium tpe quo currere debebũt ꝑdicti equi, vt referre poſſint qui equus primus fuerit in curſu & prior ad pallium deuenerit. & ſi qua dubitatio orietur, Iudex maſſarię vnà cũ dictis conſulibus ad vict. differentiã ipsã decidere & terminare poſſit & debeat. Item ꝙ eodem die feſto prędicti ſancti Georgij poſt veſperas, aſini currant ad pallium panni albi, quantitatis & precij conſueti: qui aſini currere incipiant à porta inferiori vſque ad portam goſmariæ: & poſt curſum aſinorum, homines currant ad aliud pallium panni roſati verzini, quantitatis & precij conſueti, qui homines currere incipiant à via & quadriuio ſancti Petri, vſq; ad prędictam portam goſmariæ. Et poſt curſum ipſorum hominum

minum: fœminę etiam ipſę currant ad aliud pallium panni viridis quã titatis & pretij cõſueti. Quæ quidẽ fœminæ currere incipiant a via & quadriuio ſanctæ Marię de bucho, vſq; ad prędictam portã Goſmarię. Et in omnibus prædictis caſibus, qui primus fuerit in curſu, & prior ad palliũ deuenerit vt ſupra, percipiat & lucretur pallium. & prędicta omnia quę ſupradicta ſunt, obſeruentur ſingula ſingulis referendo.

Quòd omnes fachini ciuitatis Ferrariæ deſcribantur apud officium munitionum duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ. XLII.

CVm fachini in hac alma ciuitate Ferrarię commoda & lucra percipiant, æquum & condecens videtur, vt & onera ſuſtineant, & maximè quę ad bonum publicum tendunt. Ideo ſtatuimus & mandamus ꝙ omnes fachini portantes, laborantes, ac luctantes in ciuitate & diſtrictu Ferr. faciãt ſe deſcribi apud officium munitionum officij xij. ſapientum ciuitatis Ferr. Et ſi qui continuè de nouo venerint ad dictã ciuitatẽ Ferr. ſimiliter teneãtur infra tres dies ſe deſcribi facere, vt ſupra, ſoluendo officiali prędicto tres quatrenos pro quolibet. Nec poſſint prędicti fachini portare ſeu laborare aut lucrari aliquid, niſi fuerint deſcripti, vt ſupra, ſub pœna infraſcripta: de quibus fachinis fiant quatuor partes, quarũ vnaquęq; habeat obedire ſuo vel ſuis pręſidentibus: qui pręſidentes eligãtur ſingulo anno in Kalẽdis mẽſis Ianuarij, per Iudicẽ xij. ſapientum ciuitatis Ferr. hoc modo videlicet: quòd eligantur quatuor magiſtri marãgoni de peritioribus in arte ſua, & quatuor alij magiſtri muratores ſimiliter de peritioribus in arte ſua: Ita ꝙ ſit vnus marangonus, & vnus murator inſimul pręſidente vno: & cuilibet capiti ex dictis pręſidẽtibus aſsignetur vna quarta pars prędictorũ fachinorũ per prędictũ officialẽ munitionum, qui notificet eis cui pręſidenti & capiti ipſi habeant obedire. Qui quidem pręſidẽtes, & eorum fachini omnes teneãtur & debeãt ad ſonũ campanę pro igne extinguẽdo ire & ſe pręſentare ad incẽdia, quãdo incẽdia eſſẽt in aliquo loco ciuitatis Ferr. Et ſimiliter quãdo immineret periculũ Padi, ẽt in comitatu Ferr. teneãtur & debeãt ſe pręſentare ad officiũ Iudicis xij. ſapientũ ciuitatis Ferrariæ; & ipſius Iudicis mandato vel alterius eius nomine, ad illa loca quę fuerint ſibi ſtatuta accedere, & ibi pro viribus ſuccurrere & prouidere cũ ingenio, tum induſtria & laboribus ac operis ſuis, & ſine aliqua mercede. Si tamen ſtarent ibi per diem integrũ, vel per tempus vt oporteret comedere aut bibere, habeãt & percipiãt

expenſas

expenſas à communi Ferrariæ. Et prædicti præſidentes habeãt penes ſe deſcriptos continuè, qñ prædicta euenient, oẽs fachinos qui erunt ſibi deputati, & faciant deſcriptionem de ipſis; & ſi inuenerint aliquem in defectu, poſsint quemlibet eorum cõtrafacientem condemnare in ſol. xx. marc. communi Ferrar. applican. niſi fuiſſent infirmi, vel abſentes, vel alio iuſto impedimento impediti; quorum quartam partem pręſidens condemnatus lucretur: & ſi quis in prædictis vel aliquo prædictorum contrafecerit, cadat in pœnam ſol. xl. marc. communi Ferrar. applicandam, & nihilominus ad prædicta realiter & perſonaliter cõpelli poſsint ipſi fachini per ipſos præſidentes, & per Iudicem maſsariæ, ac per Iudicem duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ.

Quòd nullus audeat medicare niſi fuerit approbatus per priorem collegij medicorum. XLIII.

CVm rerũ experientia docuerit, multos ex imperitia & inexperientia, aut ignorãtia medicorum, & eorum qui profitẽtur eſſe medicos, perijſſe, & mortem aut grauiorem valetudinem incurriſſe: ſtatuimus ꝙ in ciuitate Ferrariæ vel eius diſtrictu nulla perſona, quæ non ſit doctor in medicina, ciuis vel forenſis, cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat medicinas aut medicamenta dare aut tradere, vel aliàs medicare vulnera periculoſa, aut letalia, vel in locis periculoſis, niſi fuerit approbata per priorem collegij medicorũ, & duos ex antiquioribus viris medicis numerarijs, bonæ reputationis & famæ, qui reputentur & ſint experti in dicto collegio medicorum ciuitatis Ferrariæ, & ipſe habuerit licentiã ab illis de medicando & medicinas dando & tradendo: ſub pœna ducatorum xxv. applicanda communi Ferrarię, & ſtandi in carceribus per ſex menſes: & quilibet poſsit eſſe accuſator & denunciator, & lucretur medietatem dictæ pœnę. & ſuper prædictis omnibus & ſingulis Iudex maſſarię ſit Iudex competẽs, & teneatur & debeat omni ſtudio & vigilantia inquirere, punire, & condemnare contrafacientes ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola veritate inſpecta.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER VNDECIMVS.

Continens prouiſiones & ordinamenta collegij Procuratorum ipſius ciuitatis Ferrariæ.

De collegio Procuratorum ciuitatis Ferrariæ faciendo. I.

CVM maxima pars iuſtitiæ, ſine qua regna ſubſiſtere non poſſent, quinimmo ea remota ſecundum Auguſtinum, magna forent latrocinia, videatur eſſe in reddendo vnicuiq; quod ſuum eſt ac debitũ ſit, idq; potiſsimũ efficiatur apud ius reddentes in iudicijs; in quibus propter hominum contentiones meum & tuũ in medio ponentium, per viros iuriſperitos quos procuratores appellamus, cauſæ, controuerſię, lites, ac iurgia deduci ſolent: Dignum ac neceſſarium arbitramur in hac ampliſsima noſtra republica eligi eos debere, qui rectè & cum omni integritate poſsint ac nouerint prædicta dirigere & perficere, ne paſsim concedentes & ſine delectu omnibus prędicta exercentibus multa incommoda ac damna noſtri patiantur ſubditi, & incurrant, prout magiſtra rerum experientia ſæpius edocuit: Ideo ſtatuimus & ordinamus per hunc modum, videlicet. In primis ꝙ fiat collegium procuratorum, in quo collegio eſſe debeant & intrare poſsint ſolum viri docti & periti, videlicet apti ad procurandum in iudicijs, qui etiam eſſe debeant viri graues, & morati, ac bonę opinionis, vitę & famæ, examinandi vt infra, approbandi & acceptandi per Iudicem duodecim ſapientum ciuitatis Ferrariæ, proconſules notariorum ciuitatis Ferrariæ, quorum vnus ſit de cancellarijs Illuſtriſsimi domini noſtri, & priorem dicti collegij procuratorum, qui per tempora erunt, ac duos procuratores per dictum Iudicem eligendos, & cum iuramentis de quibus infra diſponitur.

De priore collegij eligendo. II.

STATVIMVS ꝙ omni anno in feſto Circūciſionis domini noſtri Ieſu Chriſti eligatur vnus procurator de numero procuratorum collegiatorum, qui ſit prior collegij procuratorum, qui ſit vir doctus & aptus ad hoc, per Iudicem xij. ſapientum & proconſules notariorum, & priorem ipſius collegij, qui præfuerit anno ſuperiori: qui prior finito anno & officio ſuo, teneatur reddere adminiſtrationis rationem cum reliquorum pręſtatione, infra dies octo priori nouo: ſub pœna periurij & lib. x. march. ipſi collegio applicanda.

De iuramento prioris collegij procuratorum. III.

STATVIMVS ꝙ prior prędictus ſic eligēdus in principio ſui officij iuret & iurare debeat ad ſancta Dei Euangelia, in manibus dicti Iudicis xij. ſapientum, & dictorum proconſulum & dicti prioris bene, fideliter & diligenter exercere officium ſuum, & ſeruare ſtatuta ipſius collegij circa ea, ſeruando bonos mores, & omni fraude circumſcripta.

De ijs qui poſſunt exercere officium procuræ. IIII.

STATVIMVS ꝙ nemo poſſit officium procuræ exercere pro alio in litibus & cauſis iudicialibus in ciuitate Ferr. coram aliquo Iudice & officiali ordinario, extraordinario, delegato, ſubdelegato, arbitro, arbitratore ac quocūꝗ; alio Iudice, quocūꝗ; nomine nūcupetur, & quodcunꝗ; & qualecunꝗ; tribunal cauſarum habeat; niſi per prius ſit examinatus in his quę pertinent ad exercitiū & officium procuratoris, & approbatus & acceptatus per dictos Iudicē xij. ſapientum procōſules & priorē dicti collegij & procuratores, quos elegerit Iudex xij. ſapiētum & cum iuramēto prædictorum, ꝙ eis videatur idoneus & doctus ac ſufficiēs: & fiat approbatio per ſuffragia ſecreta, & non ad voces: & quilꝗ; poſsit liberè & iuſtè votum ſuum ponere, & aliter facta nullo modo valeat approbatio & acceptatio: ac ēt ſit deſcriptus in dicto collegio per notarium collegij notariorum ciuitatis Ferr. ſub pœna lib. x. marcheſ. applican. dicto collegio procuratorum pro dimidia, & pro alia dimidia maſſarię communis Ferr. & nihilominus acta ſint ipſo iure nulla, & teneatur ad intereſſe parti ſcilicet principali pro quo interceſſerit: Volentes ꝙ taliter examinatus & approbatus in primo anno ſequēti non poſsit procurare in cauſis excedentibus ſummā lib. quinquaginta march. finito autem anno poſſit in quacunꝗ; cā & ſumma procurare.

Poſ-

Poſſit tamquilibet notarius collegiatus in collegio notariorũ ciuitatis Ferr. officium procuræ exercere abſq; eo ꝙ ſit collegiatus in collegio procuratorum, in cauſis a .x. lib. infra: & ipſis notarijs ſic procurantibus in dictis cauſis ſoluatur pro eorum mercede, arbitrio prioris dicti collegij procuratorum, dummodo non excedat ſummam taxatam in ſtatutis noſtris, & non vltra accipere poſſint, etiã à ſponte dantibus: ſub pœna dupli eius quod plus acceperint; applicanda parti a qua ſic plus debito acceperint, & ſub pœna librarum quinque march: dicto collegio procuratorũ applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia maſſariæ communis Ferrariæ.

Quòd nullus qui non ſit in matricula poſſit pro alio comparere. V.

NE fraus fiat legi, ſtatuimus ꝙ nullus qui non ſit in matricula procuratorum, poſſit cõparere pro alio corã aliquo Iudice vel iuſdicente ad tribunalia iudicialiter et cũ principali ſuo, & dicere ſub nomine eius aliqua verba ſpectãtia ad ordinẽ iudicij, & ẽt dicere, ipſe ſic dicit, in aliqua cauſa ordinaria vltra duas vices: ſub pœna v. lib. marc. applican. pro dimidia maſſariæ cõis Ferrar. & pro alia dimidia collegio procuratorum. & prędicta nõ vendicent ſibi locum in coniunctis perſonis, quę pro alijs coniunctis perſonis comparere poſſint.

Quòd minor vigintiquinque annis non poßit eße procurator. VI.

STATVIMVS ꝙ nullus poſſit intrare dictum collegium, & officiũ procuratorum in iudicijs exercere in ciuitate Ferrariæ, qui ſit minor annis vigintiquinque & qui ſit filiusfamilias; niſi pater ſe obliget pro filio, vel aliter ipſe filius ſatiſdederit de reficiendis damnis & intereſſe apud acta notarij collegij notariorum. & hæc vendicent ſibi locũ tam in præſentibus quam futuris.

De iuramento procuratorum, & quantum ſoluere debeant. VII.

STATVIMVS ꝙ dicti procuratores cũ intrant collegium, & acceptantur in dicto collegio, teneãtur ſoluere pro ingreſſu ducatos x. ſi fuerit ciuis oriundus. Si vero non fuerit ciuis oriundus, ducatos xxv. auri maſſario collegij notariorum, nomine eius collegij recipientis, & par vnum chirothecarum de camucia bona cuilibet qui interfuerit examini ſuo; nec poſſit ſub vinculo iuramenti diſpenſari; & ẽt antequam

exerceat officium procuræ, teneantur & debeant iurare ad ſancta Dei Euangelia, in manibus dictorum Iudicis xij. ſapientũ & proconſulum & prioris collegij procuratorum, cauſas & lites in quibus fuerint procuratores, benè, diligenter, & fideliter procurare, exercere, ſolicitare, vſque ad finem litis incluſiuè, & eſſe fideles clientulo ſuo, nec cõmittere in ipſis litibus & cauſis aliquas fraudes, barattarias, nec paciſci de quota litis, nec facere cõtra bonos mores ex cã ipſarũ litiũ, nec participare cũ aliquo notario medij alicuius cauſę ſibi notario datę per dictũ procuratorẽ directè, vel indirectè, nec cum aliqua alia perſona de mercede dicti notarij dictę cauſę, nec de aliquo extra mercedem.

Quòd exercens acta non poſſit eſſe procurator. VIII.

STATVIMVS ꝙ nullus exercens officiũ tabellionatus ad acta ciuilia vel criminalia, poſſit, audeat vel pręſumat procurare & officiũ procurę exercere quoquo modo in iudicijs ad aliquod tribunal, ſeu coram quocũq; arbitro vel arbitratore, generaliter vel ſpecialiter: ſub pœna librarũ decẽ march. collegio procuratorum applicanda: & nihilominus acta ipſo iure ſint nulla, niſi à quantitate decem librarum march. infra, vt ſupra in quarto ſtatuto diſpoſitum eſt.

Quòd aduocati non poſſint procurare. VIIII.

CVM dignũ ſit, vt quiſq; ſit cõtentus officio ſuo, ſtatuimus ꝙ nullus qui ſe exerceat pro aduocato, & ſit in collegio aduocatorum ciuitatis Ferrariæ, poſſit officium procuratoris exercere, ſub pœna prędicta: ſic etiam econtrario, nullus procurator audeat vel pręſumat exercere ſpectantia ad officium aut exercitium aduocati. Poſſit tamen cõſilium factum exponere tempore allegationum, ſub pœna librarum decẽ march. applican. pro dimidia maſſarię cõmunis Ferr. & alia dimidia collegio procuratorũ, vel aduocatorũ, ſingula ſingulis referẽdo.

Quòd procuratores teneantur de negligentia vel imperitia. X.

STATVIMVS ꝙ ſi aliqua cauſa periret defectu procuratoris, vel negligentia vel imperitia eius, vel aliter quomodocunq; defectu dicti procuratoris, dictus procurator teneatur ad omne damnum & intereſſe & expenſas clientuli ſui, in quibus incurſus eſſet vel incurrere poſſet dicta de cauſa.

Quòd

Quòd procuratores delinquentes poſſint priuari & puniri. *XI.*

STATVIMVS ꝙ dicti Iudex.xij.ſapientum, proconſules & prior dicti collegij inſimul vinculo iuramenti teneantur,& debeant & valeãt & poſſint quemcunq; procuratorẽ dicti collegij, vel notariũ male ver ſantem in officio procurę,& cõmittentẽ fraudes,baratarias,& contra bonos mores facientẽ in litibus & cauſis, ac de quota litis paciſcẽtẽ,& tenẽtẽ minus bonã & honeſtã vitã,priuare & caſſare de dicto collegio procuratorũ,ac de collegio notariorũ ciuitatis Ferr.& interdicere ſibi officũ procurę & notariatus, vel perpetuo vel ad tẽpus, ac eos punire arbitrio ſuo,inſpecta delicti qualitate & quãtitate,& qualitate perſonę & conditione eius, & gradu.& de prædictis inquirere ac inueſtigare poſſint & teneantur.

Quòd nullus procurator audeat dicere vel proferre verba iniurioſa. *XII.*

STATVIMVS ꝙ nullus procurator audeat, vel præſumat corã aliquo iuſdicente, maxime ſedente ad tribunal dicere vel proferre aliqua verba iniurioſa, inhoneſta vel vituperoſa quocunq; modo contra ipſum iuſdicentem vel alium procuratorem,vel aliam quamcunq; perſonam, nec etiam clamare, proclamare vel vocem tollere vltra debitum modum & hõneſtatem:ſub pœna ſolidorum viginti march. applicanda maſſariæ communis Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia Syndico palatij iuris cõmunis Ferr. ſi ipſe Syndicus condemnabit aut exiget. Ad cuius officium volumus prædictas pœnas condemnandi & exigendi ſpectare & pertinere ſine alia citatione: poſſit etiam iuſdicens,coram quo procurator in aliquo prædictorum contrafecerit, punire eum & condemnare,ac exigere pœnã, cuius lucretur dimidiã, vt ſupra in ſyndico,& locus ſit præuentioni.

Quòd prior collegij procuratorum ſit procurator pauperum ſine mercede. *XIII.*

STATVIMVS ꝙ prior collegij procuratorũ cõtinuè & ſemper tempore officij ſui prioratus teneatur procurare,& eſſe procurator pauperum iurantium ꝙ non habent vnde ſoluere poſſint, niſi ipſe procurator probauerit contrarium:qui procurator pauperum teneatur pro

curare & conſulere gratis, & ſine aliquo ſalario in omnibus cauſis ipſorum pauperum, ſub pœna libr.x.march.applicanda vt ſupra.

Quòd Poteſtas Ferrariæ teneatur exigere pœnas. XIIII.

STATVIMVS ꝙ Poteſtas ciuitatis Ferrariæ, qui nunc eſt, vel qui per tempora ſucceſſiuè erit, ad omnem inſtãtiam alicuius de dicto collegio teneatur & debeat iuris remedijs exigere dictas pœnas, & alias de quibus infra, applican. vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur, ſub pœna tantumdem ſoluendi de proprio in ſuo ſyndicatu.

De habitu & veſtibus Procuratorum. XV.

STATVIMVS quòd procuratores dicti collegij habitum, & veſtes deferant graues & honeſtas, officio procuræ condecentes, non autẽ leues & inhoneſtas: ſub pœna dicti officij interdicendi ſibi, & qualibet alia arbitrio dictorum Iudicis duodecim ſapientum, proconſulum & prioris dicti collegij imponenda, vt per decentiam habitus extrinſecam, morum intrinſecam honeſtatem oſtendant.

Quòd Procuratores ſint de collegio notariorum. XVI.

STATVIMVS ꝙ procuratores dicti collegij non intelligantur eſſe ſeparati à collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ, ſed potius eſſe debeant matriculati & de ipſo collegio, ſecundum formam prouiſionũ dicti collegij notariorum, & ad honores & onera vniuerſos & vniuerſa dicti collegij notariorum ſint connumerati.

De ſalarijs Procuratorum in cauſis vſque ad quantitatem librarum decem march. incluſiuè. XVII.

STATVIMVS & ordinamus in primis, quòd in cauſa, lite, quęſtione, quę ſit vſque ad quantitatem decem libr. march. excluſiuè, habeat procurator actoris in totum ſolid. quindecim march. procurator autẽ rei habeat ſolidos duodecim march. in totum vſque ad finem litis incluſiuè: & ſi fuerit lis conteſtata, & cauſa non fuerit finita, habeat vterque procurator à clientulo ſuo ſol.x.march.in totum pro quolibet.

A li-

A libris x.march. vſque ad xxx.

ITem quòd de cauſa,lite & quæſtione,à libr.decem march. vſque ad xxx.libr.march.excluſiuè,habeat procurator pro libello ſuo,ſeu peti tione conuentionali in ſcriptis facto,ſol.decem marc. & pro alijs ſcri pturis & inſtantia ſi quæ,& quot factæ fuerint ſol.xxx.march. in totū, vltra libellum & petitionem prædictam.

A libris xxx. vſque ad ſexaginta.

ITem quòd de cauſa, lite, ſeu quæſtione, à lib.xxx. march. incluſiuè, vſque ad lib. ſexaginta excluſiuè,habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali, uel reconuentionali in ſcriptis factis,ſolid. xv. march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia ſi quæ & quotquot factæ fuerint, libras duas & ſolidos quinque marc. in totum, vltra libellum ſeu petitionem prædictam.

A libris ſexaginta vſque ad centum.

ITem in cauſa,lite,ſeu quæſtione à libris ſexaginta march. incluſiuè vſque ad libras centum march.excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali vel reconuentionali in ſcriptis factis ſolidos viginti march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras duas & ſolidos quindecim march.

A libris centum vſque ad centum quinquaginta.

ITem in cauſa, lite ſeu quæſtione à libris centum marcheſ.incluſiuè, vſque ad libras centum quinquaginta march.excluſiuè,habeat procurator pro libello ſeu petitione conuentionali ſeu reconuentionali in ſcriptis factis libram vnam & ſolidos quinque marcheſ.& pro alijs inſtantijs & ſcripturis vt ſupra libras tres & ſolidos quinque march.

A libris centum quinquaginta vſque ad ducentum.

ITem quòd de cauſa, lite ſeu quæſtione à libris centumquinquaginta march.incluſiuè vſque ad libras ducentum march.excluſiuè,habeat procurator pro libello ſeu petitione conuentionali ſeu reconuentionali in ſcriptis factis ſolidos triginta march.& pro alijs ſcripturis & inſtantiæ vt ſupra libras tres & ſolidos duodecim march.

A libris ducentum vſque ad trecentum.

ITem de cauſa, lite & quæſtione à libris ducentum incluſiuè, vſque ad libras trecentum excluſiué,habeat procurator pro libello ſeu petitione

titione conuentionali, vel reconuentionali in ſcriptis factis vt ſupra, libram vnam & ſolidos quindecim march: & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras quatuor march.

A libris trecentum vſque ad quatuorcentum.

ITem de cauſa, lite & quæſtione à libris trecētum incluſiuè, vſque ad libras quatuorcentum excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali, ſeu reconuentionali in ſcriptis factis, libras duas marcheſ. & pro alijs ſcripturis & inſtantia, vt ſupra libras quattuor & ſolidos decem marcheſ.

A libris quatuorcentum vſque ad quingentas.

ITem de cauſa, lite ſeu quæſtione à libris quatuorcentum incluſiuè, vſque ad libras quingentas marcheſ. excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali, ſeu reconuentionali in ſcriptis factis, libras duas & ſolidos quinque marc. & pro alijs ſcriptis & inſtantia libras quatuor & ſolidos quindecim march.

A libris quingentis vſque ad ſexcentas.

ITem ꝙ de cauſa, lite ſeu quæſtione à libris quingentis marcheſ. incluſiuè, vſque ad libras ſexcentas marc. excluſiuè, habeat procurator pro libello ſeu petitione cōuentionali ſeu recōuentionali in ſcriptis factis, libras duas & ſolidos decem marc. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras quinque marcheſ.

A libris ſexcentis vſque ad ſeptingentas.

ITem ꝙ de cauſa, lite, ſeu quęſtione à lib. ſexcentis march. incluſiuè, habeat procurator vſque ad libras ſeptingentas marcheſ. excluſiuè, pro libello ſeu petitione vt ſupra in ſcriptis factis libras duas & ſolidos quindecim marcheſ. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras quinque & ſolidos quinque march.

A libris ſeptingentis vſque ad octingentas.

ITem de cauſa, lite ſeu quęſtione à libris ſeptingentis marcheſ. incluſiuè, vſque ad libras octingentas march. excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali, ſeu reconuentionali, in ſcriptis factis, libras tres march. & pro alijs ſcripturis & inſtantiis libras quinque & ſolidos decem march.

A libris

A libris octingentis vſque ad noningentas.

ITem de cauſa lite ſeu quęſtione à libris octingentis march. incluſiuè, vſque ad libras noningentas march. excluſiuè, habeat pro curator pro libello ſeu petitione conuentionali vel reconuẽtionali in ſcriptis factis, libras tres & ſolidos quinque march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia libras quinque, & ſolidos quindecim march.

A libris noningentis vſque ad mille.

ITem ꝙ de cauſa, lite ſeu quæſtione à libris noningentis march. incluſiuè, vſque ad libras mille marc. excluſiuè, habeat procurator pro libello ſeu petitione conuentionali ſeu reconuentionali in ſcriptis factis, libras tres & ſolidos decem march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras ſex marcheſ.

A libris mille vſque millequingentas.

ITem ꝙ de cauſa, lite, ſeu quęſtione libr. mille march. incluſiuè, vſque ad libras mille quingentas marcheſ. excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali, ſeu reconuentionali in ſcriptis factis libras quattuor march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra libras octo march.

A libris mille quingentis vſque ad duo millia.

ITem de cauſa, lite ſeu quęſtione à libris mille quingentis marcheſ. incluſiuè, vſque ad libras duo millia march. excluſiuè, habeat procurator pro libello, ſeu petitione conuentionali vel reconuentionali, in ſcriptis factis, libr. quinque march. & pro alijs ſcripturis & inſtantia vt ſupra lib. decem march.

A libris duobus millibus & ſupra cuiuſcunq; ſumma.

ITem quòd in cauſis à libris duobus millibus, & ſupra, quantæcunq; ſūmę & quantitatis fuerit, habeat procurator pro libello vel petitione conuentionali vel reconuentionali in ſcriptis factis, vltra taxam prædictam, ſolidos duos march. pro centenario, & pro alijs ſcriptis & inſtantia, vt ſupra ſolid. quattuor march. pro centenario, & ad rationem centenarij lib. marcheſ.

De ſalarijs

De ſalarijs procuratorum in cauſis appellationum a libris centum incluſiuè,a diffinitiua & habente vim diffinitiuæ. XVIII.

IN cauſis vero appellationū,ſcilicet in cauſis vſq; ad libras mille mar ch.incluſiuè, habeat procurator pro appellatione & libello appellatorio,lib. duas march. videlicet libram vnā march. pro qualibet appellatione a diffinitiua ſiue ab interlocutoria habente vim diffinitiuę: & pro alijs ſcripturis & inſtantijs,ſi quæ erunt & quotquot erunt,habeat procurator vltra appellationem & libellum appellatorium,duas partes eius quod taxatum eſt pro cauſis principalibus, vſq; ad quantitatē librarum centum marcheſ.

De cauſis appellationum a libris mille march. excluſiuè vt ſupra a diffinitiuis vel vim diffinitiuæ habentibus, & de cauſis appellationum ab interlocutorijs meris. XVIIII.

IN alijs autē cauſis,litibus & quęſtionibus appellationū à diffinitiua, cuiuſcūq; quātitatis ſit cauſa,à libris mille march. excluſiuè vltra habeat procurator duas partes ex tribus eius quòd taxatum eſt in principali cauſa: idem ſeruetur in cauſis interlocutorijs habentibus vim diffinitiuarum. In alijs interlocutorijs meris quibuſcunque habeat procurator actoris in totum tam pro appellationē, & libello appellationis & inſtantijs omnibus ſolidos quadraginta march. procurator rei habeat ſolidos triginta march.

De cauſis non continentibus implicite vel explicite quantitatem. XX.

IN cauſis vero,litibus vel quęſtionibus,quę nō continent quantitatē implicitè vel explicitè, vt ſunt cauſæ matrimoniales,abſolutionis à iuramento,denuntiationis euangelicę,iuriū incorporaliū,& his ſimilium,habeat procurator pro quolibet libello,petitione ſeu querela cōuentionali ſeu reconuentionali in ſcriptis factis ducatum vnum auri. Et de alijs ſcripturis & inſtantia,ſi quę erunt & quotquot erunt,ducatos tres auri;exceptis tn̄ litibus vel quęſtionibus ſeruitutū & ſimilium, pro quibus habeat procurator pro libello,petitione ſeu querela conuētionali vel reconuentionali in ſcriptis factis lib. vnā, & pro alijs ſcripturis & inſtantia, ſi quę erunt & quotquot erunt libras tres march.

De

De terminis xxx. dierum, adiudicationibus inſolutum & executionibus. *XXI.*

ITEM ꝙ pro terminis xxx. dierum, adiudicationibus inſolutum, ſub haſtationibus, executionibus ſententiarum & præceptorum & ſimilibus, factis ad inſtantiam procuratorum, & pro inſtantijs factis circa ipſas vel ipſa, & pro ipſis dumtaxat, quantęcunq; quantitatis ſint, habeat procurator ſol. xv. marc. ſi quãtitas de qua fuit aſsignatus terminus excedat ſummã lib. x. marc. Si vero ſumma fuerit à x. lib. infra ſol. octo marc. pro aſsignatione & executione ſimplici in totum. Si vero circa ea fierent ſcripturę vel alię inſtantiæ pp alicuius contradictionẽ vel aliter quomodocunq;, vel pp contumaciam partis, quotquot ſint, tunc procurator habeat vltra dictos ſol. xv. marc. dimidiam eius quod taxatum eſt in alijs cauſis, litibus, quęſtionibus, excepta quantitate taxata pro libello, habito reſpectu ad quantitatẽ de qua cã eſt lis vel quęſtio: & hoc ſi fiant capitula vel ſcripturę tendentes pro obtinenda ſorte. Si vero pro lucris vel intereſſe vel fructibus, habeat procurator dimidiã eius quod taxatũ eſt in ſtaturis noſtris, habito reſpectu ad quãtitatem ipſorum lucrorum ſiue intereſſe ſeu fructuum: & ſi procurator pro reo intercesſerit, habeat dimidiam eius quod in alijs taxatum eſt vt diximus in procuratore actoris, exceptis dictis ſol. xv. & ſolid. octo quos ipſe procurator rei habere non poſsit.

De cauſis criminalibus & corporalibus. *XXII.*

IN cauſis vero criminalibus, in quibus veniat imponẽda quocunq; modo vel iure ſecundum formã ſtatutorum nr̃orum, pœna corporalis, habeat procurator pro libello accuſatorio, querela, denuntia, exceptione, defenſione cõtra accuſas, inquiſitiones & denuntias, ex quibus veniret pœna corporalis vt ſupra, ducatos ij. auri, & de alijs ſcriptis & inſtãtia, ſi quę ſint & quotquot ſint, habeat procurator ducatos iij. auri.

De accuſis de iniuria, ſiue de poſſeſsione turbata. *XXIII.*

ITEM pro accuſa formata per notarium nomine procuratoris, ſiue de iniuria ſiue de poſſesſione turbata, quando nihil aliud contingat fieri per procuratorem, niſi ſolum inſtare vt expediatur, habeat procurator ſolidos dece march. & non vltra.

De

De accuſis de verbis iniurioſis, & defenſis. XXIIII.

ITem ꝙ pro accuſa de verbis iniurioſis formata per procuratorem ſolemniter, & pro defenſa formata ſolemniter in ſcriptis per procuratorē rei, habeat procurator vtriuſq; actoris ſcilicet & rei ſol.xv.mar. pro quolibet: pro alijs vero inſtantijs & ſcripturis quotquot contingat fieri, habeat procurator ſol.xxx.march. pro quolibet, ſcilicet acto re & reo. ꝙ ſi contingat ꝙ formata accuſa accuſatus nūquam ad defenſam compareat, ita vt contumax condemnetur, habeat procurator tertiam partem reſidui ſalarij pro tota accuſa taxati, ſcilicet ſol.x. march. ex triginta taxatis vt ſupra: & ita in reliquis taxis pro cauſis criminalibus obſeruetur.

De accuſis de iniuria facti non excedentibus ſummam librarum quinquaginta march. XXV.

ITem quòd pro accuſa de iniuria facti, ſiue in rebus, ſiue in perſona, ita tamen ꝙ condemnatio non excedat libras quinquaginta marc. habeat procurator pro defenſione ſolemniter in ſcriptis facta, ſolidos viginti march. & pro reliquis ſcriptis & inſtantia, quotquot ſint, ſolidos viginti marcheſ.

Si contingat accuſatores eſſe numero tres, vel accuſatos. XXVI.

SI contingat accuſatores eſſe vſque numero tres, vel ſimiliter accuſatos numero tres, vel accuſatores & accuſatos numero tres, habeat procurator actoris vel rei tantum vnum ſalarium taxatum vt ſupra. Si vero eſſent plures numero tribus, tunc quotquot ſint, habeat procurator ſalarium duplicatum, & non vltra in pecuniarijs tantum, ſed in corporalibus ſtet prouiſio, & intelligatur de quolibet; ita tamen ꝙ quando eſt idem factum & eodem tempore, & per plures, non poſſint fieri plures accuſationes, ſed vna tantum, & non plures defenſiones, ſed vna tantum. & ſi ſecus factum fuerit, non habeat tamen procurator ſalarium, niſi pro vna accuſa vt ſupra limitatum eſt.

De accuſis

De accuſis criminalibus, pecuniarijs infra & ſupra quantitatem librarum quinquaginta march. XXVII.

IN alijs vero cauſis criminalibus, in quibus venit pœna pecuniaria & non corporalis, quæ pœna non excedat quantitatem lib. quinquaginta marc. habeat procurator de libello accuſatorio, denuntiatione, ſeu querela vel exceptione in ſcriptis facta, libram vnam & ſol. v. mar. & de alijs ſcripturis & inſtantia, ſi quę ſint & quotquot ſint, libras tres march. & ſi pœna excedat ſummam lib. quinquaginta march. quantacunq; ſit, habeat procurator pro libello accuſatorio, denuntiatione, vel querela, defenſione ſeu exceptione in ſcriptis facta vnum ducatũ auri, & pro reliquis ſcripturis & inſtantijs, ſi quæ ſint & quotquot ſint, ducatos duos auri tantum habeat.

Qualiter debeant fieri cumulationes quantitatum conuentionum & reconuentionum. XXVIII.

ITem ꝙ ſi contingat in aliqua cauſa fieri libellum, ſeu petitionem cõuentionalem & reconuentionalem in eodem proceſſu, ꝙ in taxatione mercedis procuratorum pro alijs ſcripturis & inſtantia vltra libellos ſeu petitiones, habeatur reſpectus ad quantitates contentas in ambobus libellis cumulatim & non diuiſim, ita quòd pro vna ſola quantitate cumulata, ex quantitatibus omnibus dictorum libellorum fiat vna taxatio.

De libello expenſarum à libris decem vt ſupra & infra. XXIX.

ITem quòd de libello expenſarum quantæcunq; quantitatis ſit cauſa à libris decem & ſupra, habeat procurator ſolidos octo marcheſ. & non vltra: à libris decem infra habeat procurator ſolidos quinque marcheſ. & non vltra.

Qualiter diuidatur taxatio ſalarij procuratorum. XXX.

ET prædicta oĩa, quæ diſponuntur in taxationibus procuratorum, vendicent ſibi locum vſque ad publicationẽ proceſſus, vel habito pro publicato, ſeu perinde ac ſi fuerit publicatus tacitè vel expreſſè ex

forma iuris ſeu ſtatutorum cõmunis Ferrariæ incluſiuè. Sic tñ ꝙ procurator debeat inſtare pro poſſe ꝙ cauſa terminetur, ſub eiſdem met ſalarijs, & non vltra percipiat, & ſi proceſſus non ſit publicatus, & lis non ſit conteſtata vel habita pro conteſtata, habeat procurator actoris ſalarium ſibi taxatum per præſentia ſtatuta pro libello, & etiam tertiam partem eius quod pro reliquis ſcripturis & inſtantia & in reliquo proceſſu taxatum eſt, ſingula ſingulis congruè referendo: & procurator rei habeat tertiam partem eius quod taxatum eſt per præſentia ſtatuta, pro reliquis ſcripturis & inſtãtijs & reliquo proceſſu vltra libellum. Si vero lis ſit conteſtata vel habita pro cõteſtata vſque ad tempus publicationis proceſſus, vel quando habetur pro publicato ex forma iuris vel ſtatutorum communis Ferrariæ excluſiuè, habeat procurator actoris id quod taxatum eſt ſibi per præſentes prouiſiones pro libello, & vltra illud procurator ipſe actoris & procurator rei, ſcilicet vterq; eorum habeat duas partes ex tribus eius quod taxatum eſt ipſis ꝑ præſentia ſtatuta noſtra de alijs ſcripturis et inſtantijs vltra libellum: publicato ẽt proceſſu et finita cauſa per ſententiã vel aliter, et ẽt non finita cauſa habeat procurator id totum, quod taxatum eſt per præſentia ſtatuta, vt ſupra dictum eſt, vbi procurator vſus fuerit debita diligẽtia pro expeditione ipſius cauſæ. Et prædicta omnia diſpoſita de taxationibus, vendicent ſibi locum in actoribus tutorum, curatoribus adultorum, et datorum bonis, et ſyndicis vniuerſitatum, qui ſub appellatione procuratoris, de quo ſupra in præſentibus ſtatutis fit mentio, debeant comprehendi.

De pœna procuratoris plus debito petentis. XXXI.

ITem ꝙ procuratores non poſſint nec debeant accipere à clientibus ſuis, ẽt ſponte dantibus, pro eorum patrocinio ſeu mercede procurationis, plusq̃ eis taxatum fuerit per præſentia ſtatuta, occaſione dictæ ſuæ mercedis vel patrocinij: ſub pœna dupli eius quod plus debito acceperint, et ſub pœna librar. x. march. applicanda collegio procuratorum prædictorum. De quibus credatur parti cum iuramento et vno teſte fide digno; poſſit tñ cõuenire et recipere annuas prouiſiones ſuas, iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatam.

Qui ſunt Iudices taxationum. XXXII.

ITem ꝙ ſi fuerit controuerſia de ſalario, ſeu patrocinio procuratorum inter ipſos & clientulos ſuos, prior dicti collegij ſit Iudex ipſius cauſæ: & ſi fuerit controuerſia inter procuratorem, cui contigerit tunc eſſe priorem cum clientulo ſuo, tunc loco ipſius prioris ſit Iudex dictę controuerſię proconſul notariorum ciuitatis Ferrarię: Is videlicet qui non eſt cancellarius Illuſtriſs. domini noſtri. & teneatur ipſe Iudex ipſam cauſam ipſius taxationis expedire vſque ad tres dies cōtinuos, poſtquam fuerint ſibi exhibitę ſcripturæ, de quibus erit controuerſia: ſub pœna ſolidorum decem march. applicanda dicto collegio, pro qualibet cauſa & qualibet vice. Adijcientes ꝙ taxationes dictorū Iudicum debeant eſſe ſecundum formam dictorum ſtatutorum, nec plus nec minus; & aliter & alio modo facta non valeant & non teneāt ipſo iure: quibus ſtatutis ipſe prior & proconſul ſemper inhærere debeant, & eas ſequi in taxationibus ſalarij procuratorum.

Quòd non poßit appellari à taxationibus dictorum Iudicum. XXXIII.

ITem ꝙ in taxationibus faciendis per ipſos Iudices taxatores in omnibus cauſis prędictis, ſingula ſingulis congruè referendo, & à declarationibus eorum non poſſit querelari, appellari, ſupplicari, de nullitate dici, nec contra eas alterari, excipi vel opponi, ſed indilatè vt fuerit taxatum executioni mandetur remedijs iuris per Iudicem ordinarium, ac ſi eſſet ſententia quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam, vel præceptum in confeſſum, contra quorum executionem nil poſſet opponi.

De ſalario Iudicis taxationum procuratorum. XXXIIII.

ITem ꝙ dicti Iudices taxationum in caſibus prędictis, ſingula ſingulis congruè referendo, habere debeant pro qualibet taxatione quā facient, à qualibet parte ſolidos quinque march. & notarius habere debeat in totum ab ambabus partibus de qualibet taxatione ſolidos quinque march. videlicet dimidiam ab vtraque parte. Et hæc locum habeant ſi fiat vna, vel duæ taxationes. Si vero plures cauſæ vnius perſonę taxarentur vltra duas, habeant prædicti dimidiam pro qualibet eius quod ſibi taxatum eſt. Et prædicta omnia vendicent ſibi locū

vbi quantitas petita non eſſet expreſſa;quo caſu habeat ſolum dimidiam eius,quod ſibi in præſenti ſtatuto taxatum eſt.

Quòd notarius teneatur exhibere ſcripturas cauſæ & proceſſus. XXXV.

ITem ꝙ ſi fuerit differentia inter procuratorem & clientulum ſuum de ſalario ipſius procuratoris, quilibet notarius cauſę teneatur & debeat infra vnum diem, poſtquam fuerit requiſitus ab aliqua partium, exhibere & relaxare proceſſus & ſcripturas ſic taxandas, penes notarium collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ; qui debeat eſſe notarius & ſolus ipſarum cauſarum inter procuratores & cliētulos ſuos totius dicti collegij procuratorum, vel ipſemet oſtendere ipſi priori collegij procuratorum: & hoc ſub pœna ſolid.xx.march.pro qualibet vice qua recuſauerit, applicanda ipſo facto dicto collegio. & facta taxatione, dictę ſcripturę immediatè reſtituantur dicto notario.

De fide danda libris procuratorum. XXXVI.

NOn minoris gradus, præeminentię & vtilitatis in omni republica eſſe conſiderantes officium procuratorum,q̃ exercitium cuiuſlibet artis, nō immerito dignum arbitramur, vt procuratores qui ꝑꝑ nobilitatem officij maiora promererentur,ſaltem pari priuilegio potiātur cum artificibus. ideo ſtatuimus ꝙ quemadmodum per ſtatuta noſtra fides adhibetur libris artificum, ita detur fides libris procuratorū continentibus officium ſuum, vſque ad ſummam lib.xv. marc. in vna vel pluribus poſtis ſeu partitis, ſi libri ipſi fuerint benè intitulati, non cancellati, non aboliti in aliqua parte, nec ēt vitiati. Diſponentes ēt ꝙ procuratores expreſſè ſcribant nomina & pronomina eorum pro quibus fuerint procuratores, & cōtra quos cauſa agitata fuerit, & cauſam ipſam, annum, & menſem, & in actis cuius notarij, & nomen tribunalis exponēdo. Volentes tñ probare contrarium vel facto ipſo vel in taxa audiantur: ſed grauentur onere reperiendi ſcripturas taxandas, quas teneantur notarij requiſiti infra duos dies exhibere & relaxare notario collegij, ciuitatis Ferrarię, vel ipſemet oſtendere ipſi priori dicti collegij ſub pœna ſol.xx.march. ipſi collegio procuratorum applicanda. teneātur ēt procuratores annotare & ſcribere ſuper libris ſuis, debito modo & forma oīa data & accepta per eos; & ſi nō ſcripſerint,

con-

condemnentur in duplum eius,quod fuerit probatum datum aut ſolu tum fuiſſe,nec eo caſu detur fides libris eorum pro dicta cauſa.

De matricula procuratorum facienda. XXXVI.

ITem ꝙ expenſis procuratorum fiat vna matricula ſeu vnus liber in chartis membranis, cum albis in pulchra forma, in quo ſcribantur ſtatuta dicti collegij,& procuratores matriculati ſeu matriculandi in dicto collegio per notarios collegij notariorum ciuitatis Ferrariȩ:qui liber ſtare debeat penes priorem anni illius, & prior præcedens tenea tur eum librum exhibere & relaxare priori ſucceſſori ſuo infra tres dies poſt electionem ſuam, ſub pœna ſolidorum viginti march. ipſi collegio applicanda.

Quòd Iudices cauſarum procedant ad executionem taxationum antedictarum. XXXVII.

ITem ꝙ Iudices coram quibus agitatur cauſa,procedant ad executio nem taxationum antedictarum,contra ſubiectos iuriſdictioni cuius libet villæ ſeu caſtri ciuitatis Ferrariæ, vel alterius Iudicis ciuitatis Fer rariæ,pro mercede procuratorum, non obſtante priuilegio eorum: & ipſi Iudices ſint in his Iudices competentes,& etiam poſsit procedi fe rijs non obſtantibus. & prædicta omnia locum habeant in præteritis non exactis, præſentibus vel futuris, aliquibus prouiſionibus aut ſta tutis communis Ferrariæ,aut alio iure in contrarium facientibus non obſtantibus.

STATVTORVM VRBIS FERRARIAE LIBER DVODECIMVS.

De prouiſionibus & ordinamentis collegij notariorum eiuſdem ciuitatis Ferrariæ I.

QVONIAM tabellionatus laudabile officium, ac honeſta & honorabilis dignitas inter alias celebres dignitates, & laudatiſſima exercitia ciuitatum, locum & priuilegium non infimum, ſed præcipuum quodammodo ſibi vendicant, debeant ciuitatum præſides, & reipublicæ diligentes obſeruatores, eiuſdem cultores dignitatis certis regulis priuilegiatis & honorificis ordinibus redimere; vt in inſigni ſuo exercitio, opportunis freti fauoribus, laudabiliter perſeuerent, & ad honeſtam dignitatis ſuę conſeruationem & augumentum magis accendãtur. Cum igitur in hac noſtra ciuitate Ferrarię notariorum officium maximè polleat, & pro bono totius reipublicę & collegij ac vniuerſitatis eorum prouidentia, regulis, ordinibus atque ſtatutis aliquibus indigent reformari, dignum eſſe cenſemus & congruum, ipſum collegium & vniuerſitatem notariorũ dictę ciuitatis Ferrariæ ſub infraſcriptis regulis, prouiſionibus, atque ſtatutis, reformationibus & ordinibus coercere ac ordinare; vt notariatus officium in hac ciuitate Ferrarię cum vtilitate reipublicæ perſeueret, & multiplicatis honoribus & commodis augeatur.

De col-

De collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ. II.

IN primis ꝙ fiat & fieri debeat collegium notariorum ciuitatis Ferrariæ, in quo ſint tam numerarij q̃ ſupranumerarij, qui ſint recepti & approbati ſecundum formam iuris & ſtatutorum dicti collegij notariorum:& fiat & fieri debeat vna matricula,in qua ſint nomina,prę nomina,& cognomina notariorum numerariorum.& vna alia matricula, in qua deſcripta ſint nomina & prænomina ac cognomina notariorum ſupranumerariorum.

De forma eligendi proconſules. III.

STATVIMVS ꝙ de numero notariorum collegiatorum numerariorũ eligantur per referendarium Illuſtriſs. dñi Ducis, & proconſules & conſiliarios antiquos notariorum,ſiue maiorem partem ipſorum,præſente tamen ſemper dicto referendario, quinque de melioribus & antiquioribus & magis expertis, & maioris fidei, prudentię, ac melioris vitæ & famæ; quorum nomina & prænomina deſcribãtur in quinque breuibus,quæ breuia ponantur per dictos referẽdarium & officiales in quodam taſcheto & buſſolo, & in alio taſcheto ſeu buſſolo ponantur omnes & ſinguli cancellarij Illuſtriſs.domini noſtri,de quibus taſchetis, ſeu buſſolis extrahantur ſingulo anno in Kalendis Ianuarij duo breuia per dictum referendarium:videlicet vnum breue ex cancellarijs prædictis, alterum breue ex alijs collegiatis prędictis. & illi duo quorum nomina erunt deſcripta in illis breuibus prædictis extractis, ſint & intelligantur eſſe proconſules illius anni:& finitis prędictis breuibus,ſimili modo & forma alia breuia fieri & ſcribi debeant,& ſimiliter imbuſſolatio & electio prædicta procon ſulum fieri debeat.

De modo & forma eligendi conſiliarios & maßarium collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ. IIII.

STATVIMVS & ordinamus, ꝙ de numero notariorum numerariorũ collegiatorum eligantur per referendarium prędictum,proconſules & conſiliarios,ſiue maiorem partem ipſorum,pręſente tamen ſemper prædicto referendario xxv.notarij de melioribus & magis expertis vltra prædictos proconſules eligendos vt ſupra;quorum nomina & prænomina deſcribantur in xxv. breuibus,videlicet in xx. procõſiliarijs & quinque pro maſſarijs:quæ breuia ponantur in duobus taſchetis & buſſolis

buſſolis vt ſupra, videlicet in vno ponantur breuia pro maſſarijs, & in alio ponantur pro conſiliarijs, & ſingulo anno in Kalendis Ianuarij extrahantur per prædictos referendarium & officiales de taſcheto ſeu buſſolo conſiliariorum quatuor breuia; & illi quorum nomina deſcripta erunt in dictis breuibus, ſint conſiliarij pro dicto anno. & ſimiliter de taſcheto ſeu buſſolo maſſariorũ extrahatur vnũ breue, & ille cuius nomẽ erit deſcriptũ in dicto breui extracto ſit maſſarius pro illo anno.

Quòd nullus poſsit recuſare officia collegij, nec confirmari in eiſdem officijs. V.

STATVIMVS q̃ quilibet collegiatus extractus vel deſignatus ad aliquod officium dicti collegij notariorum, teneatur & debeat accipere & exercere dictum officium, nec audeat vel præſumat recuſare, niſi ex iuſtiſsima cauſa, quæ ſit in arbitrio proconſulum & conſiliariorum dicti collegij: nec poſsit aliquis confirmari in officio aliquo finito ſecundũ formam ſtatutorum dicti collegij, niſi proceſſerit ex diſpenſatione Illuſtriſs. domini noſtri: quo caſu ſi finito quinquennio, propter alicuius confirmationem aliqua breuia remanſerint in taſcheto ſeu buſſolo, reponantur in noua imbuſſolatione. & ſi quis contrafecerit in aliquo prædictorum, cadat in pœnam ducatorum decem auri, applicandam maſſariæ communis Ferrariæ pro dimidia, & pro alia dimidia collegio notariorum.

De electione notarij prædicti collegij. VI.

STATVIMVS q̃ de toto numero numerariorum, vltra officiales prædictos de quibus in prioribus ſtatutis diximus, eligantur quinque notarij per proconſules, & conſiliarios & maſſarium dicti collegij notariorum, quorum nomina deſcribãtur in quinque breuibus, & ipſa breuia ponantur in vno taſcheto ſeu buſſolo vt ſupra; de quibus breuibus ſingulo anno in kalendis Ianuarij extrahatur vnum breue per referẽdarium Illuſtriſsimi domini noſtri, & ille cuius nomen erit deſcriptũ in dicto breui extracto, ſit notarius collegij notariorum pro illo anno: & finito quinquennio fiat ſimilis imbuſſolatio, prout diximus ſupra in alijs officialibus collegij notariorum.

De electione præconum collegij notariorum. VII.

STATVIMVS quod maſſarius collegij notariorum qui per tpa erit, poſsit & debeat eligere duos pręcones, qui teneantur deſeruire & obedire officialibus dicti collegij in omnibus, quę concernãt honorẽ, famã & vtilitatẽ dicti collegij: & poſsit ipſe maſſarius prędictus caſſare eos vel alterum eorum: & habeat quilibet ipſorum pręconum libras quatuor march. ſingulo anno de bonis ipſius collegij notariorum.

De iuramento præſtando per officiales collegij notariorum. VIII.

STATVIMVS, quod quilibet officialis collegij notariorum electus vel deſignatus in dicto collegio, teneatur & debeat in principio eius officij, in manibus Referẽdarij Illuſtriſs. dñi noſtri, vel habentis vices ab eo, manibus tactis ſcripturis iurare ad ſancta Dei Euangelia, quod exercebit benè, legaliter & fideliter & cum omni cura & diligentia officium ſuum, atq; inuigilabit ad omnia quæ tẽdunt & tendere poſſunt ad honorem & famam dicti collegij notariorum, & pro viribus ſeruabit & ſeruari faciet ſtatuta ac prouiſiones dicti collegij notariorum.

De officio & iuriſdictione proconſulum & conſiliariorum collegij notariorum. IX.

STATVIMVS quòd officium proconſulum ſit & eſſe debeat in examinando omnes volentes intrare in dictum collegium, ſecundum modum & formam ſtatutorum collegij notariorum; & quod dicti proconſules aut alter eorum cum maſſario poſsint & debeant procedere cõtra nõ obſeruantes ſtatuta dicti collegij, & punire inobedientes & cõmittẽtes defectum aliquem in eorum officio tabellionatus, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & nullo iuris ordine ſeruato, cum ſcriptura & ſine ſcriptura, & qualitercunq; eis videbitur & placebit, omnibus exceptionibus remotis: à quorum proceſsibus & ſentẽtijs nõ poſsit appellari, ſupplicari, & de nullitate dici, pœna cuilibet contrafacienti ſol. xl. mar. & nihilominus ipſa appellatio ſeu nullitas de facto repellatur & nõ admittatur, ſed incõtinẽti teneãtur & debeãt dictã ſentẽtiã diffinitiuã ſeu interlocutoriã executioni mãdare, prout eis videbitur & placuerit. Volẽtes tñ quod ſi aliquid arduũ occurrerit, adhibeãt ſe

ſecum in cognitione prædictorum, conſiliarios & maſſarium dicti collegij notariorũ: & pro prædictis omnibus & ſingulis exequendis & executioni mandandis teneatur & debeat Poteſtas Ferrar. qui nunc eſt vel in futurum erit, ad petitionẽ dictorũ proconſulũ & conſiliariorũ, dare auxiliũ, conſiliũ & fauorẽ, & ſimiliter omnes alij officiales Illuſtriſsimi domini noſtri, ac curiæ Poteſtatis Ferr. officium autẽ cõſiliariorũ ſit in examinando vnà cũ procõſulibus & maſſario omnes volentes intrare in dictũ collegium, & in conſulendo prout fuerint requiſiti, & in proponendo omnia quę videbuntur eis ſpectare & pertinere ad honorem & vtilitatem dicti collegij, & in declarando vnà cum alijs officialibus ſecundum formam ſtatutorum dicti collegij notariorum.

De officio maſſarij collegij notariorum. X.

STATVIMVS ꝙ maſſarius dicti collegij notariorũ teneatur & debeat curare omni diligentia, ꝙ ſtatuta omnia dicti collegij notariorũ, & omnia ſpectantia & pertinentia ad ipſos notarios obſeruentur & obſeruari debeant; ac etiam recipere omnes introitus dicti collegij, & facere omnes expẽſas neceſſarias & quas ſtatuta dicti collegij ſeu officiales eiuſdẽ ſtatuẽt & declarabunt pro honore & vtilitate dicti collegij, & eſſe diligẽs & ſolicitus in exigẽdo a debitoribus collegij omnia quæ debeantur ipſi collegio, & in ſoluendo omna debita dicti collegij, & ſimiliter exigendo omnes collectas ẽt ſi grauamina imponerentur pro honore & vtilitate dicti collegij: & teneatur ẽt tenere debitũ & ordinatũ computũ de debitoribus & creditoribus, & datis & receptis per eũ, & facere ſcripturas debitas debito tẽpore. teneatur inſuper ipſe maſſarius in fine eius officij infra decẽ dies reddere rationẽ adminiſtrationis cũ reliquorũ pręſtatione duobus de dicto collegio eligẽdis per procõſules, quibus ſit ẽt pręſens vnus ex cõſiliarijs, & vnus ex procõſulibus ſi ipſe procõſul adeſſe voluerit, ad quorũ relationẽ omnes officiales dicti collegij abſoluãt vel cõdemnẽt ipſum maſſarium, prout eis de iure videbitur. Et ſi cõtingeret dictũ maſſariũ repertum fuiſſe in dolo vel culpa punibili, vel aliter male adminiſtraſſe, cõdemnetur ad damnum & intereſſe collegij pędicti, & in tantumdẽ nomine pœnę, applicã. dicto collegio: & ſi habuerit aliquam pecuniæ quantitatem de denarijs dictæ maſſariæ teneatur immediatè conſignare maſſario nouo, & omne aliud quod ſpectaret & pertineret ad dictum collegium. poſsit etiã & debeat maſſarius quandocunq; fuerit neceſſarium, conuocare collegium ipſum pro negotijs pertractandis & expenſis faciendis.

De officio notarij collegij prædicti. XI.

STATVIMVS q̧ dictũ collegiũ notariorũ teneatur &debeat habere cõtinuè duas matriculas,ſup vno libro vel duobus, in quarũ vna notarius dicti collegij teneatur ſcribere notarios numerarios, & in altera notarios ſupranumerarios.Et ſint ipſę matriculę ſeparatę & diuiſę ſcilicet vna ab alia:& teneatur ſtatim cũprimũ fuerit approbatus aliquis notarius,ſcribere nomẽ ſuum ſuper altera ex dictis matriculis, in qua fuerit approbatus tunc.Volentes q̧ infra mẽſem poſt publicationẽ pręſentiũ ſtatutorũ, teneatur notarius dicti collegij & debeat deſcribere oẽs qui reperiuntur deſcripti in matricula antiqua viuẽtes de pręſenti ſecũdũ modũ &formã ĩdictã:teneatur ẽt ipſe notarius qui per tpa fuerit,ſi durãte officio eius aliquis deſcriptus in matricula prędicta obierit,in margine ante nomen eius ſcribere diẽ mortis cũ anno & milleſimo,&qũis habet ſchedas ſuas,&teneat̃ ẽt ipſe notarius adeſſe ſemp examinationibus quę fiẽt de notarijs, & de mãdato officialiũ ſcribere approbationes & acceptationes,&omnes determinationes &declarationes officialiũ dicti collegij,& omnia & ſingula acta,inſtrumẽta & alia negotia ſpectantia & pertinentia ad dictum collegium notariorum.

Qui poſſint intrare in collegium notariorum prædictum. XII.

NE ſine delectu admittatur quis in dictũ collegiũ, ſtatuimus q̧ nullus poſſit intrare nec admitti in dictum collegiũ,niſi primo fuerit creatus notarius ab habẽtibus auctoritatẽ,& fuerit ciuis ciuitatis Ferr. & ſuſtineat onera realia & perſonalia in ciuitate Ferr. ſiue eius diſtrictu,& fuerit ſupra ętatem decẽ & octo annorũ ſi voluerit acceptari in numero ſupranumerariorũ,& ſupra ętatẽ xxij.annorũ ſi voluerit recipi in numero numerariorũ,niſi ſpecialiter &expreſſe fuerit diſpenſatũ cõcorditer per oẽs officiales dicti collegij,qui tantum poſſint diſpẽſare ſup ętate ab annis xx. ſupra,attẽta ſufficiẽtia & induſtria ac honeſtate morum,& alijs cõditionibus petẽtis diſpẽſari;ſuper quo cõſcientias eorũ in hoc oneramus,& niſi fuerit ẽt examinatus &approbatus ſcd̃m formã ſtatutorũ collegij notariorũ, nec poſſit recipi aliquis q̧ quoquo modo fuerit cõdemnatus de falſo, nec ẽt aliquis qui fuerit vel ſit malæ vitę,conuerſationis & famę:& ſi officiales aliquẽ acceptauerint contra formã ſtatutorũ dicti collegij,cadãt ipſi officiales recipiẽntes in pœnã lib.xxv.mar.cuius pœnę medietas applicet̃ maſſarię cõis Ferr.alia medietas ipſi collegio, & nihilominus acceptatio ſiue receptio ſit nulla.

De

De modo & forma examinandi & recipiendi volentes intrare in dictum collegium. *XIII.*

STATVIMVS ꝙ ſi quis voluerit intrare dictum collegium, & recipi in numero ſupranumerariorũ, teneatur & debeat ſubire examẽ, ac examinari debeat per proconſules, cõſiliarios ac maſſarium, pręſente notario dicti collegij in grãmaticalibus, & circa grãmaticalia, prout eis videbitur opportunum, & neceſſarium. & curent ipſi officiales ꝙ talis examinatus recitet latine aliquã hiſtoriã vel fabulã, vel aliud negotium longo cõtinuato ſermone, vt comprehendant an rite & rectè loqui latine ſciat, & ẽt ꝙ dictus examinatus ſciat bene & congrue ſcribere, & mediocri ſaltẽ & legibili littera. Si quis autẽ voluerit recipi in numero numerariorum, teneatur ſubire examen, ac examinari per prędictos debeat officiales in notaria, & circa ſpectãtia & pertinẽtia ad officium notariæ, & maxime ſuper quatuor maneriebus cõtractuum ad minus, ſcilicet dotium, venditionum, procurationum ad cauſas, & ceſsionum, & ſimiliter ẽt in actis iudiciarijs, & in actis tam grãmaticalibus ꝗ notariatus, prout videbitur ipſis conſiliarijs & officialibus. qua examinatione facta, ſemoto ipſo examinato, ipſi officiales cõferãt ad inuicẽ de ſufficiẽtia & dignitate, & moribꝰ ac vita ipſius ſic examinati; & tũc debeat approbari vel improbari ꝑ ſuffragia ſecreta ponẽda ſub vinculo iuramẽti, et ſub conſcientia eorũ an talis examinatus ſit recipiẽdus vel nõ: et cõperto ꝙ examinatus habuerit plura ſuffragia, non pauciora quinq;, recipiatur et approbet̃, et ponatur in matricula numerariorũ. Volentes ꝙ ſuper pręſẽti ſtatuto nõ poſsit per prędictos officiales diſpenſari quoquo modo nec aliqua cauſa. Adijcientes ꝙ ſi quis vellet ſubire vtrunq; examẽ ſimul et ſemel eodẽ tẽpore, poſsit admitti: et facta debita examinatione in vtroq; examine, ſi reperiat̃ idoneus et ſufficens, debeat et poſsit recipi ſecundum formam prædictam.

De modo & forma ſoluendi per volentes intrare in dictum collegium. *XIIII.*

STATVIMVS ꝙ quilibet ciuis ciuitatis Ferrariæ, qui intrare voluerit in dictũ collegium, et fuerit approbatus per officiales dicti collegij ſi ſit filius vel deſcendens alicuius notarij matriculati, teneatur et debeat ſoluere maſſario tunc recipienti nomine dicti collegij libras tres march. et quilibet alius ciuis originarius ciuitatis Ferrariæ teneatur

&

& debeat ſoluere lib. vj. march. & quilibet diſtrictualis ciuitatis Ferr. qui creatus fuerit ciuis, ſoluere teneatur & debeat lib. x. march. & quilibet forenſis, qui creatus fuerit ciuis ciuitatis Ferrarię, & onera realia & perſonalia ſuſtinuerit in ciuitate Ferrariæ, teneatur & debeat ſoluere lib. xv. marc. quas quantitates dicti notarij examinandi & collegiũ intrare volentes, priusq̃ ad examen admittantur, deponere debeant penes maſſarium, vel idoneum cāpſorem, aliter non audiantur. & ſimiliter quilibet prędictorum, & in quolibet caſu teneatur dare & cõferre cuilibet officiali & notario ipſi præſenti in examine, ſiue in grāmaticalibus, ſiue in notariatu, ſiue in vtroq;, pro quolibet vnum par chirothecarum de camucia, vel vnum birerum de lana fina arbitrio ipſorũ officialiũ. Volētes tñ ꝙ ſi aliqs ex dictis officialibus nõ potuerit adeſſe dicto examini, ex aliqua iuſta & probabili cauſa, debeat dari ēt ipſi taliſic abſenti vnum ex prædictis, ſcilicet chirothecis vel biretis, prout alijs pręſentibus. Nec poſſint dicti officiales collegij dictas quantitates alicui prędictorum diminuere, nec alicui prædictorum ſic collegiatorum de toto vel de parte remiſſionem aliquam facere: ſub pœna ſoluendi & reſarciēdi de ſuo proprio totum id, quod omiſerint vel remiſerint, debenda & applicanda ipſi collegio notariorum.

De auctoritate & poteſtate ſupranumerariorum. XV.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ notarij, qui recepti fuerint in notariorum collegio, in ſupranumerariorum numero, ſolemniter & legitimè ſecundum ſtatuta dicti collegij, poſſint ſcribere dicta teſtium, & eorum atteſtationes exemplare ac copiare, & conficere inſtrumenta tenutarum & procurationum ad dictas vbiq;, & quaslibet vltimas volũtates in villis comitatus & diſtrictus Ferrar. ſed non in ciuitate & burgis. & ſimiliter poſſint tranſcribere & releuare inſtrumenta, acta iudiciaria, vltimasq; voluntates de ſchedis alterius notarij numerarij: nõ poſſint tñ quoquo modo aliqua acta iudiciaria ſcribere & conficere, nec de eis rogari ſub aliquo iuſdicente, nec ad aliquod officium notariatus eligi, nec ēt grauare debitores in actis ſuis & ſuo nomine, neq; ēt aliqua inſtrumenta conficere, nec teſtamenra, nec alias vltimas voluntares, nec de eis rogari in ciuitate, comitatu & diſtrictu Ferrarię, niſi vt ſupra dictum eſt.

Infra quantum tempus ſupranumerarij teneantur intrare matriculam numerariorum. XVI.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius repertus deſcriptus in matricula notariorum ſupranumerariorum, teneatur & debeat ſubire examẽ & ſe facere examinari per officiales deputatos ſolenniter & legitimè ſecundum ſtatuta dicti collegij notariorum; & ita ſe reddere idoneũ in dicto examine, vt merito poſsit acceptari & deſcribi in numero notariorum, infra quatuor annos à die primi examinis cõputãdos: quod ſi non fecerit, ſit & eſſe intelligatur ipſo iure priuatus de collegio notariorum, & de numero ſupranumerariorum, nec poſsit aliqua facere quę antea per ſtatuta noſtra ſibi conceſſa erant. Et quicquid per eum factum fuerit, non valeat nec teneat, & nihilominus cadat in pœnã lib.xxv.march. applicandã dicto collegio. Volentes tamen ꝙ ſi talis notarius ſic priuatus voluerit quandocunq; recipi in notatium, audiatur & recipiatur, ſi ſubierit examen tam in grammaticalibus q̃ in notariatu iterum & de nouo, ſoluẽdo ea quæ alij intrãtes in dictum collegium ſoluere tenentur, ac ſi nunquam fuiſſet examinatus in grammaticalibus, nec receptus.

De notarijs exercentibus artem mechanicam. XVII.

STATVIMVS ꝙ nullus notarius ſupranumerarius ſiue numerarius audeat vel præſumat exercere aliq̃ artẽ mechanicã. & ſi quis exercuerit, poſsint & teneãtur proconſules collegij notariorum illi inhibere, ne exerceat officiũ tabellionatus, nec aliquid faciat vel cõficiat, quod ſpectet & pertineat quoquo modo ad ipſum exercitium tabellionatus, & ſi contra dictã inhibitionẽ factum fuerit per aliquẽ, ſit & eſſe intelligatur priuatus & cancellatus de dicto collegio, & cadat in pœnã xxv. ducatorum auri. & quicquid per eum actum fuerit poſt inhibitionẽ, non valeat nec teneat, & teneatur ad intereſſe partis.

De pœna eius qui exercuerit officium notariatus contra formam ſtatutorum collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ. XVIII.

STATVIMVS ꝙ nullus notarius vel quęuis perſona, qui vel quæ non fuerit in dicto collegio & matricula deſcriptus & approbatus, ſeu deſcripta & approbata ſecundum formam ſtatutorum, ſiue cui fuerit

inter-

interdictum exercitium tabellionatus per officiales dicti collegij, ſiue aliter ſit prohibitum per ſtatuta noſtra, poſsit vel audeat exercitiũ vel officium notariæ aut procurationis exercere in ciuitate Ferrariæ vel eius diſtrictu, ſiue per viam contractus, ſiue per viam vltimæ voluntatis, ſiue per viam actorum iudicialium, ſiue procurationis ſiue quouis alio modo. Et ſi quid per aliquem contrafactum fuerit in aliquo prędictorum caſuum, ſi quidẽ non fuerit notarius vel perſona forenſis, quicquid factũ fuerit per ipſum, non valeat nec teneat ipſo iure & condemnetur in ducatis cẽtum auri; cuius pœnę medietas applicetur maſſariæ cõmunis Ferrarię, alia medietas ipſi collegio, & quilibet poſsit accuſare & denunriare, & lucrabitur quartam partem. Si vero is qui contrafecerit, fuerit notarius vel perſona ciuis vel diſtrictualis Ferrariæ, quicquid actum fuerit per eum ſit ipſo iure nullum, nec valeat nec teneat ipſo iure, ſi talis notarius vel perſona erit idoneus vel idonea & ſoluendo ad oĩa & ſingula damna & intereſſe, quę ex dicta nullitate inſtrumentorum, teſtamẽtorum, & vltimarum voluntatum, contractus, vel diſtractus, actorum vel procurationum contingerent parti, in cuius fauorem eſſet factum aliquod prædictorum: ad quę damna & intereſſe de facto omnibus exceptionibus remotis, proconſules teneantur & debeãt dictum talem notarium ſeu perſonam reſtringere realiter & perſonaliter ad ſatisfaciendũ dictæ parti lęſę: & nihilominus idem notarius ſeu alia quæuis perſona ſic contrafaciens incidat ipſo iure in pœnam librarum vigintiquinq; march. applican. dicto collegio. Si autẽ dictus notarius ſeu perſona nõ eſſet idoneus ſeu idonea, & ſoluendo ad prędicta in totum, tunc non ſit geſtum per eum inualidũ vel nullum, ſed ſit efficax ac ſi eſſet dictus notarius in collegio, & ac ſi non eſſet interdictum exercitium tabellionatus, & tunc ipſo iure incidat in pœnã lib. centum march. applican. pro medietate cõmuni Ferr. & pro alia medietate dicto collegio. quã pœnã teneãtur & debeãt dicti proconſules, conſiliarij, & maſſarius exigere vel de ſuo proprio reſarcire, & ſi dictus notarius ſiue quæuis alia perſona ſic contrafaciens non eſſet ſoluendo dictas libras centum march. condemnari debeat per officiales dicti collegij in ea parte & quantitate, quã iudicio ipſorum officialiũ ſoluere poterit, ſuper quo oneramus eorum conſcientias. quã cõdemnationẽ dicti proconſules, cõſiliarij, & maſſarius exigere teneãtur, vel de ſuo proprio reſarcire, ſub vinculo iuramenti, & nihilominus ſtet dictus notarius & perſona contrafaciens, & ſoluens minorẽ pœnam lib. centum march. carceratus in carceribus cõmunis Ferrarię per ſpa-

tium duorum menſium,nec poſsit per officiales ſup hoc ſtatuto diſpen ſari.& quę ſupra diximusquando notarius vel perſona non ſit idoneus vel idonea ꝙ nõſit geſtum inualidũ vel nullum ſed ſit efficax,vendicẽt ſibi locum quando partes,vel pars in cuius fauorem res geſta ſit,igno rabant conditionem aut prohibitionẽ notarij , vel perſonæ prædictæ: ſed ſi ſciebant aut ſciebat notarium ipſum vel aliam perſonam nõ poſ ſe exercere exercitium tabellionatus,vel aliter eſſe interdictũ vel prohibitum dictum exercitium , tunc quicquid geſtum fuerit per eum ſit ipſo iure nullum : & condemnetur nihilominus notarius prout ſupra diximus. & in omnibus & ſingulis prædictis & quolibet prædictorum procedi poſsit per inquiſitionem per prędictos officiales,qui poſsint & teneantur nullo ordine iuris ſeruato,ſed ſolum præcedente citatione ad contradictionem ne condemnẽtur,punire, & condemnare cõtrafa cientem vt ſupra,& quilibet poſsit accuſare & denuntiare,& lucretur quartam partem pœnæ:& teneatur maſſarius ſingulis ſex mẽſibus quã docunq; ſibi videbitur, ſcrutinium facere, & inquirere ſi qui prohibiti exerceant quoquo modo exercitium tabellionatus, contra formã præ dictam vel contra ſtatuta noſtra, & illis prohibere contrafacere . Et ſi bis moniti perſeuerent in contumacia ipſorum,tunc maſſarius tenea tur denuntiare officialibus ſub vinculo iuramẽti; qui officiales teneã tur per proclama generale notificari facere,prohibitum eſſe tali nota rio exercitium tabellionatus:& eo caſu quicquid geſtum fuerit per eũ ſic proclamatum & notificatum, ſit ipſo iure nullum ſiue fuerit ſoluen do ſiue non.Et cõdemnẽtur ad damna & intereſſe partis,& nihilominus in carceribus ſtet carceratus per ſex menſes,à quibus non poſsit li berari, niſi prius ſoluerit dicto collegio libras quinquaginta marcheſ. Volentes ꝙ nec poſsit aliqua ratione vel cauſa diſpẽſari per officiales dicti collegij,ſub pœna periurij,ſuper prædictis vel aliquo prædictorũ, etiam ſi per reſcriptum Illuſtriſs. domini noſtri fuerit commiſſum ad referendum,vel aliquid aliud ſimile,reſeruato ſemper mãdato expreſ ſo & præciſo de plenitudine poteſtatis ſuę emanato circa prædicta.

Quo tempore debeant ſe congregare officiales collegij . XIX.

STATVIMVS ꝙ ſingulo die ſabati in veſperis,teneantur officiales dicti collegij & notarius congregare ſe in ſcholis dicti collegij,ad cõferendum,terminandum,deliberandũ ſuper omnibus occurrẽtibus & pertinentibus ad dictum collegium:ſub pœna cuilibet contrafacienti. ſolid.

ſolidorũ decẽ march. applicanda ipſi collegio, niſi fuerit iuſta cauſa impeditus, quæ ſit in arbitrio ipſorum officialiũ: & teneatur notarius ſub vinculo iuramenti, notare & ſcribere omnes abſentes illo die, vel hora congregationis, & poſtea teneatur illos condemnare maſſarius & exigere dictas pœnas: & in negligentia maſſarij in exigendo, teneã tur officiales exigi facere, ſub pœna ſoluendi tantumdem de ſuo, appli canda dicto collegio notariorum.

De veſtibus, & habitu & conuerſatione notariorum ciuitatis Ferrariæ. XX.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius ciuitatis Ferrarię teneatur & debeat portare & deferre habitus & veſtes honeſtos & honeſtas ac graues, & quæ bonos & graues viros deceant. Volentes ꝙ veſtis exterior debeat eſſe longa, adeo ꝙ pannus veſtis flexis genibus rãgat terram, nec poſſit aliquis notarius ciuitatis Ferr. portare aut deferre zorneas, niſi fuerint de panno laneo, nec frangias nec frapas aliquas, nec ẽt arma niſi ex iuſta cauſa pro arbitrio officialium dicti collegij notariorum, teneanturq; viuere honeſte, honeſtis moribus, & cum omni debita hõ neſtare, nec conuerſari cum infamibus, nec cum aliquibus malæ vitæ, & famæ, nec obſeruari in tabernis, in locis inhoneſtis & alienis a bonis moribus. Et ſi quis contrafecerit in prędictis aut quolibet prędicto rum, cadat in pœnam ſol. xx. march. pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, cuius medietas applicetur maſſarię communis Ferrariæ, & alia medietas ipſi collegio, & quilibet poſſit accuſare, & lucrabitur quartam partem pœnæ: & poſſint & debeãt officiales dicti collegij per inquiſitionẽ procedere & punire ac cõdemnare cõtrafacientes, nullo ordine iuris ſeruato, ſolum dumtaxat præcedente citatione ad contra dicendum ne condemnentur. & poſſint etiam prędicti, contrafacientes ſuſpẽdere in quolibet caſuũ prædictorũ ab officio tabellionatus ad tẽpus ſecundũ arbitriũ ſuũ, pro modo delicti & inhoneſtatis cõmiſſione, & cõditionis perſonarũ: ꝙ ſi ea ſuſpẽſione pẽdente in officio ſe geſſerint, in eos procedatur iuxta formã ſtatuti ſupra notari ſub titulo, de pœna eius qui exercuerit officium notariatus contra formam ſtatuto rum &c. Et teneatur maſſarius ſub vinculo iuramenti, exigere pœnas prędictas infra xv. dies: & ſi officiales prędicti & maſſarius negligẽtes fuerint circa prędicta, cadãt in pœnã x. lib. marc. pro dimidia applicã. maſſariæ communis Ferrariæ, & pro alia dimidia collegio prædicto.

De modo procedendi per proconſules & officiales. XXI.

STATVIMVS ꝙ nihil arduum vel ponderoſum poſsit in dicto collegio opponi vel pertractari per officiales ipſius, niſi de cōſcientia Illuſtriſs. dñi noſtri Ducis, pœna cuilibet proconſuli vel conſiliario lib. x. marc. et intelligatur arduum negotium prout videbitur proconſuli qui tunc erit de cancellaria Illuſtr. dñi noſtri, et ſi dubietas alia maior occurreret tunc adhibeatur referendarius Illuſt. dñi noſtri. Si vero aliqua contentio vel heſitatio orietur inter proconſules, ſeu conſiliarios vel inter proconſulē qui ſit de numero cancellariorum ex parte vna, et alios procōſules ſeu conſiliarios ex parte altera, tunc & eo caſu non poſsit aliquid per prædictos procōſules ſeu conſiliarios, proponi ſeu deliberari, niſi primo conſuluerint Ill. dñm Ducē, vel referendariū ei⁹.

De protocollis notariorum, & qualiter debeant notari. XXII.

STATVIMVS et ordinamus, ꝙ quilibet notarius teneatur et debeat habere ſemper et cōtinuè vnum librum ſeu quaternum pro protocollo ſuo, de chartis bombicinis ligatum, in quo ſcribere debeat inſtrumenta contractus vel diſtractus de quibus erit rogatus, cuiuſcunq; cōditionis vel naturę exiſtant; ponendo videlicet annos domini, menſem, diem et locum initi contractus, indictionem, nomina teſtium et tenorem negotij, cum omnibus declarationibus & ſubſtantialibus opportunis, & ſi aliquod pactum vel cōuentio citra ſubſtantiam & naturalia ipſius negotij eſſet inter partes, illud ſimpliciter deſcribat, poſsit tamen ex multitudine vel natura negotij, vt puta ſi magnus eſſet numerus rerum in contractu deſcribendarum, aut multa & diuerſa eſsēt pacta, & multiplicata vltra ſolitum, in folio deſcribere cōtractum, diē & publicationes, ac ſe ſubſcribere: de quo etiam contractu teneatur in ſuo protocollo facere omnino mentionē ſecundum ordinē temporis, reſpectu aliorum contractuum, deſcribendo in eo titulum contractus diē & publicationes. et teneatur etiam prędictum folium ponere in filza, vt illud conſeruari poſsit: et ſimiliter etiam habere teneatur vnum librum ſeu quaternum, in quo deſcribat omnes vltimas voluntates, codicillos vel teſtamenta, quas vel quos, et quæ ipſe conficiet vel conficere rogatus erit, ita tamen quòd eodem tempore nullus notarius poſsit habere duo protocolla, ſed vnum tantum, ſuper quo ſcribere continuet, donec fuerit completum dictum protocollum: poſsint tñ

ſcribi

ſcribi teſtamenta & aliæ vltimæ voluntates ſuper protocollo contractuum ſi voluerit ipſe notarius.& teneatur & debeat quilibet notarius ſignare protocollum ſuum de folio in folium per numerum & quantitatem chartarum: ſub pœna cuilibet contrafacienti ſol.xl.march.pro qualibet vice applicanda collegio & vniuerſitati notariorum, quam pœnam ſi non ſoluerit infra tempus ei præfixum per proconſules, incidat ipſo iure & facto in aliam pœnam libr.ij. march. applicandã dicto collegio notariorum.

De intitulatione protocollorum notariorum. XXIII.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius in principio ſui protocolli teneatur & debeat ponere.& ſua propria manu conficere ſignum ſuum tabellionatus, & iuxta dictum ſignũ deſcribere debeat. Iſte eſt liber ſeu protocollum mei talis, filij talis, de tali loco publici & authẽtici notarij apoſtolica & imperiali auctoritate,& collegiati et deſcripti in matricula notariorum ciuitatis Ferrariꝗ,continens in ſe oẽs et ſingulas imbreuiaturas cõtractuum vel diſtractuum, vel vltimarum voluntatum, de quibus ero rogatus,ſcriptus et ſcriptum et confectum in tali indictione,et menſibus, et diebus infraſcriptis:ſub pœna lib.v.march.applicanda ſub eadem forma prout in proxime præcedenti capitulo et ſtatuto diximus.

De ſchedis notariorum,& qualiter fieri debeant. XXIIII.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius teneatur et debeat habere ſchedas ſuas ſeparatas à protocollo,in vno libro ſeu quaterno,omnium inſtrumentorum contractuum ſeu diſtractuum, de quibus erit rogatus; in quo libro ſeu quaterno teneatur et debeat vnum primum contractum ſeu inſtrumentum cuiuslibet naturꝗ ſeu cuiuslibet ſpeciei contractuum ſiue inſtrumentorũ,quem vel quod primo continget conficere ſeu conficere rogatus erit, ſcribere benè et extenſe ordinatum de verbo ad verbum diſtinctum, cum omnibus ſolemnitatibus et clauſulis opportunis, quæ ſint de natura et ſubſtantia contractus talis et inſtrumenti,et conſuetudine ac cõmuni obſeruantia, et per eum modum ꝑ quem ipſum in publicã formã reduceret,ſi foret expediẽs.Reliquos vero contractus vel inſtrã per ipſum notariũ conficiendos vel conficienda,de quibus ſaltẽ vnũ ſic extẽſum poſuerit et ſcripſerit, poſsit dictus notarius ſi ei videbitur,ſcribere in dicto ſuo lib.ſeu quaterno ſchedarũ

ponendo ſubſtantialia dicti inſtrumenti vel contractus, & reliqua vi delicet clauſulas generales & conſuetas, ſub hoc vocabulo & cætera ſcribere poſsit: & teneatur idem notarius finito quolibet milleſimo, ad vnum ponere & ligare oēs ſchedas illius milleſimi, & illas bene conſeruare. Mandantes ꝙ nullus notarius audeat vel præſumat releuare de ſchedis ſuis, per ſe vel aliũ, vel de ſchedis alienis ſibi cõmiſsis, aliquod inſtrm̃ vel aliquem contractum, diſtractum, vel vltimam voluntatẽ, niſi primo ante omnia poſuerit & ſcripſerit extenſim in ſcheda perfectè & in omnibus ſuis partibus. & ſi quis in prędictis contrafecerit, cadat in pœnam lib. v. marc. quæ pœna tranſeat ad hæredes, applican. vt ſupra in capitulo de protocollis & duplican. vt ibidem.

De intitulatione ſchedarum. XXV.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius in principio cuiuſlibet libri ſeu quaterni ſchedarũ teneatur & debeat ponere & ſua propria manu ſcribere ſignum ſuum, & iuxta dictum ſignũ ſcribere, iſte eſt liber, ſeu quaternus ſchedarũ mei talis, filij talis, de tali loco, publici & authentici notarij imperiali vel apoſtolica auctoritate, collegiati & deſcripti in collegio & matricula notariorum ciuitatis Ferrariæ, continens oẽs & ſingulos contractus ſiue diſtractus aut inſtrumenta ſcriptos & ſcripta confectos ſeu confecta in tali milleſimo & indictione, menſibus & diebus infraſcriptis: ſub pœna librarum quinque march. applicanda eiſdem modo & forma prout ſupra in tit. de intitulatione protocollorũ.

De modo ponendi in ſchedis vltimas voluntates, priuilegia, beneficia, emancipationes vel arrogationes. XXVI.

STATVIMVS ꝙ quilibet notarius teneatur & debeat in libro ſeu quaterno ſchedarum extendere & extenſe ſcribere de verbo ad verbũ, nihil diminuendo perinde ac ſi in publicã formam redigeret, oĩa teſtamenta, codicillos & quamlibet aliam vltimam voluntatẽ, ſiue aliquod priuilegium vel repertum, aut inſtrumẽtum adoptionis, emancipationis, vel arrogationis, ſub pœna ſol. centum march. applic. vel duplic. vt ſupra in præcedenti ſtatuto. & nihilominus teneatur notarius contrafaciens ad omnia damna & intereſſe & expenſas, quę & quas omiſſione quouis modo contingente pars poſsit habere.

Qualiter

Qualiter debeant ſe ſubſcribere notarij in fine protocollorum & ſchedarum ſuarum. XXVII.

STATVIMVS ꝙ oẽs & ſinguli notarij de dicto collegio notariorum teneantur & debeant in quolibet libro ſeu quaterno ſchedarum, ſiue protocollorum cuiuslibet anni, publicare ſeu authenticare in fine omnia inſtrumenta & ſcripturas poſita ſiue poſitas aut deſcripta, ſiue deſcriptas in dicto ſuo libro ſeu quaterno ſchedarum ſeu protocollorum, hoc modo, videlicet: Ego talis, filius talis, imperiali auctoritate notarius Ferrariæ, omnia & ſingula inſtrumenta ſupraſcripta cuiuscunq; conditionis ſint, mea propria manu rogatus ſcripſi, ſignumque meum tabellionatus conſuetum appoſui: & ponat ſignum ſuum, ſub pœna ſolidorum quadraginta pro qualibet vice, qua contrafactũ fuerit, applicanda vt ſupra.

De modo & forma conficiendi acta iudicialia. XXVIII.

STATVIMVS ꝙ in quolibet proceſſu conficiendo in quacunq; cauſa ciuili coram quocunq; Iudice ordinario, delegato, ſubdelegato, arbitro ſiue arbitratore, ſiue quouis iuſdicente, teneatur quilibet notarius ponere in principio cuiuslibet proceſſus ſignum ſuum, & iuxta ſignum nomen domini, milleſimum, & indictionem, deinde titulũ cauſæ, nomina partium & procuratorum, & nomen Iudicis coram quo, & nomen ſui notarij; & conſequenter omnia & ſingula acta ſub mẽſe & die, libellos et & exceptiones, capitula & poſitiones & ſcripturas priuatas, & oẽs alias ſcripturas, præter inſtrumenta publica; niſi de voluntate partium proceſſerit vel alterius earum, expenſis tñ petentis regiſtrare teneatur proceſſum ſub debita forma: nec poſsit notarius dare copiam proceſſus alicui, niſi primo & ante omnia fuerit ſeruata prędicta forma. & ſi quis contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum, cadat in pœnam ipſo iure ſol. xx. marc. pro qualibet vice applicanda pro medietate maſsariæ communis Ferrariæ, & pro alia medietate ipſi collegio: & nihilominus ſic contrafaciens priuetur & priuatus ſit omni mercede ſua, & quilibet poſsit accuſare & lucretur tertiam partẽ prædictæ pœnæ. & prædicta omnia vendicent ſibi locum in cauſa criminali ordinaria, in qua ordinariè & in iudicio contradictorio procederetur per partes.

De

De inquiſitione facienda contra notarios, vt debito modo teneant ſcripturas. X X I X.

STATVIMVS ꝙ proconſules dicti collegij teneantur & debeant ſub virtute dicti iuramenti, ad pœnam xl. ſol. march. pro quolibet eorum, ſingulis ſex menſibus inquiſitionē facere diligenter de omnibus contentis in titulo de protocollis notariorum citra; pręcipiendo omnibus notarijs voce præconis, vel edicti vel per alium modum prout eis videbitur cōuenire, ꝙ debeāt apportare & exhibere quaternos ſuos protocolla, & ſchedas ad certum locum, per prædictos cōſules deputādum, ſiue ad cameram ipſius collegij, in palatio iuris cōmunis Ferr. in quo loco dicti proconſules diligenter examinent modum & ordinem prædictarum ſcripturarum; & repertos culpabiles puniāt, & condemnent ſupradictis pœnis. & quicunq; notarius fuerit contumax & inobediens in pręſentādo, exhibendo, apportando vt ſupra, cōdemnetur per prædictos proconſules in ſol. xl. march. pro qualibet vice qua fuerit contumax vel inobediens: cuius pœnę dimidia applicetur maſſarię communis Ferrariæ, aliaq; dimidia ipſi collegio.

De ſchedis & protocollis notariorum defunctorum. X X X.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ mortuo aliquo notario deſcripto in dicto collegio, incontinenti infra tres dies immediate ſequētes mortem dicti notarij, proconſules & conſiliarij antedicti, vel proconſules tantum, vel vnus de proconſulibus cum duobus conſiliarijs & notario dicti collegij, teneantur & debeāt ire ad domum olim habitationis dicti notarij defuncti, & fieri facere inuentarium per dictum notarium collegij, in quo ſcribat & ponat omnes quaternos & ſcripturas publicas, protocolla, & ſchedas, ac proceſſus dicti notarij ſic defuncti, & illas ponāt ſeu deponi faciāt in aliquo tuto loco, & idoneo, & ſi eis videbitur deponant penes aliquam idoneam perſonam, & etiā trāſferant ad alium locum prout eis melius videbitur: attenta conditione hæredum dicti defuncti, natura ſcripturarum & alijs conſideratis, quæ conſideranda erunt. quibus ſic geſtis, ſi per dictum defunctum dictæ ſcripturę legatę fuerint per teſtamētum, codicillos, vel aliam vltimam voluntatem, aut etiā verbo, dummodo per duos teſtes fide dignos ad minus conſtiterit prædictis proconſulibus & officialibus, alicui notario collegiato ſufficiēti & idoneo arbitrio dictorum proconſulum & officialium,

cialium,ſeu maioris partis eorum,teneantur dicti proconſules & officiales ipſas dicto notario aſsignare:& habeat notarius ille,cui aſsignatæ ſunt, licentiam releuandi dictas ſchedas, proceſſus & ſcripturas in maiori & generali conſilio communis ciuitatis Ferrariæ,quæ licentia procedat de ſcientia & voluntate dictorum procōſulum. & ſi nulli notario legatæ fuerint,notarij proximiores in gradu notario defuncto,ſi eſſent collegiati & ſufficiētes pro arbitrio dictorum proconſulum,habeant vt ſupra licentiam releuandi dictas ſchedas,proceſſus, & ſcripturas,à maiori & generali conſilio ciuitatis Ferrariæ.& ſi nō extarent aliqui notarij de parentela dicti notarij defuncti, vel ſi extarent, & nō eſſent ſufficientes,tunc dictæ ſchedę,proceſſus & ſcripturę aſsignētur vni notario perito & collegiato,eligendo per dictos proconſules & cōſiliarios,vel maiorem partem eorum per ſuffragia ſecreta: qui talis notarius,habita licentia vt ſupra,poſsit releuare de dictis ſchedis & ſcripturis ac proceſsibus. Ita tamen ꝙ in omnibus prædictis caſibus & quolibet eorum , per hoc nullum præiudicium generetur hæredibus talis notarij defuncti, in habendo portionem ſuā de mercede pro leuando vt ſupra,videlicet,tertiam partem totius dictæ mercedis:ſaluo q̄ ſi dicti hæredes aliter eſſent in concordia cum dicto notario de dicta mercede.& in dictis caſibus,de aſsignationibus dictarum ſchedarum, proceſſuum & ſcripturarum, teneantur dicti proconſules & conſiliarij fieri facere publicum documentum,& per notarium dicti collegij ſolemniter annotari ſuper libro dicti collegij ſiue matricula ad ſimilia deputatis, vt facilius poſsit innoteſcere cuicunq; penes quem dictæ ſchedæ protocolla & proceſſus ſint.& pro mercede & labore notarij dicti collegij, dicti proconſules taxare debeant id quod eiſdem conueniens viſum fuerit,& ſoluatur de bonis dicti notarij ſic defuncti. Si tn̄ extaret aliquis filius dicti notarij defuncti,vel nepos ex filio,qui nōdum eſſent notarij tempore mortis,& poſt aſsignationem dictarum ſchedarum& ſcripturarum vt ſupra , crearentur & fierent notarij, & deſcrberent ur in dicto collegio, ac eſſent ſufficientes pro arbitrio dictorum proconſulum, vellentq; dictas ſchedas & ſcripturas, tunc teneatur & debeat idem notarius,cui forent dictæ ſchedæ & ſcripturæ aſsignatæ per dictos officiales collegij,libere & integre aſsignare per publicum inſtrumentum,& inuentarium annotandū per notarium collegij,ſuper matricula dicti collegij vt ſupra; dicto filio vel nepoti ex filio talis notarij defuncti, creatis notarijs & collegiatis vt ſupra, ſoluto notario collegij pro mercede ſua; qui filius vel nepos vt ſupra,habeat licentiam re-

leuandi

leuandi ipſas ſchedas,protocolla,& proceſſus,à maiori & generali cõſilio ciuitatis Ferrarię:& hoc intelligatur,qñ dictę ſchedæ,proceſſus & ſcripturę non fuerint legatę alicui notario ſufficienti,prout ſupra diximus. Inſuper mandamus ꝙ hæredes cuiuſcunq; conditionis exiſtant, notariorum mortuorum,vel alij penes quos dicta protocolla vel ſchedæ & ſcripturę fuerint, eas dare & conſignare debeant prout ſupra diſpoſitum eſt,ſub pœna xxv. lib.march.cuius medietas applicetur maſſarię cõis Ferrarię, alia medietas ipſi collegio. ad quam pœnã poſsint dicti officiales condemnare, ſine aliquo proceſſu, prout eis iuſtum & æquum videbitur. poſsint ẽt dicti proconſules & cõſiliarij in caſu iſto pręſtare ſacramentum dictis hæredibus, & perſonis ad quas ſpectaret reſtitutio & aſsignatio ipſarum ſchedarum & protocollorum, de omnibus & ſingulis tradendis & exhibendis,circumſcripta omni fraude: & teneantur dictum ſacramentum ſubire,ſi delatum fuerit per prædictos proconſules vel alterum ipſorum cum duobus conſiliarijs & notario,ſub pœna prędicta & applicanda vt ſupra.poſsit tamẽ vnus ex prædictis proconſulibus ex cauſa committere vices ſuas alteri proconſuli in omnibus prædictis.

De arbitrio & poteſtate officialium collegij notariorum interpretandi & releuandi imbreuiaturas, & notas defectiuas notariorum. XXXI.

STATVIMVS ꝙ ſi contigerit aliquas ſcripturas,notas,ſchedas,protocolla, acta iudicialia, vel quaslibet vltimas voluntates eſſe defectiuas vel defectiua,ſiue in ſolennitatibus ſiue in ſubſtantialibus,poſsint officiales collegij notariorum ſupplere,emendare,ordinare,ſtatuere, interpretari ac declarare,prout melius eis,iuſtius & congruentius videbitur ad requiſitionem cuiuslibet cuius intererit,cauſa tamẽ cognita,& citatis omnibus, quorum intereſſe poſſet. Volentes ꝙ ipſi officiales debeant inſpicere & mature cõſiderare dictas notas,ſcripturas,imbreuiaturas,ſchedas & protocolla, rogationes, vltimas voluntates & proceſſus,ac acta iudicialia,ſic imperfectas & imperfecta,ſiue defectiuas & defectiua, & negotia quæ in eis contineri dicuntur, & ipſorum qualitates & circumſtantias diligenter,fideliter & mature exiſtimare &examinare,capiendo informationem tam à partibus,quarum intereſſet ſeu q̃ lędi poſſent quocũq; modo, q̃ à teſtibus,&tam ad petitionẽ ſeu inſtantiam dictarum partium ſeu alicuius earum, q̃ etiã ex officio

ſuo,

ſuo prout eis melius viſum fuerit inhærere veritati & voluntati teſtā tium,ſeu aliter quouis modo diſponentiū, quanto magis & melius fieri poterit,& demum poſsint decidere & terminare,interpretari,& declarare ſecundum eorum conſcientiam,an & quomodo & qua forma dictę cędule,notę,imbreuiaturę,ſchedę & protocolla,rogationes, vltimę voluntates, proceſſus, & acta iudicialia ſint vel fuerint in publicā formam redigenda ſeu releuanda,dantes eis plenum & liberum arbitriū,ac omnimodam poteſtatem & iuriſdictionem in prędictis & circa prędicta,in procedendo,determinando & declarando,poſsintq; in prædictis omnibus & ſingulis procedere ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij,& etiam ſine aliqua ſcriptura,& prout eis melius videbitur,circumſcripta omni ſolemnitate iuris.teneatur tamen notarius dicti collegij ſcribere, & rogari de quacunq; exhibitione & depoſitione notarū, cędularū, imbreuiaturarū, teſtamentorū,vltimarum voluntatū,protocollorū,ſchedarū,rogationū,proceſſuū,actorū iudicialium,necnō de deciſione & terminatione ipſorum proconſulum maſſarij,& officialium prędicti collegij notariorum: & in caſu quo eis officialibus collegij viſum fuerit,& terminauerint debere releuari, & in publicam formā redigi per notarios ad hoc deputatos ſeu ordinatos ſecūdū formā pręſentiū ſtatutorū,ipſi officiales dicant,ſtatuant & declarēt ac interpretentur modū & formā,ac effectū & ordinem ac ſeriē,ſecundū quos, vel quas releuanda ſeu in publicā formā redigenda ſunt,& taliter & tali modo,ꝙ notarius ad releuandū & in publicā formā redigendū deputatus, errare vel variare non poſsit in releuando, ſeu in publicā formā redigendo omnia & ſingula prędicta. & quicqd ſeruata forma pręſentis ſtatuti ſuper prędictis fuerit deciſum ac terminatū, & declaratū ſeu interpretatū per prędictos officiales ſeu maiorē partē eorū,plenā roboris obtineat firmitatē,omni remedio appellationū,nullitatis,in integrū reſtitutionis implorationis officij iudicantis penitus remoto.

De modo & forma procedendi contra notarios de falſo criminatos. XXXII.

STATVIMVS ꝙ ad denuntiationem,accuſationē vel querelā alicuius nec etiam ex officio, Poteſtas Ferrariæ, vel aliquis alius iuſdicens, in ciuitate Ferrariæ, vel diſtrictu non poſsit, audeat vel præſumat per ſe ſolum cognoſcere, procedere, vel inquirere, contra aliquem notarium de falſo,aut ſapiēte naturam falſi, ſed ſolum & dumtaxat ipſe

Poteſtas Ferrariæ eius Vicarius & Iudex maleficiorum, vnà cum eo proconſule, qui nõ ſit cancellarius ac maſſario collegij notariorum & ipſi proconſul & maſſarius, vnà cum Poteſtate & Iudice maleficiorũ ſimul vnanimiter & non ſeparatim, in omnibus falſitatibus vel quaſi, aut ſapiẽtibus naturã falſitatis, & in omnibus & ſingulis denuntijs, inquiſitionibus, accuſis, querelis, lamentationibus, proceſsibus ipſarum falſitatum vel quaſi, aut ſapientium naturã falſitatis, ſeu alicuius earũ, factis & actitatis de aliquo notario ſcripto in matricula & collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ, cognoſcant, procedãt & inquirant, & cognoſcere, procedere & inquirere teneantur & debeant, & demum abſoluere & condemnare teneantur ipſi Poteſtas, eius Vicarius & Iudex maleficiorum, procõſul & maſſarius, prout eis vel maiori parti ipſorũ, de iure iuſtius eſſe videbitur. Declarãtes in dicta prolatione ſententiæ & in prędictis & quolibet prędictorum, vnumquemq; prędictorum Poteſtatis & Iudicis & officialium prędictorum, habere vnã vocem propriam, & pro vna voce haberi & eſſe. Et ſi notarius ſcienter commiſerit vel teſtificatus fuerit falſum ſiue numerarius fuerit ſiue ſupranumerarius, condemnetur in libris quingentis march. maſſariæ communis Ferrariæ applicandis, quas ſi ſoluere non poterit, amputetur ei manus in qua minus poteſt, & expellatur & cãcelletur de collegio & matricula dictæ artis; & de cętero ſcripturis eius non credatur. Et poſsit pœna augeri etiã in perſona, ſiue fuerit ſoluendo prędictas libras quingentas ſiue non, inſpecta grauitate delicti, & conditione perſonę dummodo non imponatur pœna mortis. Si tñ cõtingeret ꝙ notarius aliàs condemnatus, aut ſaltem confeſſus ſeu conuictus de confectione falſi inſtrumenti vel actorum, reſtitutus ex gratia ad officium tabellionatus, aut ẽt nõ reſtitutus, tãtæ malignitatis fuerit, ꝙ ex poſt iterato falsũ inſtrm vel acta falſa confecerit, capite puniatur ita ꝙ moriatur & eius bona maſſariæ communis Ferrariæ publicentur. Et ſi dicti Poteſtas ſiue Iudex maleficiorum vel alter eorum qui nunc ſunt, vel per tempora erunt, in toto vel in parte ſecus facerent, ipſo facto incidãt pro quolibet eorum & pro qualibet vice qua contrafecerint, in pœnã centum ducatorum auri, applicandorum pro dimidia dicto collegio & vniuerſitati, & pro alia dimidia cõi Ferrarię: & nihilominus quęcunq; acta ꝑ eos vel alterum eorum, cõtra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum, non valeãt nec teneãt ipſo iure, & prædicta oĩa vendicent etiam locum ſibi ſi aliqua ex cauſa Illuſtr. dñs noſter Dux cauſas prędictas vel cognitiones earum ipſi Poteſtati, vel alteri alicui committeret, ſub quacũq;

forma

forma verborum, etiā ſi ſolum ad referendum committeret ipſas cauſas vel cognitiones earum niſi in reſcripto & commiſsione ſpecialiter derogaret præſenti ſtatuto. Volentes etiam ꝙ ſi quis ex dictis officialibus fuiſſet procurator vel aduocatus in cauſa etiam ciuili, à qua originē traxerit cauſa falſitatis, vel ſi ex aliqua alia iuſta cauſa, de quà ſtetur arbitrio ipſorum officialiū collegij eſſet ſuſpectus, dicti officiales teneantur & debeant alium loco illius ſubrogare. Adijciētes ꝙ vbi notarius criminatus vel accuſatus de falſo non reperiatur culpabilis, tunc eius denūtiator, accuſator vel criminator ipſo facto cadat in pœnam duc. xxv. auri maſſariæ cōis Ferrariæ applic. & intelligatur calūniosè & ex malignitate huiuſmōdi denuntiationē vel accuſationem aut criminationem feciſſe, niſi ipſe contrarium probauerit.

De exequijs notariorum mortuorum & aliorum de eius familia. XXXIII.

STatvimvs & ordinamus, ꝙ qn̄ contingeret aliquē notarium deſcriptum in collegio notariorum ciuitatis Ferrariæ in numero numerariorum vel ſupranumerariorum, aut matrē, patrē, fratrē, vxorē, ſiue filium vel filios alicuius notarij deſcripti vt ſupra, vel ē attinētes eiuſdem, vel alios cōmorantes in domo vel familia ipſius notarij, de hoc ſęculo migrare, & ſepeliri debere in ciuitate Ferrarię vel eius burgis, ſi & qn̄ dictis attinentibus videbitur, procōſulibus & conſiliarijs ac maſſario, attentis talium defunctorum, cum erant in humanis, uita & moribus & conditione, ac ēt honore ipſius collegij & tpis cōditione, incōtinenti notarius, & maſſarius dictæ artis teneātur & debeāt ſub uirtute præſtiti iuramēti, & ſub pœna centū ſolid. marc. applican. collegio, per nuntios proprios dicti collegij uel alterum eorū, conuocari & admoneri facere oēs & ſingulos notarios deſcriptos in dicto collegio, qui reſidēt ſub porticu dicti palatii, & qui ſunt in ciuitate uel burgis Ferrar. ēt ſi ſint in officijs Illuſtriſsimi dn̄i noſtri Ducis uel cōmunis Ferrarię, ut omnes ad debitam horam congregentur, & omnes ſimul & unanimiter uadant & ire debeant ad aſſociandum corpus dicti defuncti, ad eccleſiam ad quam debebit ſepeliri, & reuerti ad domum olim illius ſic defuncti cum filijs & hæredibus vel alijs attinentibus dicti defuncti: ſub pœna cuilibet notario qui non fuerit, ſolid. quinque march. applicanda dicto collegio, niſi ipſi notarij fuerint legitimo impedimento impediti, de quo impedimento ſtetur arbitrio ipſius maſſarij. & teneatur ipſe notarius; qui pro tempore erit, vna cum maſſario ipſo facere

reaſſignam eorum qui non adfuerint, prout & quando ipſis maſſario vel notario videbitur, & cõtrafacientes cõdemnare & punire, ipſamq́; pœnam incontinenti exigere; & ſi negligentes fuerint, ipſi collegio tantum de ſuo proprio reſarcire teneantur: & tempore rationis reddẽdæ, earum pœnarum habeatur ratio per calculatores, ſub pœna periurij & librarum decem marcheſ. ipſis calculatoribus infligenda, & ipſi collegio notariorum applicanda. teneaturq́; ipſe notarius dictis calculatoribus rationum maſſarij prædicti, tempore dictæ rationis reddendæ, dare & reaſſignare omnes & ſingulas reaſſignas factas tempore dicti maſſarij, vt poſsint videre, an ipſe maſſarius fuerit negligens: poſſintq́;, teneantur & debeant ipſi maſſarius & notarius, vel alter eorũ mandare ipſis notarijs quibus eis videbitur, vt deferre debeant ad eccleſiam corpus dicti defuncti & ab eccleſia ad tumulum. qui ſi fuerint negligentes aut recuſauerint, condemnentur per maſſarium dicti collegij in pœnam ſolidorum decem march. applican. dicto collegio notariorum, pro quolibet & qualibet vice qua contrafactum fuerit: quos decem ſolidos talis condemnatus debeat ſoluere & ſoluiſſe infra terminum duorum dierum proxime futurorum; infra quem terminum ſi non ſoluerit, cadat in pœnam ſolidorum viginti march. pro quolibet, applican. dicto collegio. quas pœnas debeat & teneatur ipſe maſſarius ſolicite exigere, qui ſi fuerit negligens in exigendo, incidat ipſe maſſarius in prædictam eãdem pœnam & tempore rationis reddendæ habeatur ratio, vt ſupra: poſſintq́; tamen & teneantur & debeant pro conſules cogere ipſum maſſarium ad ſoluendum dictas pœnas, & etiã notarios qui cõtrafecerint ad ſoluendum eas pœnas quas incurrerint.

De exemplificationibus, & tranſumptionibus inſtrumentorum, & de ſchedis releuandis, & quaternis notarij defuncti & ſolennitatibus circa eos. XXXIIII.

NE per defectum probationis vel probationum, quæ anguſtari nõ debent, & ne iuſtitia veritate occulta depereat, vtque omnis dubietas auferatur, quæ in poſterũ oriri poſſet occaſione alicuius inſtrumenti ſumpti ſeu exemplati a ſuo originali, & authẽtico in ſtrumento vel quod eſſet per alium ex ſchedis alicuius notarij defuncti in formã publicam releuatum, ad communem vtilitatem omnium ſtatuimus & ordinamus, vt cuilibet inſtrumento ſcripto per manũ notarii Ferrar. fides adhibeatur pleniſſima, ſicut ipſi originali & authentico a quo eſt

exem-

exemplatū & ſumptū, ſi tamen in ipſo exemplari, ex authentico & originali ſumpto, ſeruata fuerit ſolennitas infraſcripta, ꝙ anteq̄ exempletur, ille vel illi de quibus in dicto inſtrumento principaliter fit mentio, quorum occaſione confectum eſt, vel eorum hęredes citentur perſonaliter ſi in ciuitate ſunt, vel ad domum habitationis ſi abſunt, quòd certa die dúmodo non in illa, qua citatio facta eſt, compareāt corā Iudice, in cuius pręſentia ipſum originale inſtrumentum exemplari debet, contradicturi ſi velint ne dictum originale inſtrumenti exempletur & authēticetur; & de citatione appareat per relationem præconis, ſcriptam manu notarij publici Ferr. & in pręſentia teſtium: & facta citatione, ſiue citati compareant ſiue non, poſt lapſum terminum ipſum originale inſtrumentum ſub pręſentia vnius ex aſſeſſoribus ciuitatis Ferrariæ, vnà cum ſumpto ſeu exemplato à dicto originali, per notarium qui ipſum exemplauit, præſentibus etiam alijs duobus notarijs publicis Ferrarienſibus, ipſum originale cum prædicto exemplari auſcultantibus & legere vidētibus, & ſub pręſentia etiam illius qui citatus fuerit, ſi ipſe citatus comparuerit, qui etiam ipſum inſtrumentū originale legat & videat ſi voluerit; quibus peractis tā per ipſos duos notarios, quàm per eum qui ipſum originale inſtrumentum exemplauerit, & demum per Iudicem in pręſentia cuius eſt lectum, ſubſcribatur manu propria cuiuſcunq; ipſorum, ꝙ inuenerint vtrūq; inſtrumentum ſibi ad inuicem concordare, nec plus in exemplari eius ſcriptum quàm in originali, quod ſenſum vel ſententiam mutet, & ea dicant & aſſignent in ſua ſubſcriptione, quæ in huiuſmodi ſubſcriptionibus de iure & antiqua cōſuetudine apponi cōſueuerunt. & in hoc caſu nō cōpellatur is qui tale produxerit inſtrumentū, exhibere originale ſuū, ex quacumq; cauſa à ſuo aduerſario peteretur. In inſtrumento vero, quod eſſet per alium ex ſchedis alicuius defuncti notarij in formam publicam legitimè releuatum, vt ceſſet ſuſpicio, hoc ducimus ſtatuendum quòd ſi à producente huiuſmodi inſtrumentum, ſcheda ex qua releuatum eſt petita fuerit exhiberi, non credatur nec fides adhibeatur inſtrumento prędicto, niſi exhibita ſcheda fuerit, de qua etiam detur copia petenti ſi eam habere voluerit, dum tamen per eum qui petit exhiberi ſchedam, primitus iuretur ꝙ ad hoc malitiæ cauſa non procedit. Verum quia plerūq; notarij, qui rogantur de aliquibus geſtis inter aliquos, vt de eis publica conficiant inſtrumenta, ſchedas ſuas non in totum perficiunt, ſed ſub verbo & cætera aliqua prætermittunt exprimere, & ſpecialiter declarare, quæ ſunt de natura eius negotij, de quo

rogati ſunt conficere inſtrumentum, vt nil remaneat imperfectum, huius auctoritate ſtatuti permittimus quibuſcũq; notarijs, quibus fuerit attributa poteſtas releuandi & in publicam formam redigendi inſtrumenta ex ſchedis alicuius notarij defuncti, ipſa inſtrumenta ex dictis ſchedis plenè & integrè releuare, ſcribendo & apponendo impune in ipſo inſtrumento omnia quæ ſunt de natura illius negotij & contractus, de quo in ipſo inſtrumento fit mentio, & quæ in huiuſmodi inſtrumentis & contractibus communiter per notarios apponi cõſueuerunt, non obſtantibus aliquibus verbis detruncatis in ipſa ſcheda appoſitis quibus inſtrumentis ſic in publicam formam redactis volumus fidem dari perinde ac ſi in eis appoſita & deſcripta, in ipſis ſchedis eſſent ſcripta ſpecialiter & expreſsim. Item ne calumniandi via diutius patefiat his addere credimus fore iuſtum, quod inſtrumentum ſemel ex ſchedis alicuius notarij releuatũ, ſiue per notarium qui ſchedas ſcripſit, ſiue per aliũ notariũ ex ſchedis alicuius defuncti notarij, ex cuius vigore aliquid peti poſsit ab eo vel eis de quibus in eo haberetur principalis mentio vel eorum hæredibus, non poſsit vlterius ex ſchedis alicuius notarij per notarium aliquem releuari, niſi primo citatus vel citati fuerint perſonaliter ſi præſentes ſunt in ciuitate, vel ad domũ ſuæ habitationis ſi abſunt ij, ad quorum poſtulationem illud inſtrumentũ confectum eſt, ꝙ certa die non tamen illa qua citati fuerint, compareant contradicturi ſi velint, ne ipſum inſtrumentum iterum releuetur: de qua citatione appareat per relationem præconis ſcriptam per manum notarij publici, & in præſentia teſtium. & ſi citati infra terminum comparuerint, & contradixerint ipſorum cõtradictiones audiantur & examinentur, terminenturq; per Iudicem, coram quo contradictio ipſa verteretur, antequam dictum inſtrumentum releuetur. Si vero nõ comparuerint citati prædicti, tunc elapſo termino dictũ inſtrumentum ſemel releuatum iterum releuetur, & releuari poſsit impune per notarium ex ſuis vel alterius qui hoc facere poterit, mandato Iudicis præcedente & iurante illo qui petit dictum inſtrumentum iterum releuari, quod primum perdidit inſtrumentum, & ꝙ ſi ad manus eius peruenerit ipſum deſtruet & comburet, & quod prædicta maliciæ cauſa nõ petit. Volentes ꝙ ſi inſtrumentũ contineret reciprocam obligationem, poſsit notarius vnicuiq; nominato in inſtrumento releuare ſemel tantum, abſq; alia citatione & ſolemnitate pręſentis ſtatuti.

De poteſtate data releuandi inſtrumenta & ſcripturas de ſchedis notariorum. XXXV.

STatvimvs ꝙ quilibet notarius deſcriptus in numero & matricula notariorum ciuitatis Ferrariæ, ſiue ſit numerarius ſiue ſupranumerarius, poſsit & valeat quęcunque inſtrumenta, proceſſus, teſtamenta, vel vltimas voluntates, acta iudiciaria, dicta teſtium & alias ſcripturas publicè releuare, & in publicam formam redigere, ex ſchedis & ſcripturis & actis iudicialibus aliorum notariorum, & illis releuatis plenaria fides adhibeatur.

De reuerentia & obedientia debenda officialibus collegij notariorum. XXXVI.

STatvimvs & ordinamus, ꝙ quilibet notarius deſcriptus in matricula collegij notariorum ciuitatis Ferrariæ, teneatur & debeat obedire mandatis officialium, vel maſſarij collegij notariorum, & in omnibus & ſingulis ſpectantibus & pertinentibus ad eorum officium: ſub pœna arbitrio ipſorum officialium vel maſſarij imponēda, & ipſi collegio notariorum applicanda, dummodo ipſa pœna non excedat ſummam ſolidorum quadraginta march. ſicque etiam quilibet notarius & quælibet alia perſona teneatur & debeat ipſis officialibus exiſtentibus in magiſtratu ſuo, vel coadunatis ratione ſui officij exercendi, portare reuerentiam, & verſus eos honeſta verba loqui & honeſte proferre, & cum modeſtia & veneratione. & nullus notarius vel alia perſona audeat vel præſumat contra officiales vel alterum eorum, vel in præſentia eorum ipſis exiſtētibus in magiſtratu vel coadunatis vt ſupra, aliqua verba turpia inhoneſta, vel vituperoſa, vel iniurioſa, & quę reputari poſſent præter vel contra honeſtatem proferre, nec verbo vel facto iniuriari ipſis officialibus, vel alicui eorum. & ſi quis in pṛdictis vel aliquo prædictorum contrafecerit condemnetur per ipſos officiales in pœnam arbitrio ipſorum officialium imponendam, & applicandā collegio vt ſupra. & hoc ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, circumſcripto omni iure & ſtatu. ordine, & ſola facti veritate inſpecta, & præcedente ſola citatione partis.

Quòd

Quòd quilibet notarius Ferrarienſis portet ſecum continuè calamare,& pennam & chartam. XXXVII.

STATVIMVS & ordinamus ac mandamus, ꝙ quilibet notarius Ferrarienſis, qui exercet officium notariæ publicæ in ciuitate Ferrar. vel eius diſtrictu, ſecum continuè portare debeat pennam & calamarium & chartas ad ſcribendum, vt inter volentes contrahere, poſsit eius officium tabellionatus exercere: ſub pœna ſolidorum decem mar. toties quoties contrafecerit, collegio notariorum applicanda.

Quòd notarij ſupranumerarij de præſenti teneantur ſubire examen infra tempora infraſcripta. XXXVIII.

QVIA multi notarij in præſentiarum ſupranumerarij ſunt, quibus non eſt cura effici numerarios prout eſſet côueniens; ſtatuimus ꝙ quilibet notarius de præſenti ſupranumerarius teneatur & debeat ſubire examen notariæ, & reddere ſe idoneum vt numerarius efficiatur, infra quadriennium à die quo fuerit receptus in numero ſupranumerariorum. Et ſi quis fuerit ad præſens ſupranumerarius vltra quadriênium, teneatur ſimiliter ſubire examen vt ſupra, infra ſex menſes: & idem ſi de quadriennio non ſupereſſent ſex menſes. & ſi quis contra fecerit in aliquo prædictorum caſuum, cadat in pœnam ducatorum x. auri, applicand. collegio notariorum, & geſta per ipſum ſint ipſo iure nulla, & ſi monitus bis per maſſarium collegij aut procôſules non ſeruauerit prædicta, ſit ipſo iure priuatus prędicto collegio, & omni commodo & honore collegij notariorum: & quilibet poſsit accuſare, & lucretur medietatem pœnæ prędictæ.

De notarijs forenſibus. XXXIX.

STATVIMVS ꝙ nullus notarius forêſis, ét in collegio noſtro notariorum receptus, poſsit vel audeat exercere artê vel mêbrum aut officium aliquod notariorum in ciuitate vel diſtrictu Ferr. niſi eo tpe habitauerit & ſteterit cum ſua familia, ac onera realia & perſonalia ſuſtinuerit in ciuitate vel comitatu Ferr. ſub pœna ducatorum xxv. auri, applic. pro dimidia maſſariæ côis Ferrar. & pro alia dimidia collegio notariorum Ferrar. & nihilominus geſta per talê notarium non valeant nec teneant, & teneatur ipſe notarius ad omne intereſſe partis.

De

De notarijs laborantibus diebus feſtis. *X L.*

PRO Dei reuerētia & ſanctorum eius, ſtatuimus quod nullus notarius cuiuſcunque conditionis fuerit, audeat vel præſumat palam & in aperto facere aut ſcribere ſuppoſitiones aut aliquas quaſcunque ſcriptas diebus feſtis, in quibus artifices ciuitatis Ferrariæ non laborant apertis apothecis. & ſi quis contrafecerit, cadat in pœnam lib. quinq; march. applicandā pro dimidia collegio notariorum, & pro alia dimidia communi Ferrariæ, & accuſans vel denuntians lucretur tertiā partem: cuius pœnę executionem facere poſsit Poteſtas Ferrarię, ſyndicus generalis palatij, & maſſarius collegij notariorum Ferrariæ.

De fide adhibenda libris notariorum & de mercede eorum petenda. *X L I.*

STATVIMVS & ordinamus quod libris notariorum, ſuper quibus teneāt aut tenebunt computum ſuorum debitorum, pro inſtrumentis per eos rogatis credatur & plena fides adhibeatur, cum eorum iuramēto, modo dicti libri ſint benè ordinati, & partitę de quibus ageretur, non fuerint vitiatæ vel in aliqua ſui parte ſuſpectæ: & hoc intelligatur pro inſtrumentis tantum, & pro alijs ſcripturis & proceſsibus non. & vbi debitores allegarent precia huiuſmodi inſtrumentorum in ipſis libris annotata, eſſe exceſsiua & immoderata, tunc & eo caſu eligantur taxatores, qui habeant cum eorum iuramento, mercedem eorum notariorum ad debitum & iuſtum reducere, & Iudici coram quo tales debitores grauarentur, eorum taxam referre. Quibus etiam notarijs nulla currat, nec cucurriſſe hactenus præſcriptio intelligatur, pro inſtrumentis per eos rogatis & in futurū rogandis: præſumatur tamen eſſe ipſis notarijs ſolutum, ſi inſtrumenta reperirentur extare penes partē niſi contrarium probatum fuerit per notarium aliter quam per libros ſuos quibus quantum ad hoc non credatur.

PROVISIONES ET ORDINAMENTA ſuper taxis inſtrumentorum & vltimarum voluntatum notariorum Ferrarienſium.

De donationibus, permutationibus, ceſsionibus, dationibus inſolutum, adiudicationibus, & emptionibus. XLII.

IN primis pro inſtrumento donationis factæ inter viuos, vel permutationis inter laicos rerum ſuarum, quarum vna cedit loco precij alterius; vel ceſsionis iurium factæ alicui titulo donationis ſuper aliqua re, habita ratione iurium ceſſorum: vel dationis inſolutum factæ per debitorē creditori ſuo de re immobili: ſiue adiudicationis per Iudicē de re aut ſubhaſtata, aut ęſtimata per peritos, inter partes iudicialiter electos, vel ſimplicis venditionis factæ per aliquem, ſeu aliquos vni emptori, ſeu pluribus de vna re, ſiue pluribus, ſi precium earum non exceſſerit quantitatem librarum quinquaginta march. habeat libram vnam march. A libris vero quinquaginta vſque ad centum, habeat notarius libram vnam & ſolid. quinq; march. A libris vero centum march. incluſiuè, & ſic abinde ſupra vſq; ad tria millia librarum ſolidos x. pro quolibet alio centenario librarū march. Et abinde ſupra vſque ad quantitatem librarum decem octo millium, habeat ſolidos quinque pro quolibet alio cētenario. Abinde vero ſupra quantæcunq; quantitatis fuerit vltra prædictam ſummam ſcutum vnum auri. Et ſi precium conuentum non exburſaretur, ſed emptor ſe obligaret ad ſoluendum illud, aut eius partem vēditori, nil aliud percipiat, ſi id, quod ſolui promittitur, non exceſſerit libras centum march. Si vero exceſſerit, quantæcunq; fuerit quantitatis, habeat pro tali obligatione, & promiſsione ſolidos decem march. Si vero precium ſolueretur creditoribus venditoris, qui iura ſua cederent emptori in opportuna forma, ſi precium ſolutum creditori erit à libris centū infra, habeat notarius vltra taxam prædictā ſimplicis venditionis pro tali ceſsione ſolidos duodecim march. Si autem eſſet à libris centum ſupra, & ſolutum fuerit vnico creditori, habeat pro quolibet alio centenario, & ad rationem centenarij ſolidos quinque marcheſ. Si vero fuerit ſolutum pluribus creditoribus iura cedentibus, habeat ſolidos

decem

decem march. pro quolibet centenario librarum march. & ad rationem centenarij talis ceſsionis. Sed ſi emptor pretium illud, vel partem eius ſoluere promitteret creditoribus venditoris habentibus meliora & potiora iura, vt iura ſua cederẽt vel penes tertiũ deponerẽt, vt illi ſolueretur, vel inueſtiretur in rebus immobilibus ad defenſam rei venditæ &c. & conſimiliter ſi emptor pro ſatisfactione pretij rei venditæ cõſignaret venditori nomina debitorum, & eum in rem ſuam procuratorem conſtitueret ad exigendum, vel cederet ipſi venditori iura ſua contra ipſos debitores &c. habeat notarius vltra taxã prędictã ſolidos octo marc. Si vero venditor fideiuſſorẽ præſtiterit, qui ſe obliget etiam inſolidum ad legitimam defenſionem, nil aliud percipiat notarius, ſi pretium rei venditæ non exceſſerit libras centum march. Abinde vero ſupra, quantæcunq; fuerit quantitatis, ſolidos decẽ marcheſ. percipiat notarius pro tali fideiuſsione, & obligatione. Pro inſtrumento vero venditionis factæ per aliquem minorem, prodigum, furioſum ſeu aliquo morbo laborantem, cum auctoritate curatoris, vel per aliquem pupillum auctoritate tutoris, vel per ipſum tutorem cum inſertione cauſarum alienationis, & decreto Iudicis &c. ſeu per aliquos cõmiſſarios teſtamenti alicuius, habentes poteſtatem à defuncto vendẽdi bona ſua cauſa exequẽdi legata, ſiue alia de cauſa: ſimiliter per Syndicum pauperum Chriſti, quando ipſi pauperes ſunt inſtituti hæredes quo caſu opus eſt narrare teſtamẽtum, & cauſam alienationis, vel per ipſum Syndicum in defectum, & negligentiam aliquorum commiſſariorum defuncti, qui infra tempus à iure limitatum non eſſent executi legata, vel mortui eſſent, tunc habeat notarius quolibet dictorum caſuum vltra taxam ſimplicis venditionis libram vnam march. ſi pretium non exceſſerit libras trecentas march. ſi autem dictam quantitatem exceſſerit, habeat notarius libras duas march. Si vero fieret venditio, vel alienatio aliqua per religioſos alicuius monaſterij, ſiue eccleſię de aliqua re immobili cum tractatibus ter ſolenniter factis in capitulo cum licentia ſuperioris, vel eorum generalis ſibi data, cauſis allegatis in litteris talis generalis in inſtrumẽto regiſtratis, habeat notarius vltra taxam ſimplicis venditionis ſolidos triginta march. pro quolibet tractatu. Pro inſtrumento vero vẽditionis factę per plures creditores alicuius defuncti habentes ius in bonis, & hæreditate eius, ad cuius defenſionem quilibet creditor pro rata pretij per eum recepti ſe obliget: Et ſimiliter per aliquem Iudicem, ſeu officialem in executione ſubhaſtationum factarum ad inſtantiam alicuius creditoris, vbi opus eſt

narrare debitum, tenutam acceptam, ſubhaſtationes &c. habeat notarius vtroq; dictorum caſuum vltra taxam ſimplicis venditionis ſolidos xv.marc. Pro inſtrumento venditionis equorum, ſiue aliarum beſtiarum, aut rerum mobilium, ſeu fructuum alicuius poſſeſsionis, ſi precium non exceſſerit libras centum march. habeat notarius ſolid. vigintiquinq; march. Et abinde ſupra ſeruetur quod de rebus immobilibus iam diſpoſuimus. Pro inſtrumento venditionis actus, & itineris factæ alicui, ſeu conuentionis factæ inter aliquos, ꝙ poſsit ire, & redire per fundum ſuum ad fundum emptum: Et ſimiliter pro venditione, & ceſsione iuris tignorum immittẽdorum in parietem, ſeu murũ, habeat notarius vtroque dictorum caſuum ſolidos xv.march. Si vero venditor in inſtrumẽto aliquo venditionis promiſerit emptori ſe curaturum cum effectu ꝙ eius vxor, vel filius, aut alius habens, vel prætẽdens ius habere in re vendita, ſiue ex cauſa dotis, vel ſucceſsionis, aut quouis alio modo, conſentiet, & ꝙ renuntiabit omni ſuo iuri, & hypothecæ ſibi competẽti in re vendita, habeat tunc notarius pro tali promiſsione vltra taxam ſimplicis venditionis ſolidos decem march. & ſi vxor venditoris, vel filius aut frater eius, ſeu quilibet alius habens ius in re vẽdita ex aliqua obligatione, vel hypotheca, aut ſucceſsione, aut quouis alio modo pręſens fuerit venditioni & conſenſerit, etiam ſi plures fuerint conſentiẽtes, & renuntiabit iuri ſuo ſibi quomodolibet cõpetenti in re vẽdita in opportuna forma, habeat notarius pro huiuſmodi conſenſu, & renuntia vltra taxam talis venditionis ſolidos xv. march. Hoc addito ꝙ pro inſtrumento permutationis factæ per aliquod monaſterium, eccleſiã, vel locum pium cum aliqua perſona coram domino Vicario domini Epiſcopi, vel alio ſuperiore eccleſię cum inſertione cauſarum & aliarum ſolennitatum adhibitione, habeat notarius vltra taxam ſimplicis permutationis, ſeu venditionis librã vnã & ſolid. v. mar. Pro ceſsionibus vero cuiuſq; generis, factis per aliquẽ non titulo donationis, & maximè per creditores factis alicui ſoluenti quod ipſis debetur, cũ abſolutione, & confeſsione vſque ad lib. centum march. conſequatur ſolid. xxx. Et abinde ſupra, cuiuſcunq; quantitatis fuerit, dimidium eius, quod in alijs ceſsionibus conſtituimus, habita (vt diximus) ratione iurium ceſſorum. Et pro dationibus inſolutũ factis per debitorẽ creditori ſuo de re immobili, ſiue adiudicationibus per Iudicem de re aut ſubhaſtata, aut ęſtimata per peritos inter partes iudicialiter electos, vltra taxã ſuperius poſitã, habeat ſolidos decem.

De reſu-

De refutationibus, & pactis de non petendo, & tranſactionibus. XLIII.

PRO inſtrumento refutationis, & pacti de non petendo facti per aliquem habentem ius in aliqua hęreditate, & maximè per mulieres, quando maritantur, pro aliquo precio, ſeu quantitate denariorũ non excedente libras centum march. habeat notarius ſolidos triginta march. & ſimiliter triginta pro inſtrumento tranſactionis, & compoſitionis ſuper lite pendente pro qualibet charta narrationis. Pro reſiduo vero inſtrumenti alios ſolidos triginta march. vbi quantitas, de qua lis eſt, non excedit libras centum. Abinde vero ſupra in omnibus prędictis caſibus cuiuſcunq; quantitatis fuerit, conſequatur dimidiũ eius, quod in emptionibus pręfiniuimus.

De ſaldis rationum, delegationibus, confeſſionibus, & abſolutionibus. XLIIII.

PRO inſtrumẽto ſaldi rationis factę inter aliquos, in quo vna pars reſtet debitrix alterius; à libris centum infra, vel redditionis rationis adminiſtrationis per tutorem pupillo facto maiori, ſiue adulto cũ abſolutione, & liberatione à geſtis per eum, vel ſimplicis confeſsionis & abſolutionis factę per aliquem alicui ſuo debitori, vel ex aliqua cauſa ſibi obligato vni, vel pluribus; & ſimiliter pro inſtrumento delegationis debitoris factę in opportuna forma, cuius debitum non excedat libras centum, habeat ſolidos triginta march. Si vero pars reſtet debitrix vltra libras centum: vel ſi delegatus ſit debitor plurium librarum quám centum, cuiuſcunque quantitatis ſit: vel ſi abſolutio, aut confeſsio generalis fuerit per, & inter aliquos inuicem facta, vel per vnam partem alteri, habeat ſcutum vnum aureum in totum, & nihil vltra.

De diuiſionibus, conſignationibus bonorum, emancipatione, & ſocietatibus. XLV.

PRO inſtrumento diuiſionis bonorum factę inter fratres, vel alios habentes bona communia, vel inter aliquos ſocios diuidentes ſocietatem, ſiue diuiſio fiat à parribus, ſiue ab diuiſoribus electis. Et pro inſtrumento conſignationis bonorum factæ per patrem filio ſuo de

cuius ſibi obligati, habeat notarius pro tali tenuta ſolidos viginti-quinque marcheſ.

Si plures petiæ terrarum, pluresq́ contractus vno contextu deſcribantur. XLIX.

ET quia ſæpe contingit ꝙ in contractibus venditionum, permutationum, & donationum antedictarum, & in alijs contractibus, & inſtrumentis neceſſe eſt vt deſcribantur quamplures petiæ terrarum & aliæ res immobiles cum impenſa, & labore non mediocri notariorũ maximè in examinando inſtrumenta auctorum contrahentiũ, & deſcribendo nouos, & veteres confines rerum: Ideo ſi in aliquo contractu, vel inſtrumento fuerint deſcriptæ quamplures petiæ terrarum, & res immobiles excedentes quinq; numero, à quinq; ſupra habeat notarius vltra taxam ordinariam inſtrumenti pro qualibet alia petia terræ, vel re immobili deſcripta in inſtrumento ſolidum vnum march. videlicet duos quatrenos pro imbreuiatura, duos pro regiſtrando in ſchedis, & duos pro releuando. Et etiam quia quandoq; partes proearum commoditate, & meliore intelligentia negotiorum volunt plures & diuerſos contractus apponi in vno, & eodem inſtrumento, notarius eo caſu habeat ſuum integrum ſalarium de quolibet ipſorum contractuum.

De dote, & conſignatione dotis per maritum vergentem ad inopiam. L.

PRo inſtrumento dotis, & augumenti dotis conſtitutæ in pecunia tantum, vel rebus mobilibus ęſtimatis, vel in pecunia, & rebus mobilibus, habeat notarius vſq; ad quantitatem librarum centum marc. ſolidos quindecim march. dummodo bona mobilia in dotem tradita non regiſtrentur. Si vero partes voluerint, vel altera earum voluerit ea bona, aut ſi neceſſarium ſit ob aliquam declarationem in tali inſtrumento hæc regiſtrari, habeat notarius pro tali regiſtratione, ſiue deſcriptione bonorum mobilium ſolidos viginti pro qualibet charta, & ad rationem cuiuſlibet chartæ ſchedæ. Si vero dos ipſa, aut augumentum dotis exceſſerit dictam quantitatem librarum centum, habeat notarius vltra quantitatem primi centenarij vſque ad tria millia librarum ſolidos tres march. pro quolibet centenario, & ad rationem cen-

tenarij. Abinde vero ſupra quantæcunque ſit quantitatis vſque ad libras decem millia, ſolidos duos pro quolibet centenario. Et abinde ſupra, quantæcunque quantitatis ſit, vltra prædicta habeat ſcutum vnum aureum in totum, & nihil pręterea. Pro inſtrumento vero dotis, vel augumenti dotis conſtitutæ in rebus immobilibus æſtimatis, uel non æſtimatis, aut in rebus immobilibus partim, & partim in rebus mobilibus, vel pecunia, aut nominibus debitorum, habeat notarius vſque ad quantitatem, ſiue valorem librarum centum marcheſ. quantæcunque fuerit quantitatis libram vnam, & ſolidos decem marcheſ. Si vero exceſſerit ſummam librarũ centum march. quantæcunq; fuerit quantitatis, habeat notarius pro reliqua quantitate, vt ſupra in proximo præcedenti capitulo taxatum eſt. Si vero data, & conſignata fuerit aliqua res immobilis mulieri, vel marito, aut alij recipienti loco pignoris, vel hypothecæ, cum pacto quod quandocunque conſtituens dotem daret illi certam quantitatem pecuniarũ, quod ea quantitas pecuniæ cedat loco dictæ rei conſignatæ vnius, vel plurium, & quòd fructus cedant lucro mariti, nec in ſortem computentur, habeat notarius vltra taxam prædictam ſolidos duodecim march. Et quia quandoque dubitari ſolet per quem notarijs de inſtrumentis dotiũ ſatisfieri debeat, declaramus quòd ille, qui ſtipulatur reſtitutioné dotis teneatur ſoluere notario pro ſua mercede inſtrumenti, & teneatur maritus, eiuſque hæres ſine ſpe repetitionis pro vxore, ſi reſtitutio vxori immediate ex ſtipulatione facienda ſit. Pro inſtrumento vero conſignationis dotis factæ per maritum vergentem ad inopiam vxori ſuæ in bonis mobilibus, ſi bona non exceſſerint valorem librarum centũ march. habeat notarius libram vnam, & ſolidos quinque marcheſ. Abinde ſupra ſolidos decem pro quolibet centenario, & ad rationem centenarij. Si vero talis conſignatio fieret in bonis immobilibus, habeat id quod taxauimus pro dationibus inſolutum ſponte factis.

De ſponſalijs. *LI.*

PRo inſtrumento ſponſaliorum cõtractorum per verba de præſenti, & annuli deſponſationem, habeat notarius libram vnam & ſolidos decem marcheſ.

De inueſtituris laicorum. LII.

PRo inſtrumento vſus, ſeu affictus ad renouãdum alicuius rei vnius ſeu plurium conceſſarum, de qua, ſeu quibus annua ſolutio non excedat libras quinq; march. habeat notarius releuando inſtrumentum ſemel libram vnam march. A libris vero quinq; vſq; ad libras decem march. habeat notarius libram vnam, & ſolidos decem marc. a libris decem vſq; ad viginti, habeat notarius libras duas, & ſolidos decem march. a libris viginti vſq; ad triginta march. habeat notarius libras tres march. a libris triginta vſq; ad quadraginta, habeat notarius lib. quatuor march. a libris quadraginta vſq; ad quinquaginta, habeat notarius libras quinq; march. Si vero annua ſolutio huiuſmodi inueſtituræ, ſeu locationis exceſſerit quantitatem libr. L. march. abinde ſupra quantæcunq; ſit quantitatis, habeat notarius pro ſua mercede ſol. vnũ cum dimidio march. pro qualibet libra annuę ſolutionis. Et ſi contigerit in inſtrumentis, & alijs inueſtituris & locationibus, & de quibus infra dicetur, apponi pactum de appropriando, habeat notarius pro eo pacto ſol. x. marc. vltra taxam inſtrumenti. Verum quia aliquando in ſimilibus inſtrũs vſuum, ſiue locationum apponuntur renuntię factæ per priores vſuarios, ſiue conductores, tunc habeat notarius pro dicta renuntia vltra dictam taxam ſol. x. march.

De inueſtituris eccleſiarum liuellarijs, vſuarijs, emphyteoticis, & huiuſmodi ab eccleſiis, & rectoribus earum, ſiue vniuerſatibus. LIII.

PRO inſtrumento inueſtiturę ſub quouis nomine, & iure factæ alicui perſonæ vni, vel pluribus, de qua ſolutio annua non excedat libras v. habeat notarius ſolidos xviij. marc. ſemel releuando, & abinde ſupra, habeat ſecundum quod ſupra proximè in uſibus laicorum taxatum eſt. & ſi cõtigerit in unicam inueſtituram reduci, uel reductas eſſe plures, & diuerſas inueſtituras, ſeu inſtrumenta inueſtiturarum, habeat eo caſu notarius ultra taxam prædictam ſolidos quinque mar. pro qualibet inueſtitura antiquitus de per ſe apponi conſueta. Si uero contigerit tales inueſtituras, ſeu locationes, aut alios contractus fieri per Fratres, aut Moniales alicuius monaſterij, ſeu homines alicuius uniuerſitatis, ubi oporteret ſcribi per notarium nomina Fratrum, uel Monialium, aut hominum, tunc habeat notarius pro

ſua mercede vltra taxam ſuam inſtrumenti ſolidos quinque marcheſ. pro tali deſcriptione nominum. Pro inſtrumento inueſtiturę factæ de aliqua re, quæ verè appareat recaduta, & ad dominum directi deuoluta; & etiam pro inueſtitura aliàs non conſueta concedi ſub modica re cognitione, quæ non ęquiualeret fructibus rei, habeat notarius vltra mercedem prædictam ſcutum vnum auri.

De feudis. LIIII.

PRO inſtrumento cuiuſcunque feudi, & tam pro prima, q̃ pro alia inueſtitura, habeat pro ſua mercede ad inſtar aliarum inueſtiturarum, de quibus ſupra diximus proximè.

De locationibus, & affictibus factis ad tempus per quemcunque. LV.

IN primis pro quolibet inſtrumento ſimplicis locationis, ſiue affictus alicuius rei vnius, ſeu plurium ad quodcunque tempus conceſſarum habeat notarius ſuam mercedem hoc modo, videlicet: ꝙ cumulata quantitate ſolutionis totius temporis affictus, ſeu locationis, habeat vſque ad libras centum march. ſolidos ſexdecim marc. ſi vero quantitas ipſa ſic cumulata excederet libras centum march. habeat notarius vſque ad quantitatem librarum trium millium marc. ſolidos quatuor march. pro quolibet alio centenario, & ad rationem centenarij. Abinde vero ſupra vſque ad libras decem millia, habeat notarius ſolid. tres march. pro quolibet alio centenario, & ad rationé centenarij. Et abinde ſupra vſque ad dimidium vnius ſcuti aurei in totum quantæcunq; quantitatis ſit, & nihil præterea. Pro inſtrumento locationis óperarũ de ſeruiendo alicui ad certum tempus, habeat notarius ſolid. xvj. mar. Si vero in perpetuum habeat ducatum vnum. Pro inſtrõ alicuius poſſeſsionis, ſeu caſalis locati ad laborandum cum pactis, & conuentionibus ſecundum quod communiter fit, habeat notarius ſolidos triginta march. ſi releuetur.

De iugaticis, & ſocidis. LVI.

PRo inſtrõ iugaticę, & ſimiliter pro inſtrõ ſocidæ aliquarũ beſtiarũ habeat notarius ſol. xx. mar. niſi ſocida excederet de capitali lib. C. quo caſu habeat notarius à lib. C. ſupra ſol. v. mar. pro quolibet alio cẽtenario librarum de capitali ſocidæ, & ad rationem centenarij.

De de-

De debitis, depoſitis, & mutuis ac conſeruatione indemnitatis. LVII.

PRo inſtrumento debiti, depoſiti, mutui, vel conſeruationis indemnitatis vſque ad quantitatem librarum centum march. habeat notarius pro ſua mercede ſolidos viginti march. Abinde vero ſupra vſque ad libras tria millia march. habeat notarius pro quolibet alio cẽtenario librarum ſolidos quatuor march. A libris vero tribus millibus ſupra vſque ad decem millia, ſolidos tres pro quolibet centenario. & abinde ſupra quantæcunque quantitatis ſit, dimidium vnius ſcuti in totum, & nihil præterea.

De mercationibus. LVIII.

PRO inſtrumento mercationis in conſueta, & communi forma vbi quantitas pecuniarum datarum ad mercationem non excederet libras quinquaginta march. habeat notarius ſolidos viginti march. & à libris quinquaginta vſque ad libras centum, habeat ſolidos vigintiquinque march. Abinde ſupra vſque ad libras tria millia march. habeat ſolidos quattuor march. pro quolibet alio centenario, & ad rationem cẽtenarij, etiam ſi fideiuſſores interuenerint. Abinde vero ſupra ſolidos tres march. pro quolibet alio centenario, & ad rationem centenarij, etiam ſi fideiuſſores interuenerint, vſque ad quantitatem librar. decem millium. & abinde ſupra dimidium vnius ſcuti in totũ, & nihil præterea. Si vero opus erit dicere in eo inſtrumento ꝙ pecunia locata fuerit, & ſit precij alicuius rei venditæ, aut dos alicuius mulieris, vel ſimile, quod inueſtiri debeat &c. habeat notarius ſolid. x. march. vltra taxam prædictam inſtrumenti mercationis.

De electionibus & priuilegijs. LIX.

PRO quolibet inſtrumento electionis factę de aliquo ſacerdote in rectorem alicuius eccleſiæ, & pro inſtrumento electionis factæ de aliquo Abbate alicuius monaſterij per formam compromiſsi: & pro inſtrumento priuilegij notariorum creatorum ab aliquo auctoritatẽ habente, habeat notarius ſcutum vnum aureum quolibet caſu.

De compromiſsis. LX.

PRO inſtrumento compromiſsi habeat notarius pro ſua mercede ſolidos triginta march.ſi quantitas petita vel deducta in cauſa,ſiue compromiſſo non excederet libr.ducentas marc.ſi vero excederet lib. ducentas march. habeat notarius pro tali inſtrumento compromiſsi releuato ſcutum vnum in totum.ſi vero compromiſſum expiraſſet,habeat notarius pro quolibet compromiſſo expirato, & in ſchedis, ſiue proceſſu extenſo ſolidos viginti march. vbi idem notarius fuerit de alio compromiſſo rogatus,ex quo laudum in actis eiuſdem notarij ſubſequatur. ſi vero talis notarius non rogaretur de alio compromiſſo, ex quo laudum ſubſequeretur vt ſupra,tunc habeat ſolid. xxx. march. Sed ſi inſtrumentum compromiſsi expirati non extenderetur,ſed tantummodo notatum eſſet in protocollo, ſiue vacheta,vel proceſſu, tūc habeat notarius ſolidos decem march. Pro prorogatione autem compromiſsi expirati, vel non expirati, habeat notarius ſolidos x.march. non releuando. Si vero releuetur ad inſtantiam alicuius,vel ex debito regiſtri,habeat notarius ſol. xv. march.

De pacis inſtrumentis. LXI.

PRO inſtrumento pacis factę vni,ſeu pluribus merenti, ſeu merentibus pœnam mortis ex aliquo delicto quomodocunq; ſit, habeat notarius pro tali inſtrumento à quolibet recipiēte pacē ſcutum vnū. Si vero fieret pax non merenti pœnam mortis,ſed aliam pœnam corporalem, vel pecuniariam, habeat notarius à quolibet recipiente pacem dimidium ſcuti vnius, etiā ſi huiuſmodi pax eſſet in inſtrumento de quo ſupra proximè.

De legitimationibus. LXII.

PRO inſtrumento legitimationis factæ de aliquo filio naturali tantum per habentem poteſtatem,& auctoritatem à ſummo Pontifice, vel à ſereniſs.Imperatore, vel ab alio etiam per deſponſationem mulieris,quæ fuiſſet concubina, pro liberatione talis maculæ illegitimationis. Et pro arrogatione facta de aliquo in filium.

Et pro adoptione de aliquo in filium.

Et pro inſtrō profeſsionis factæ per aliquē in aliquo monaſterio.

Et

Et pro inſtrumento manumiſsionis alicuius ſerui, vel ancillæ habeat notarius ſcutum vnum aureum quolibet caſu.

De tutelis. LXIII.

PRO inſtrumento confirmationis tutelæ alicuius tutoris teſtamentarij, habeat notarius ſol.xxx.marc. Pro inſtrumento tutelæ datiuę aut legitimæ, habeat ſol.xl.marc. Pro inſtrumento tutelæ attilianę habeat ſolidos xxx. march.

De hæreditatum aditionibus, & repudiationibus. LXIIII.

PRO inſtrumento immixtionis, ſiue aditionis hæreditatis, & repudiationis hæreditaris, & pro inſtrō inchoationis inuentarij hæreditatis, habeat notarius ſol.xxv.mar. pro inuentarijs confectis per tutores, ſiue curatores, vel hęredes, habeat notarius ſolid. xx. pro qualibet charta ſchedæ plena, ſi excellerit chartam vnam. Si vero non exceſſerit vnam chartam ſchedæ, aut non aſcenderet ad vnam chartam ſcripturæ quantacunq; fuerit, habeat notarius ſol.xxx.march.

De mandatis & curis. LXV.

PRO quolibet mandato ad cauſas tantum, & ad aliquem alium actum tantum, ſiue ſit ſub titulo procurę, vel curæ vel actoriæ, vel ſyndicatus, aut ſub quouis alio titulo, habeat notarius ſolid. xxv. march. releuando tale inſtrumētum. Si vero erit ſcriptura ad cauſas, & ſcripſerit in protocollo, vel vacherta tantum, habeat notarius pro rogitu ſolid.ij.march. Si vero mandatum fuerit ad cauſas, & ad certa alia negotia diſtincta, & diuerſa, habeat notarius ſolid. x.marc. pro quolibet capitulo ad cauſas, & pro quolibet alio capitulo diuerſo, & ſeparato ſol.v.mar. & clauſula de ſubſtituendo nō intelligatur, neq; ſit capitulū ſeparatum. Et ſi conſtituens eſſet minor, & ſibi daretur curator ad auctorandū conſtitutioni huiuſmodi procuratoris, habeat notarius tm̄ quantum pro huiuſmodi mandato taxatum eſt, vbi eadem capitula in ipſa cura extēſa ſint. ſi vero daretur curator alicui minori ad auctorādum alicui locationi, uel uni uenditioni, aut alicui ſoli contractui tm̄, habeat notarius ſol.xx.marc. ſi cōtractus ſuper quo habebit auctorare curator, nō exceſſerit lib. ſexcentas mar. ſi vero exceſſerit lib. ſexcentas marc. habeat abinde ſupra ſol.v.mar. pro quolibet alio cētenario libr.

De dotibus capellarum. LXVI.

PRo inſtruméto dotis aliçuius capellæ,ſeu eccleſiæ,ſi dos in dotem data non exceſſerit valorem librarum centum march. habeat notarius libras duas march. A libris vero centũ ſupra ſolidos decẽ marc. pro quolibet alio centenario,& ad rationem centenarij librarũ marc. valoris ipſius rei vnius, ſiue plurium vſque ad valorem librarum trium millium. Et abinde ſupra ſolidos quinq; march. pro quolibet alio centenario,& ad rationem centenarij.

Quantum percipere debeat notarius pro narratione inſtrumenti, & pro inſtrumento non releuato, vel pro ſecunda releuatione & pro rogitu relationis alicuius periti. LXVII.

QVONIAM ſæpenumero expedit ꝙ in principio contractus multa narrentur pro intelligentia negotij,volumus ꝙ notarius pro omni charta ſchedæ narrationis factæ in quolibet contractu percipiat libram vnam,& ſolidos decem march. Et ſi aliquod inſtrumentum,vel ex partium conuentione, vel alia de cauſa non releuetur, ſed in ſchedis tantum regiſtretur, habeat partes duas ex tribus eius, quod in noſtris conſtitutionibus taxauimus. Iubentes idem ſeruari pro ſecunda releuatione inſtrumenti,quod fuerit aliàs releuatum. Volumus etiam ꝙ per notarium,vel quemlibet alium nemo cogi poſſit releuare inſtrumentum confectum ſuper aliquo actu,aut contractu temporali,veluti locatione, aut alio: & ꝙ notarius, qui rogabitur ſcribere relationem alicuius periti, ſeu peritorum quoquo modo electorum ad menſurandum,ſeu æſtimandum,& calculandum aliquam rem,ſeu rationem,& ad referendum pretium,aut menſuram, aut calculum,a libris quingentis infra, habeat ſolidos viginti: & a quingentis ſupra ſolidos quadraginta,& non vltra.

De teſtamentis, & vltimis voluntatibus. LXVIII.

IN primis pro teſtamento cõdito per teſtatorem, qui in bonis ſuis inſtituerit ſuos hæredes, intelligendo ſuos ſecundum diſpoſitionem iuris communis, vel pro donatione cauſa mortis cum ſuis vt ſupra celebrata,ſi bona teſtatoris,vel donata non exceſſerint valorem lib. trecẽtarum march. habeat notarius pro mercede ſua tantũ ſol. xxx. march.

Si vero exceſſerint valorē librarum trecentum,quotquot fuerint vſq; ad lib. ſexcentas quinquaginta, habeat notarius libras tres march. in totum.Si vero exceſſerint valorem lib. ſexcentarū quinquaginta mar. quotquot fuerint vſque ad lib. mille march. habeat notarius lib. quatuor ſolidos decem march. in totum. Si vero exceſſerint valorem lib. mille, quotquot fuerint vſq; ad lib. quatuordecim millia,habeat notarius pro quolibet milliario librarum, comprehendendo etiā primum milliarium, ſcutum vnum auri in totum. Si vero exceſſerint valorem librarū quatuordecim millium q̄tæcunq; fuerint quantitatis, ſcutos quindecim auri in totū habeat notarius, qui nihil vltra percipere poſſit aliqua ratione,vel colore. Si vero in teſtamento per teſtatorem fuerint inſtituti hæredes, qui non eſſent ſui hæredes, ſed omnino ab inteſtato ſucceſſuri:Et ſimiliter ſi donatio cauſa mortis fuerit facta aliquibus non hæredibus ſuis ſed ſucceſſuris ab inteſtato, ſi bona teſtatoris, vel donata non exceſſerint valorem librarum trecentarum march.habeat notarius libras duas march.pro ſua mercede. Si vero exceſſerint valorem librarum trecentarum march. quotquot fuerint vſq; ad lib. ſexcentas quinquaginta march. habeat notarius libras quatuor in totum. Si vero exceſſerint valorem librarum ſexcentum quinquaginta march.quotquot fuerint vſq; ad libras mille march. habeat notarius lib. quinq; & ſolidos decem march. in totum.Si vero exceſſerint valorem lib. mille vſq; ad libras tredecim millia quotquot fuerint, habeat notarius pro quolibet milliario,comprehendēdo etiā primum milliarium,ſcutum vnum cū dimidio auri in totum. Si vero exceſſerint valorem librarum tredecim millium march. quotquot fuerint, & quantæcunq; quantitatis,habeat notarius ſcutos viginti auri in totum,qui nihil vltra percipere poſſit aliqua ratione, vel colore . Sed ſi fuerint inſtituti aliqui extranei,qui ab inteſtato non eſſent ſucceſſuri: & ſimiliter ſi donatio cauſa mortis facta fuerit aliquibus extraneis non ſucceſſuris ab inteſtato,ſi bona teſtatoris,vel donata non exceſſerint valorem librarum trecentarum marc. habeat notarius pro mercede ſua libras tres march. Si vero exceſſerint valorem librarum trecentarum march. quotquot fuerint vſq; ad libras ſexcentas quinquaginta mar. habeat notarius lib. ſex march. in totum.Si vero exceſſerint valorem librarum ſexcentarū quinquaginta marcheſ. vſq; ad libras mille quotquot fuerint,habeat notarius lib. nouem march. in totum.Si vero exceſſerint valorem librarum mille march. quotquot fuerint vſq; ad lib. duodecim millia march. habeat notarius pro quolibet milliario,comprehen-

prehendendo etiam primum milliarium, ſcutos duos auri in totum. Si vero exceſſerint valorem lib. duodecim millium marc. quotquot fuerint, & quantæcunq; quantitatis, habeat notarius ſcutos xxv. auri in totum, qui nihil vltra percipere poſsit aliqua ratione, vel colore. De codicillis autem quibuſcunq;, vel legatis factis per teſtatorem alicui tam in teſtamento, q̃ extra, & de qualibet alia vltima voluntate, ſi releuabuntur ad inſtantiam legatariorũ, vel alterius, habeat notarius ſecundum taxam teſtamentorum factorum vt ſupra. De fideicõmiſsis uero, & ſubſtitutionibus factis per teſtatorem inuitantem aliquem ad ſucceſsionem ſuę hæreditatis aliquo caſu, ſi ille, vel illi, qui ſe inuitatos prętendunt, voluerit, ſeu voluerint talem ſucceſsionem, & fideicommiſſum ſibi releuari, tunc habeat notarius dimidium eius, quod ſibi pro teſtamento taxatum fuerit vt ſupra. Hoc tamen declarato quòd in æſtimatione bonorum hæreditariorum non veniant bona feudalia & ſubiecta fideicommiſſo, de quibus teſtator non potuerit teſtari, ſed tantummodo bona ipſius teſtatoris, de quibus potuerit teſtari non deducto ære alieno. Declarantes has noſtras præſentes taxationes, ac taxationum conſtitutiones ſeruari, & locum habere tam in præteritis quam in præſentibus non ſolutis, & in omnibus futuris; non obſtantibus &c.

De inſtrumentis in ſpecie non taxatis. LXIX.

QVIA propter diuerſitatem, multiplicitatemq; negotiorum ac nouas quotidie contractuum inuentiones & formas nõ forte ſingulis per nr̃as præſentes cõſtitutiones ſpecialiter prouiſum fore videretur: volumus inſtrumenta de quibus in præſentibus conſtitutionibus mẽtio ſpecialis non fieret, taxari ſecundum caſus ſimiles, & ſecundum ꝙ magis videatur conuenire arbitrio taxatoris vnius, ſiue plurium, quorum conſcientias oneramus. Si vero taxatores eſſent diſcordes in quãtitate mercedis debendę pro talibus inſtrumentis, vel alijs quibuſcũq; etiã quibus nullatenus per pręſentes conſtitutiones prouiſum fuiſſet: volumus tunc ſtari relationi, & arbitrio maſſarij ipſius collegij notariorum qui per tempora fuerit, vel maſſarij tunc proximè præceſſoris arbitrio Iudicis de cauſa cognoſcentis de altero ipſorum maſſariorũ.

De donationibus inter viuos, vltimis diſpoſitionibus, & mortibus denuntiandis. LXX.

QVONIAM ex donationibus inter viuos,& vltimis diſpoſitionib⁹, quę plerunq; pręter teſtes neceſſarios in paucorum notitiam trāſeunt,multa oriuntur mala,quorū magna pars ceſſaret, ſi in multorū ſcientiam peruenirēt: ſtatuimus, vt quilibet,cui pręſenti donatio aliqua inter viuos facta fuerit excedens vere, vel veriſimiliter valorem lib.centū marc.teneatur,& debeat infra tres dies immediatè ſequentes d.donationē denuntiare Iud.xij.ſap.Ferrar.vel eius locumtenenri, pręſentibus eius Iud.not.& tribus alijs notarijs per ipſum Iud. vel locumtenentē eligendis; exprimendo,& clare deſignando donantis, & donatarij nomen,ac cognomen,ac rem donatā,notariūq; de ea rogatum, vel aliū qui d. donationē ſcripſiſſet: aliàs d. donatio omnino, & ipſo iure penitus nulla ſit,perindeq; in omnibus, & per omnia habeatur,ac ſi à principio facta nullo modo fuiſſet. Notarij aūt, & alij quicunq; de donationibus inter viuos abſentibus quocunq; modo factis rogati,quiúe eas ſcripſerint,teneantur eas donationes infra decē dies immediatè ſequuturos denuntiare,ac reliqua, de quibus ſupra facere & vt ſupra: ſub pœna lib.xxv.marc. pro duabus partibus maſſarię cōis Ferrar. applic. & ꝑ reſiduo reuelanti, toties quoties cōtrafactū fuerit. Quòd ſi notarij prędicti, quiúe donationes ſcripſerint poſt incurſam d.pœnā lib.xxv.q̃ incurſam ipſo iure declaramus,elapſis dictis x. diebus adhuc per alios decem dies in eadē contumacia perſeuerauerint, tunc incurſi ipſo iure intelligantur,ac ſint in pœnā ſcut. centū applic. vt ſupra vltra d.pœnā lib.xxv. Quòd ſi ēt vlterius per alios x.dies immediate ſequuturos in contumacia eadē perſeuerauerint,tunc vltra pœnas prędictas teneantur ad omnia damna & intereſſe omnium & quorumcunq;, qui ex prędicta denuntiatione, & alijs de quibus ſupra nō factis lęſi quouis modo fuerint, aut lędent᷑. teſtamenta aūt donationes cauſa mortis,codicillos,& alias quaslibet vltimas voluntates, in quibus ſubſtitutiones, vel fideicōmiſſa aliqua facta fuerint,ſtatuimus notarios & alios quoſcunq; de ipſis rogatos,quiúe ſcripſerint,teneri infra menſes duos à die mortis teſtatoris,vel illius qui vltimā fecerit diſpoſitionē,denuntiare Iud. xij. ſap.Ferrar. ſeu ipſius locumtenēti pręſente ipſius Iud. notario hoc vel ſimili modo in effectu,videlicet. Quòd talis qui deceſſit (exprimendo eius nomen,ac cognomen) vltimum ſuū condidit teſtamentum, vel talē vltimam voluntatē, in qua ſubſtitutiones,vel fideicōmiſſa facta fuerunt, eas vel ea aliter non ex-

primendo

primendo, de quo ſeu qua ipſi rogati fuerint, ſcripſerintúe tali anno, & menſe (annũ ac menſem exprimẽdo) & hoc ſub pœna prædicta lib. xxv. appl. vt ſupra: qua pœna incurſa, ſi notarij, alijúe quicunq; de prędictis teſtamentis, vel vltimis voluntatibus rogati, quiúe ſcripſiſſent poſt incurſam dictã pœnã lib. xxv. per aliũ menſem in eadẽ contumacia perſeuerauerint, tunc incurſi ipſo iure intelligantur ac ſint in pœnã ſcut. centũ applic. vt ſupra vltra dictã pœnã lib. xxv. Et prædictas oẽs denuntiationes not. prædicti Iud. in acta publica redigere teneat̃ ſuper vno libro particulari ad id deputato tpe dictarũ denuntiationũ quocunq; die factæ fuerint, ẽt aliàs quauis ratione, vel cauſa feriato: quia quo ad hunc effectũ talẽ diẽ ẽt quouis modo vt ſupra feriarũ idoneum, ac legitimũ eſſe volumus, ac declaramus. Verũ quia aliqñ mortes eorũ qui teſtamẽta, vel vltimas voluntates prædictas condiderunt aliqñ ignorari contingeret à notarijs, vel alijs qui de ipſis rogati fuiſſent, quiúe ſcripſiſſent, & ita ſæpe prędictæ denuntiationes minime fierent à prædictis, qui ẽt ab incurſu pœnarũ prędic. prout ſic declaramus excuſarent̃; Ideo pñti lege ſtatuimus, ac ordinam⁹ vt libitinarij, & pollinctores oẽs qui funera curant, cadaueraúe tractant ac ſepeliunt, eadẽ die qua mortuũ aliquẽ ſepelierint, vel ſequẽti, teneant̃ mortẽ ac ſepulturam illius denuntiare apud offic. ſuperioris bullettarũ Ferr. nomen mortui, ac cognomen, diẽq; ac locũ ſepulturæ exprimẽdo, ſub pœna lib. x. mar. toties quoties contrafactũ fuerit, applic. vt ſupra: q̃ denũtiationẽ notarius offic. prædicti bullettarũ ſcribere debeat ĩ vno libro particulari ad hoc deputato, & pro ſua mercede recipere pro cuiuſlibet mortui ſcripta denũtiatione ſolid. vnũ mar. & non vltra. Quòd ſi prædicti, vel aliquis prædictorũ prædictã denuntiationẽ infra tp̃s prædictũ non fecerint, vel non fecerit, & infra tres alios dies immediatè ſequuturos eã nõ fecerint vel nõ fecerit, contrafaciens quilibet vltra pœnã prędictã lib. x. puniant̃ vel puniat̃ ictibus tribus funis in publico dandis. At ſi elapſis d. tribus diebus nõ facta d. denuntiatione in eadẽ contumacia per alios tres dies permanſerint, tunc condemnentur ad triremes per biẽnium. Adijcientes ꝙ notarij & alij quicunq;, qui teſtamenta & vltimas voluntates denuntiare tenẽtur vt ſupra, ab incurſu pœnarum prædictarũ reſpectiuè prætextu ignorantiæ excuſari nullo modo poſſint quotieſcunq; mortes, ac ſepulturę illorum quorũ teſtamenta, vel vltimas voluntates denuntiare tenebantur, denunciatę vt ſupra fuerint, vel de ipſorum ſcientia aliter conſtabit.

✠ Laus Deo, & Mariæ Virgini. ✠

Alfonſus Dux Ferrariæ, Mutinæ, Regii &c.
Marchio Eſtenſis &c. Comes Rhodigij &c.
Princeps Carpi &c. Dñs Prouinc. Carfignanæ,
Frignani, & in partibus Romandiolæ, & Comacli &c.

DILECTISSIMI noſtri. Cum Ciuitas noſtra Ferrarienſis nobis humiliter ſupplicauerit, vt Statuta á ſummis & integerrimis viris & excellentiſs. Iuriſconſultis mã gno ſtudio, & maturo cõſilio digeſta, & accuratiſsimè caſtigata, ſibi confirmare, & approbare dignaremur, & cum conſiliarij noſtri à ſecretis, & iuſtitię ea ipſa auctoritate noſtra confirmanda retulerint: Nos pro ipſius Ciuitatis in nos, & ſtatum noſtrum fide & obſeruantia, necnon pro reipublicę honore, commodo, & vtilitate, in quam omni ſtudio, opera, cura, induſtria, cogitatione & mente incumbendum arbitramur, harum litterarum tenore, ex certa ſcientia, & animo deliberato, ac de plenitudine poteſtatis noſtrę, qua publicè fungimur, Statuta ipſa approbamus, confirmamus, corroboramus, & quatenus opus ſit de nouo concedimus, atq; ipſi Ciuitati impartimur. Decernentes, & pręcipientes vt omnia, & ſingula, quæ in eis continentur, rata, firma, ſtabilia, & perpetuo ſint obſeruanda. Volumus pręterea, & vobis mandamus, vt anno pręſenti M. D. LXVII. in maiori & generali conſilio, vt ritus, & mos docet antiquus, ſtatuta ipſa ſic à vobis reformata, emendataq;, & mandato noſtro ampliata, iamq; diligenter edita publicetis: Prætoriq; noſtro, cæteriſq; magiſtratibus per eos, & eorum ſucceſſores perpetuo, & inuiolabiliter pro legibus omni ex parte ſeruanda tradatis. Valete. Ferrarię IIII. Idus Februarij. M. D. LXVII.

Alfonſus.

Io. Bap. Pigna.

A TERGO.

Magnifico Domino Io. Antonio Rondinello Iudici Duodecim Sapientum Communis Ferrariæ; necnon Sapientibus ipſis fidelibus noſtris dilectiſsimis.


FRANCISCVS RVBEVS TYPOGRAFVS ANN. LXIII

INDEX RERVM NOTABILIVM

quæ in hoc Statutorũ volumine continentur.

ABSENS citatus ſi eſt contumax. 19. a. quomodo admittatur ad proſequen. iudicium. 19. b. interrogandus an velit eſſe hęres. 21. a. quãdo excuſetur ſi perſonaliter non reſpondeat. 28. b. reſponſurus poſitionibus. 61. a
Abſolutiones danuiorũ datorum qñ fiant. 81. a
Acta poſt peremptorium campanæ. 15. a. quando non valeant 20. a. contra hęredes facta qñ non valeãt ibid. nulla defectu fideiuſsionis. 26. b. cepta per vnum, qñ alter nõtar. proſequatur. 66. b.
Acta omnia qñ ab appellante producenda 72. a
Acta iudicialia quomodo à notar. cõfic. 293. à
Actor petẽs ſe immitti in poſſeſſ. rei petitę 20. b qñ ex primo decreto lucratur fructus ibid.
Actorũ ciuiliũ vachetę, quomodo tenẽdę 195. a
Accuſandi forma contradicentes ſtatutis 2. a ad galeſegnam, & trainam. 177. b. dominum, colonum, vel aliquem de familia 181. b
Accuſans fideiubeat de probanda accuſatione. 188. b. pro alio accuſatore nõ fideiubet ibid. non probans quem aſſaſsinum punitur. 14. b
Accuſare qui poſsint. 125. b
Accuſatio vſurarum popularis. 90. b. blaſphæmiæ. 141. a. Sodomiæ. 152. a. capientium columbos. 163. a. mulierum inhoneſte viuentium. 271. b
Accuſatio quomodo fiat & à quo. 118. a. in ea forma procedendi. 130. a. non recipitur de aliena iniuria 125. b
Accuſator quomodo non audiatur elapſo biennio. 125. a. nomen eius reuelandum 123. a
Accuſationes quando fiende. 135. earum dam. dati forma 170. a. damnorum quãdo poſsint remitti. 277. b. plures non fiunt pro eodẽ dãno. 178. b. pro damnis vbi, & in quo loco fiãt 181. b. quæ non recipiantur. 184. b. molendinariorum vbi fiant 141. b
Ad accuſandũ molẽdina. qui admittãtur. 244. a
Accuſatus qñ non detineatur. 121. a. contumax qñ audiatur vſque ad public. ſententię. 121. b quando non intrat carceres. ibid. quibus in caſibus non ſe defendat 176. b. quid ſoluat ꝓ remiſsione damni dati. 177. b. offerens æſtimariam 184. b
Acquirens ius vel actiones 24. a
Acquiritur alteri per alterum 87. a
Adiudicatio in ſolutum 41. b
Adminiſtratores elapſis. 15. an. non reddunt rationem. 110. b
Adulterij pœna. 154. a. eius crimen à quibus intentatur. 153. b
Admonitus ne eat per terras alienas 191. b
